T. MACCII PLAUTI

COMOEDIAE

RECENSUIT ET ENARRAVIT

IOANNES LUDOVICUS USSING.

VOLUMINIS TERTII

PARS PRIOR

CASINAM ET CISTELLARIAM

CONTINENS.

HAVNIÆ MDCCCLXXXVII.

SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ (HEGELIORUM PATRIS ET FILII).

TYPIS EXCUDERUNT JOERGENSEN ET SOCII.

(M. A. HANNOVER).

Quum abhinc annos prope octo alteram huius voluminis partem edidi, cur priorem retinerem, causam attuli omnibus acceptissimam, Studemundi Cistellariæ editionem brevi prodituram esse, virumque doctissimum mihi suasisse, ne ante quam eam vidissem, fabulam temporum iniuria tam male habitam ederem. Quam editionem adhuc non ego magis, quam omnes harum litterarum studiosi cupide exspectamus, nec dubito quin, ubi ea apparuerit, futurum sit ut mea, quamvis priores antecedat, tamen multo inferior videatur eo, quod hodie re vera effici possit; nam palimpsesti schedas, quas ante aliquot annos examinare inceperam, tam valetudine quam negotiis districtus relinquere coactus sum, nec invitus relinquebam, quoniam Studemundi copias exstare brevique publici iuris fore putabam. Sed absolutis ceteris meæ editionis partibus quum nec bibliopola amicissimus opus imperfectum manere pateretur, nec ipse ætate iam provecta diutius morari auderem, mea, qualiacunque sunt, edidi.

In hac autem parte eatenus ab eo consilio, quod in ceteris secutus sum, declinavi, quod paulo uberiorem attuli codicum varietatem. Nam quum hoc mihi ab initio proposuissem, ut ab inutilibus omnibus abstinerem, ne farragine variarum scripturarum legentium animi turbarentur et fatigarentur, ideoque in prioribus Plauti fabulis unius codicis Palatino-Vaticani (B) varietatem attulissem, quoniam postea invento XIII sæculi codice Ambrosiano I 257 novum subsidium accessisse videbatur, hic et huius (E) et Britannici codicis (I) varietatem attuli, non quo multum hac re profectum crederem, sed quo magis appareret,

quantopere ex uno B omnia penderent. De codice E exposuerunt Loewius et Goetzius in Museo Rhenano 1879 p. 53 sqq. et in præfatione Curculionis, in Asinariæ autem præfatione duas eius paginas (vv. 296—370) photographica arte exprimendas curarunt. Accuratissimam eius collationem mei honoris causa confecit amicissimus Christianus Joergensen, sed quum codex sæpe et a multis correctus sit, hoc loco ea tantum afferenda duxi, quæ prima manu scripta sunt aut saltem ab eodem librario emendata videntur. Consentit autem hic codex in plerisque cum B, rarius ab eo discrepans cum I, sed et I et E tam prope ad B accedunt vel in minutis erroribus vel in lacunis et earum spatiis indicandis, ut primum intuenti inde descripti videantur; sed obstant pauci quidam loci, maxime Casin. 931, ubi lacuna codicis B ex ceteris, quibuscum etiam A consentit, expletur. Quare statuendum videtur, I et E non ex ipso B, sed ex codice plane gemino derivatos esse; librarii autem decimi aut undecimi sæculi quanta cura rem egerint, satis mirari non possumus.

Absoluto iam toto opere officium restat iucundissimum, ut amicis, qui me in Plauto edendo opera et consilio adiuverunt, quantum debeam, grato animo agnoscam, *Christiano Joergensen*, scholæ Metropolitanæ magistro adiuncto, cuius supra mentionem feci, et collegis amicissimis, *M. C. Gertzio*, quem maxime in primi voluminis commentario sæpius nominavi, et *Oscari Siesbye*, cui tum demum, si per modestiam eius toties, quoties fieri debebat, nomen eius afferre licuisset, iustus honor tribui posset. Ipse autem quid mihi proposuerim, in prolegomenis et in præfatione secundi voluminis satis indicavi. Assecutum esse me, quod voluerim, multum abest ut credam; si aliqua ratione studiosis viam ostendisse, si aliquid vel ad textum Plauti constituendum, vel ad poetam lepidissimum intelligendum contulisse videbor, contentus ero.

Hauniæ a. d. V Kal. Julias MDCCCLXXXVII.

J. L. Ussing.

CASINA.

ARGUMENTUM.

Conseruam uxorem duo conserui expetunt;
Alium senex allegat, alium filius.
Sors adiuuat senem; uerum decipitur dolis;
Ita ei subicitur *pro* puella seruolus
Nequam, qui dominum mulcat atque uilicum.
Adulescens ducit ciuem Casinam cognitam.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Britannici (I), Ambrosiani I 257 (E), Ambrosiani palimpsesti (A), ubi apparuit.

1 serui *IE*   3 senem adiuuat   4 pro *om*   5 mulgat

PERSONAE FABULAE

Prologus
Olympio servos
Chalinus servos
Cleostrata mulier
Pardalisca ancilla
Myrrhina mulier
Lysidamus senex
Alcesimus senex
Coquos
Ancillae.

PROLOGUS.

Saluere iubeo spectatores optumos,
Fidem qui facitis maxumi, et uos Fides.
Si uerum dixi, signum clarum date mihi,
Ut uos mihi aequos iam inde a principio sciam.
Qui utuntur uino uetere, sapientis puto,
Et qui libenter ueteres spectant fabulas.
Antiqua opera et uerba quom uobis placent,
Aequom est placere ante *alias* ueteres fabulas;
Nam nunc nouae quae prodeunt comoediae,
Multo sunt nequiores quam nummi noui.
Nos postquam populi rumorem intelleximus
Studiose expetere uos Plautinas fabulas,
Antiquam eius edidimus comoediam,
Quam uos probastis, qui estis in senioribus;
Nam iuniorum qui sunt, non norunt, scio;
Uerum ut cognoscant, dabimus operam sedulo.
Haec quom primum acta est, uicit omnis fabulas.
Ea tempestate flos poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.
Sed tamen absentes prosunt *pro* praesentibus.

8 alias *om.* 9 Nam *om.* *B* hunc *E* 10 Molto *B* 12 nos *E* 13 edimus *IE* 17 haec prima tum *I.* hæc c̀primatum *E* 20 pro *om.*

Vos omnis opere magno esse oratos uolo.
Benigne ut operam detis ad nostrum gregem.
Eicite ex animo curam atque alienum aes.
Ne quis formidet flagitatorem suum.
Ludi sunt; ludus datus est argentariis;
Tranquillum est; alcedonia sunt circum forum;
Ratione utuntur: ludis poscunt neminem,
Secundum ludos reddunt autem nemini.
Aures uaciuae si sunt, animum aduortite:
Comoediai nomen dare uobis uolo.
Clerumenoe uocatur haec comoedia
Graece, Latine Sortientes. Diphilus
Hanc Graece scripsit, postid rursum denuo
Latine Plautus cum latranti nomine.
Senex hic maritus habitat; ei est filius;
Is una cum patre in illisce habitat aedibus.
Est ei quidam seruos, qui in morbo cubat;
Immo hercle uero in lecto, ne quid mentiar;
Is seruos — sed abhinc annos factum est sedecim —
Quom conspicatust primulo crepusculo
Puellam exponi, adit extemplo ad mulierem,
Quae illam exponebat; orat, ut eam det sibi.
Exorat; aufert; detulit recta domum;
Dat erae suae; orat, ut eam curet, educet.
Era fecit; educauit magna industria,
Quasi si esset ex se nata, non multo secus.
Postquam ea adoleuit ad eam aetatem, ut uiris
Placere posset, eam puellam hic senex
Amat efflictim, et item contra filius.

21 oratos esse *I* operatos esse *E* 23 Ducite *IE* 24 flagitorem *E* 25 argentarius *I* 27 neminem poscunt 29 uociuae *B*, uociuae *I* uocue *E* 30 comoediai *BE*, Comediae *I* 31 Clerumenoe *BE*, Clarumoene *I* 32 Dephilus *E* 37 quimorbo *B* 39 factum est annos *I* 40 conspicatus est primo *BIE* 45 facit *BIE* 46 se *om. A* 47 ea *om. BIE* 48 posset at eam *BIE*

Nunc sibi uterque contra legiones parat.
Paterque filiusque, clam alter alterum.
Pater adlegauit uilicum, qui posceret
Sibi istanc uxorem; is sperat, si ei sit data,
Sibi fore paratas clam uxorem excubias foris.
Filius is autem armigerum adlegat suum,
Qui sibi eam uxorem poscat; scit, si id inpetret,
Futurum, quod amat, intra praesepis suas.
Senis uxor sensit, uirum *ei* amori operam dare;
Propterea una consentit cum filio.
Ille autem postquam filium sensit suum
Eandem illam amare et esse inpedimento sibi,
Hinc adulescentem peregre ablegauit pater;
Sciens ei mater dat operam absenti tamen.
Is, ne exspectetis, hodie in hac comoedia
In urbem non redibit; Plautus noluit;
Pontem interrupit, qui erat ei in itinere.
Sunt hic, inter se quos nunc credo dicere:
Quaeso hercle, quid istuc est? seruiles nuptiae?
Seruin uxorem ducent aut poscent sibi?
Nouom adtulerunt, quod fit nusquam gentium.
At ego aio id fieri in Graecia et Carthagini,
Et hic in nostra terra, in Apulia;
Maioreque opera ibi seruiles nuptiae
Quam liberales etiam curari solent.
Id ni fit, mecum pignus, si quis uolt, dato
In urnam mulsi, Poenus dum iudex siet,
Uel Graecus adeo, uel mea causa Appulus.

51 Pater *BIE* alterumque *IE* 52 ablegat *B* 53 istam uxorem *BE*, uxorem istam *I* 54 uxore *AI* 55 is *om. BIE* allegauit *BIE* 57 præsepes *I* 58 ei *om.* 60 sensit filium *BIE* 62 abligauit *B*, ablegat *A* 63 eius mater ei dat *BIE* 64 His *BE* 65 rediuit *B* 66 ei *om. I, E cum rasura* in *om A* 67 quos credo nunc inter se *BIE* 71 alio *B*, aliæ *E* hoc *BIE* ingretia *B* cartagine *I* 73 opere *A* 74 liberalis *BE* 75 pingnus *B*, pugnos *I*, pugnus *E* 77 Apulus *A*

Quid nunc? nihil agitis? Sentio, nemo sitit.
Reuortar ad illam puellam expositiciam,
Quam serui summa ui sibi uxorem expetunt.
Ea inuenietur et pudica et libera
Ingenua Atheniensis, neque quidquam stupri
Faciet profecto in hac quidem comoedia;
Mox hercle uero post, transacta fabula,
Argentum si quis dederit, ut ego suspicor,
Ultro ibit nuptum, non manebit auspices.
Tantum est. Ualete, bene rem gerite et uincite
Uirtute uera, quod fecistis antidhac.

78 Quod *B*. Qui *IE* 82 strupri *I* 86 Aut pisces *I*
88 antedhac

OLYMPIO CHALINUS, SERUI DUO

Olympio

Non mihi licere meam rem me solum, ut uolo,
Loqui atque cogitare sine ted arbitro?
Quid tu, malum, me sequere?

Chalinus

Quia certum est mihi,
Quasi umbra, quoquo ibis tu, te persequi.
Quin edepol etiam, si in crucem uis pergere,
Sequi decretum est. Dehinc conicito ceterum,
Possisne necne clam me sutelis tuis
Praeripere Casinam uxorem, proinde ut postulas.

Olympio

Quid tibi negoti mecum est?

Chalinus

Quid ais, inpudens?
Quid in urbe reptas, uilice haud magni preti?

Olympio

Lubet.

Chalinus

Quin ruri es, in praefectura tua?
Quin potius, quod legatum est tibi negotium,

CALINUS 89 CAL. Non 91 OL. Quia 92 tu ibis te semper sequi *A* 97 CAL. negotist *A* OL. 98 CAL. Quid *B*. C. Qui *E* rectas *E*, restas *I* hic *BIE* magi *I*

Id curas atque urbanis rebus te abstines?
Huc mihi uenisti sponsam praereptum meam?
Abi rus, abi dierectus tuam in prouinciam.

Olympio

Chaline, non sum oblitus officium meum.
Praefeci ruri recte qui curet tamen.
Ego, huc quod ueni in urbem ubi inpetrauero,
Uxorem ut istam ducam, quam tu deperis,
Bellam et tenellam Casinam, conseruam tuam,
Quando ego eam mecum rus uxorem abduxero,
Rure incubabo usque in praefectura mea.

Chalinus

Tun illam ducas? Hercle me suspendio,
Quam tu eius potior fias, satiust mortuum.

Olympio

Mea praeda est illa; proin tu te in laqueum induas.

Chalinus

Ex sterculino effosse, tua illaec praeda sit?

Olympio

Scies, hoc ita esse. Uae tibi! quot te modis,
Si uiuo, habebo in nuptiis miserum meis!

Chalinus

Quid tu mihi facies?

Olympio

Egone quid faciam tibi?
Primum omnium huic lucebis nouae nuptae facem;

102 mihi *om BIE* 103 Directus *I* 104 Caline *I* 106 ius *BIE* 107 istanc *BIE* qua *I* 108 Bonam *I* 110 iure *BE* 111 Tu *BIE* 112 satius est 113 neduas *I* induas *E* 114 Et sterquilino *A* est *BIE* 115 CAL. Ve tibi. OL *IE* 116 uiuo *E* habeo *I* 118 noue nupte facere *E*

[Postilla, ut semper improbus nihilique sis]
Postid locorum, quando ad uillam ueneris,
Dabitur tibi amphora una et una seria,
Fons unus, unum a*h*enum et octo dolia;
Quae nisi erunt semper plena, ego te inplebo flagris.
Ita te adgerunda curuom aqua faciam probe,
Ut postilena possit ex te fieri.
Post autem, ruri nisi tu aut eruom ederis
Aut quasi lumbricus terram, quod te postules
Gustare quidquam, numquam edepol ieiunium
Ieiunum est aeque atque ego te ruri reddibo.
Post id, quom lassus fueris et famelicus,
Noctu ut condigne te cubes, curabitur.

Chalinus

Quid facies?

Olympio

Concludere in fenestram firmiter,
Unde auscultare possis, quom ego illam osculer,
Quom mihi illa dicat: „Mi animule, mi Olympio,
Mea uita, mea mellilla, mea festiuitas,
Sine tuos ocellos deosculer, uoluptas mea.
Sine uero amari te, meus festus dies,
Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.“
Quom mihi haec dicentur dicta, tum tu furciter,
Quasi mus in medio pariete uorsabere.

119 nihilq; sis *BE*, nichil sis q *I* 120 illam *BIE* 121 semita (u above) 122 aenum 124 cornum *I*, curruum *E* 126 nisi ruri *IE* tu aceruo mederis 129 inuuum *A*, ieiunium *BIE* redibo *I* 130 famelitus *E* 133 Unde tu *A* obsculer *I* 134 dicet *IE* 135 uita mellilla *I* 136 deobsculer *I* 137 Sine amabo te amari *BIE* 138 puluis *E* 140 uersauere *E*

Nunc, ne tu te mihi respondere postules.
Abeo intro; taedet tui sermonis.

Chalinus

Te sequor.
Hic quidem pol certo nihil ages sine med arbitro.

CLEOSTRATA MULIER PARDALISCA ANCILLA.

Cleostrata

Obsignate cellas; referte anulum ad me;
Ego huc transeo in proximum ad meam uicinam
Uir si quid uolet me, facite hinc me arcessatis.

Pardalisca

Prandium iusserat senex sibi parari.

Cleostrata

St!
Tace atque abi Neque paro neque hodie coquetur.
Quando is mihi et filio aduorsatur suo
Animi amorisque causa sui.
Flagitium illud hominis, ego illum fame, ego illum siti,
Maledictis malefactis amatorem ulciscar.
Ego pol illum probe incommodis dictis angam.
Faciam uti proinde ut est dignus uitam colat,
Acheruntis pabulum,
Flagiti persequentem,
Nequitiae stabulum.

---

141 CAL. Nunc *IE* 142 sermonis tui *BIE* OL. *IE* 143 met *BE* arbitrio *E*
PERDALISCA *B*, PERDOLISCA *IE* 144 Absigate *E* 145 uicinam *A* 146 hinc arcessatis *A* 147 sta *BIE* 154 ut *om.* *IE* dignam *A*

Nunc huc meas fortunas eo questum ad uicinam.
Sed foris concrepuit, atque ipsa eccam egreditur;
Non pol per tempus iter hoc mihi incepi.

CLEOSTRATA MULIER. MYRRHINA ALTERA MULIER

Myrrhina

Sequimini, comites, in proxumum me huc.
Heus uos: ecquis haec, quae loquor, audit? Ego hic ero,
uir si aut quispiam quaeret.
Nam ubi domi sola sum, sopor manus caluitur.
Iussin colum ferri mihi?

Cleostrata

Myrrhina salue.

Myrrhina

Salue mecastor. Sed quid tu es tristis, amabo?

Cleostrata

Ita solent omnes, quae sunt male nuptae.
Domi et foris aegre quod sit, satis semper est.
Nam ego ibam ad te.

Myrrhina

Et pol ego istuc ad te.
Sed quid est, quod tuo nunc animo aegre est?
Nam quod tibi est aegre, idem mihi est diuidiae.

158 hinc *BIE* uicinas *BIE* 159 ea ipsa *BIE* egreditur foras *BIE* 160 pol *om. A* hoc *om BIE*

CLEO MULIER ET EIDEM MYRRINA *BE* 161 comitis *BE* 162 Heus . . audit *antecedenti versu* loquar *BIE* hic *A* 163 calpitur *BIE* 164 iussin *E* mihi colum fere *I* 165 murrina *BE*. mirrina *I* Myrrina salue *antecedenti versui adnectit A* ambo *I* 167 egre quid satis *E* 168 ibo ad te. M. edepol *E* 170 diuidue *BIE*

Cleostrata

Credo ecastor: nam uicinam neminem amo merito magis
Quam te, nec *quemquam noui*, qua in plura sunt mihi,
quae ego uelim.

Myrrhina.

Amo te atque istuc expeto scire quid sit.

Cleostrata

Uir me habet pessumis despicatu modis.

Myrrhina

Hem, quid est? Dic idem hoc, nam pol haud satis meo
Corde accepi querelas tuas; obsecro. 176

Cleostrata

Uir me habet pessumis despicatu modis,
Nec mihi ius meum optinendi optio est.

Myrrhina

Mira sunt, uera si praedicas; nam uiri
Ius suum ad mulieres optinere haud queunt. 180

Cleostrata

Quin mihi ancillulam ingratiis postulat,
Quae mea est, quae meo educta sumptu siet,
Uilico suo se dare, sed ipsus eam amat.

Myrrhina

Obsecro,
Tace.

Cleostrata

Nam hic nunc licet dicere; nos sumus.

Myrrhina

Ita. Sed unde ea tibi est?

172 quemquam noui *om.* qua plura *I* 173 quide *E* 173–74 *A uno uersu* 174 pessumis me habet *A* despicatam *BE*. despectam *I m p.* *Sequitur 178* 175 hoc *om A* hau *A* 177 despicatam *BIE* 178 *legitur post 174* 180 aut *E* 181 ingratis 182 educata 183 Uheo *E* MY *om.* 184 CL. *om.* CL. Ita est. M. Unde

Nam peculi probam nihil habere addecet
Clam uirum, et *si* quae habet, partum ei haud commode est,
Quin uiro aut subtrahat aut stupro inuenerit.
Hoc uiri censeo esse omne, quicquid tuum est.

Cleostrata

Tu quidem aduorsum tuam amicam omnia loqueris.

Myrrhina

Tace sis, stulta, et mihi ausculta.
Noli sis tu illi aduorsari.
Sine amet; sine, quod lubet, id faciat, quando tibi nihil domi delicuum est.

Cleostrata

Satin sana es? Nam tu equidem aduorsus tuam ista *omnia* rem loquere.

Myrrhina

Insipiens,
Semper tu huic uerbo uitato abs tuo uiro.

Cleostrata

Quoi uerbo?

Myrrhina

I foras, mulier.

Cleostrata

St, tace.

Myrrhina

Quid est?

Cleostrata

Em,

186 si *om.* commodi 187 uero *IE* 188 omne esse *I* 192 deliqum *E*, deliquium *I* 193 tū *E* istā *IE* omnia *om.* 194 ab *IE* 195 Est Hem

Myrrhina

Quis est, quem uides?

Cleostrata

Uir eccum it.

Intro abi; adpropera, amabo.

Myrrhina

Inpetras; *ego* abeo.

Mox magis quom otium mihi et tibi erit,
Igitur tecum loquar; nunc uale.

Cleostrata

Ualeas.

LYSIDAMUS SENEX. CLEOSTRATA MULIER

Lysidamus

Omnibus ego amorem credo nitoribus nitidis anteuenire,
Nec potis quidquam commemorari, quod plus salis plusque leporis
Habeat. Coquos equidem demiror, qui utuntur condimentis,
Eos eo condimento uno *non* utier, omnibus quod praestat:
Nam ubi amor condimentum inierit, quoiuis placiturum credo,
Neque salsum neque suaue esse potest quidquam, ubi amor non admiscetur.
Fel quod amarum est, id mel faciet, hominem ex tristi lepidum et lenem.
Hanc ego de me coniecturam domi facio magis quam ex auditis,

196 M. Intro age amabo. CL. impetrans *I* ego *om.* 197 MY. Mox erit et tibi *I*

STALINO *B*, Stalino *IE* 199 Omnibus rebus ego credo et nitoribus nitidis *BE* 200 leporis hodie 201 equidem nimis demiror utunt *I* 202 non *om* 203 inierit cuius *E* placituram *BE* 204 admiscetur *E*

Qui qu*oni*am amo Casinam, magis nimio munditiis Mundi-
ti*am* antideo.
Myropolas omnis sollicito; ubicumque est lepidum unguen-
tum unguor,
Ut illi placeam; et placeo, ut uideor. Sed uxor me ex-
cruciat, quia uiuit.
Tristem adstare adspicio. Blande haec mihi mala mers
adpellanda est.
Uxor mea meaque amoenitas, quid tu agis?

C l e o s t r a t a

Abi atque abstine manum.

L y s i d a m u s

Heia, mea Iuno, non decet esse te tam tristem tuo Ioui.
Quo nunc abis?

C l e o s t r a t a

Mitte me.

L y s i d a m u s

Mane.

C l e o s t r a t a

Non maneo.

L y s i d a m u s

At pol ego te sequar.

C l e o s t r a t a

Obsecro, sanun es?

L y s i d a m u s

Sanus, quom ted amo.

C l e o s t r a t a

Nolo ames.

---

207 Qui quam amo Casiam *B* inicio *BI*, innitio *E* munditiantideo 208 Miro pol has *BE*, Miropolas *I* es *BE* 209 placeat *BE* 210 ac *E* mala res 211 amo emitas *E* 212 Eia *IE* iuno *E* 214 sanus es *I* quam

Lysidamus

Non potes inpetrare.

Cleostrata

Enecas.

Lysidamus

Uera dicas uelim.

Cleostrata

Credo ego istuc tibi.

Lysidamus

Respice, o mi lepos.

Cleostrata

Nempe ita ut tu mihi es.
Unde hic, amabo, unguenta olent?

Lysidamus

Oh perii; manufesto miser
Teneor. Cesso caput pallio detergere?
Ut te bonus Mercurius perdat, myropola, quia haec mihi dedisti.

Cleostrata

Eho tu, nihili, cana culex, uix teneor, quin quae decent te dicam.
Senecta aetate unguentis *unctus* per uias, ignaue, incedis.

Lysidamus

Pol ego amico dedi quoidam operam, dum emit unguenta.

Cleostrata

Ut cito conmentust!
Ecquid te pudet?

215 enegas *BE* 217 oh 218 dolent *BE* 221 Eho oh tu *F* nihili [illegible] anaculix *BE* qu[illegible] *E* te *om. I* 222 unguentus 223 ego *om. F* cato *F* commendatus est 224 Ecquide *I*

Lysidamus

Omnia quae tu uis.

Cleostrata

Ubi in lustra iacuisti?

Lysidamus

Egone in lustra?

Cleostrata

Scio plus quam tu me arbitrare.

Lysidamus

Quid est, quod tu scis?

Cleostrata

Te sene omnium se*num hom*inem neminem esse ignauiorem.
Unde is, nihili? ubi fuisti? ubi lustratu's? ubi bibisti?
Atque mecastor uide palliolum ut rugat.

Lysidamus

Di me et te infelicent,
Si ego in os meum uini guttam indidi.

Cleostrata

Immo age ut lubet;
Bibe, es, disperde rem.

Lysidamus

Ohe, iam satist; uxor; comprime te; nimium tinnis.
Relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges.
Sed quid ais? iam domuisti animum, potius ut, quod uir uelit
Fieri, id facias, quam aduorsere contra?

Cleostrata

Qua de re?

Lysidamus

Rogas?

224 illustra *E* 225 quid id est *BE* 226 senem 227 Unde his *BE* uiuisti *BE* 228 Adest De *E*, Dem *I* infilicitent *B*, infilicem *E* infelice *I* 230 aes *I* disperdere *B* satis uxor est tinnes *B*, tinnues *E* 232 quide *E* quid *E* 233 facias potius quam

Super ancilla Casina ut detur nuptum nostro uilico,
Seruo frugi, atque ubi illi bene sit, ligno, aqua calida, cibo,
Uestimentis, ubique educat pueros, quos pariat, *bene*,
Quam illi seruo nequam des, armigero nihili atque inprobo,
Quoi homini hodie peculi nummus non est plumbeus.

Cleostrata

Mirum ecastor, te senecta aetate officium tuum
Non meminisse.

Lysidamus

Quid iam?

Cleostrata

Quia, si facias recte aut commode,
Me sinas curare ancillas, quae mea est curatio.

Lysidamus

Qui, malum, homini scutigerulo dare lubet?

Cleostrata

Quia filio
Nos oportet opitulari unico.

Lysidamus

At quamquam unicust,
Nihilo magis ille unicust mihi filius quam ego illi pater.
Illum mihi aequiust, quam me illi, quae uolo, concedere.

Cleostrata

Tu ecastor tibi, homo, malam rem quaeris; subolet; sentio.

Lysidamus

Egone?

Cleostrata

Tu. Nam quid triguttis? quid istuc tam cupide cupis?

236 bene *om.* 237 Potius quam armigero nisi atque 238 plubeus *I* 240 certe et *IE* 241 Curare me sinas *IE* 242 iubet *E* Quia enim filio 243 unicus est 244 unicus est ille 245 equius est *B*, equus est *C* 247 Egon *BE*

Lysidamus

Ut enim frugi seruo detur potius quam seruo inprobo.

Cleostrata

Quid, si ego inpetro atque exoro a uilico, causa mea
Ut eam illi permittat?

Lysidamus

Quid, si ego autem ab armigero inpetro,
Ut eam illi permittat? Atque hoc credo *me* inpetrassere.

Cleostrata

Conuenit. Uin tuis Chalinum huc euocem uerbis foras?
Tu eum orato; ego autem orabo uilicum.

Lysidamus

Sane uolo.

Cleostrata

Iam hic erit. Nunc experiemur, nostrum uter sit blandior.

Lysidamus

Hercules dique istam perdant! Quod nunc liceat dicere,
Ego discrucior miser amore; illa autem quasi ob industriam
Mihi aduorsatur. Subolet hoc iam uxori, quod ego machinor;
Propter eam rem magis armigero dat operam de industria.

SENEX SERUOS

Lysidamus

Qui illum di omnes deaeque perdant!

Chalinus

Te uxor aiebat tua
Me uocare.

251 Ut *om.* me *om.* impetrasse *I*, impetrasscere *E* 252 Conueni tu uis 253 uilico *BE* 256 aut illa *I*, autem illa *E* industria *I* CALINUS *add. I*, SERUUS SENEX *BE* 259 alebat *BE*

Lysidamus

Ego enim uocari iussi.

Chalinus

Eloquere, quid uelis.

Lysidamus

Primum ego te porrectiore fronte uolo mecum loqui.
Stultitia est, ei te esse tristem, quoius potestas plus potest.
Bonae frugi hominem te iam pridem esse arbitror.

Chalinus

Intellego.
Quin, si ita arbitrare, emittis me manu?

Lysidamus

Quin id uolo;
Sed nihil est, me cupere factum, nisi tu factis adiuuas.

Chalinus

Quo id uelis modo, id uelim me scire.

Lysidamus

Ausculta; ego eloquar.
Casinam ego uxorem promisi uilico nostro dare.

Chalinus

At tua uxor filiusque promiserunt mihi.

Lysidamus

Scio;
Sed utrum nunc tu caelibem te esse mauis liberum,
An maritum seruom aetatem degere et gnatos tuos?
Optio haec tua est; utram harum uis condicionem accipe.

Chalinus

Liber si sim, meo periclo uiuam; nunc uiuo tuo.
De Casina certum est concedere homini nato nemini.

---

260 iussit *BE* 261 porrectiorem *E* frontem *BE* 263 Pro bonae te *om. E* iam pridem *om. I* 266 Quid *BE*, Quod *I* nescere loquar *BE*, loquor *I* 268 filius quae *E* 271 utrum *E* condicionū *I* 273 noto *B*

Lysidamus

Intro abi, atque actutum uxorem huc euoca ante aedis cito,
Et sitellam huc tecum efferto cum aqua et sortis.

Chalinus

Satis placet.

Lysidamus

Ego pol istam iam aliquouorsum tragulam decidero;
Nam si sic nihil inpetrare potero, saltem sortiar.
Ibi ego te et suffragatores tuos ulciscar.

Chalinus

At tamen
Mihi obtinget sors.

Lysidamus

Ut quidem pol pereas cruciatu malo.

Chalinus

Mihi illa nubet; machinare quidlubet quouis modo.

Lysidamus

Abin hinc ab oculis?

Chalinus

Inuitus me uides; uincam tamen.

Lysidamus

Sumne ego miser homo? satin omnes res sunt aduorsae mihi?
Iam metuo, ne Olympionem mea uxor exorauerit,
Ne Casinam ducat. Si id factum est, ecce me nullum senem.
Si non inpetrauit, etiam specula in sorti est mihi.
Si sors autem decolassit, gladium faciam culcitam
Eumque incumbam. Sed progreditur optume eccum Olympio.

274 ediscito *BE* 275 si te iam *E* offerto *I* scortis *E* 277 potuero *B* saltim *E* 278 sufragotores *E* 279 paras *E* 280 iubet *E* 281 uinam 282 res *om. BE* 283 Iam ego metuo *I* meam *I* 284 casiam *B* 285 imperauerit *E* spicula *I* insortita sunt mihi 286 decollassit *B* decolla sit *E* 287 progredietur *E*

OLYMPIO SERUOS SENEX.

Olympio

Una edepol opera in furnum calidum condito
Atque ibi torreto me pro pane rubido.
Era, qua istuc opera a me inpetres, quod postulas

Lysidamus

Saluos sum; salua spes est, ut uerba audio.

Olympio

Quid tu me uero libertate territas?
Quin, si tu nolis filiusque etiam tuus,
Uobis inuitis atque amborum ingratiis
Una libella liber possum fieri.

Lysidamus

Quid istuc est? Quicum litigas, Olympio?

Olympio

Cum eadem, qua tu semper.

Lysidamus

Cum uxore*n* mea?

Olympio

Quam tu mihi uxorem? Quasi uenator tu quidem es;
Dies atque noctes cum cane aetatem exigis.

Lysidamus

Quid agit, quid loquitur tecum?

Olympio

Orat, obsecrat,
Ne Casinam uxorem ducam.

Lysidamus

Quid tu postea?

SERUUS OLIMPIO *BE* 290 quam istam operam *I* 292 uera *BE*, hera *I* 293 Quid 294 ingratus *E* 296 legitas *E* 297 semper es *E* uxore tua *E* 298 quasi uxorem *E* 300 ait *IE* 301 casiam *B* ducas *E*

Olympio
Negaui enim ipsi me concessurum Ioui,
Si is mecum oraret.

Lysidamus
Di te seruassint mihi

Olympio
Nunc in fermento tota est; ita turget mihi.

Lysidamus
Edepol ego illam mediam diruptam uelim.

Olympio
Credo edepol esse, si quidem tu frugi bonae es.
Uerum edepol tua mihi odiosa est amatio;
Inimica est tua uxor mihi, inimicus filius,
Inimici familiares.

Lysidamus
Quid id refert tua?
Unus tibi hic dum propitius sit Iuppiter,
Tu istos minutos caue deos flocci feceris.

Olympio
Nugae sunt istae magnae; quasi tu nescias,
Repente ut emoriantur humani Ioues.
[Sed tandem si tu Iuppiter sis emortuus]
Quom ad deos minores redierit regnum tuum,
Quis mihi subuenimet tergo aut capiti aut cruribus?

Lysidamus
Opinione me*l*ius res tibi habet tua,
Si hoc inpetramus, ut ego cum Casina cubem.

---

302 Censurum *I* 303 oret *I* 304 firmento *I* 306 si quē tu *I* 308 mibi tuus inimicus *E* 311 munitos *IE* deos *om. I* 313 iones *I* 314 OLYMP. Sed *I* 315 minoris *B* 316 subuenieus 317 Opinionem eius habeat 318 nubem *E*

Olympio

Non hercle opinor posse; ita uxor acriter
Tua instat, ne mihi detur.

Lysidamus

At ego sic agam:
Coniciam sortis in sitellam et sortiar
Tibi et Chalino. Ita rem natam intellego:
Necessum est uorsis gladiis depugnarier.

Olympio

Quid, si sors aliter, quam uoles, euenerit?

Lysidamus

Bene dice: dis sum fretus: deos sperabimus.

Olympio

Non ego istuc uerbum empsim titiuillitio;
Nam omnes mortales dis sunt freti; sed tamen
Uidi ego dis fretos saepe multos decipi.

Lysidamus

St, tace parum*per*.

Olympio

Quid uis?

Lysidamus

Eccum exit foras
Chalinus intus cum sitella et sortibus.
Nunc nos collatis signis depugnabimus.

---

320 instar *E* 322 ut *E* 323 Necessu *E* 324 eueuerit quam noles *E* 325 deis *B*, dus *I* sperauimus 326 emissum tibi statio *E*, emissum ut tibi est alterio *I*, emissum ut tibi stat ratio *F* 327 deis 328 di sertos *IE* decepi *E* 329 St *om*. *BI*, Set *E* parum 330 sistella *E* 331 nos *I* consolatis *E* depugnauimus

MULIER SERUOS EIDEM

Cleostrata

Face, Chaline, certiorem me, quid meus uir me uelit.

Chalinus

Ille edepol uidere ardentem te extra portam mortuam.

Cleostrata

Credo ecastor uelle.

Chalinus

At pol ego haud credo, sed certo scio.

Lysidamus

Plus artificum est mihi, quam rebar; hariolum hunc habeo domi.

Quid si propius attollamus signa eamusque obuiam?

Sequere. Quid uos agitis?

Chalinus

Adsunt, quae inperauisti, omnia,

Uxor, sortes, situla, atque egomet.

Lysidamus

Te uno adest plus quam ego uolo.

Chalinus

Tibi quidem edepol ita uidetur; stimulus ego nunc sum tibi;

Fodico corculum.

Lysidamus

At sudabis iam ex metu, mastigia.

Cleostrata Calinus Senex *I* 332 certiorem equidem *BE* 333 ardentem te uidere *E* metuam 334 crede *E* uelle *BE*, uellet *I* at pol ego . C *B*, CLE at pol ego *I* 335 mi abeo *BE* 336 famusque *E*, fiamusque *I* 340 Eo dico adsudasis *B*, adsudassis *I*, ad sua sis *E*

Cleostrata

Tace,° Chaline.

Olympio

Conprime istum.

Chalinus

Immo istunc, qui didicit dare.

Lysidamus

Adpone hic sitellam, sortis cedo mihi; animum aduortite
Atque ego censui abs te posse hoc me impetrare, uxor mea,
Casina ut uxor mihi daretur, et nunc etiam censeo.

Cleostrata

Tibi daretur illa?

Lysidamus

Mihi enim. Ah, non id uolui dicere.
Dum mihi uolui, huic dixi, atque adeo, mihi dum cupio — perperam
Iam dudum hercle fabulor.

Cleostrata

Pol tu quidem; atque etiam facis.

Lysidamus

Huic — immo hercle mihi. Uah tandem redii uix ueram in uiam.

Cleostrata

Per pol saepe peccas. Ita fit, ubi quid tanto opere expetas.

Lysidamus

Sed te uterque tuo pro iure, ego atque hic, oramus.

Cleostrata

Quid est?

341 caline comprime istunc. OL quid dicit 342 aduorte *B* 343 mecum impetrare mea uxor *I* 345 ha *E* 348 redi *B* uixeram *IE* 349 S. ita *B* tango *E* 350 atque ego *E*

Lysidamus

Dicam enim, mea mulsa: de istac Casina huc nostro uilico
Gratiam facias.

Cleostrata

At pol ego neque facio neque censeo.

Lysidamus

Tum igitur ego sortis utrimque *part*iam.

Cleostrata

Num quis uotat?

Lysidamus

Optumum atque aequissumum istud esse, iure iudico.
Postremo, *si* illud, quod uolumus, eueniet, gaudebimus;
Sin secus, patiemur animis aequis. Tene sortem tibi;
Uide, quid scriptum est.

Olympio

Unum.

Chalinus

Iniquom est, quia isti prius quam mihi ést.

Lysidamus

Accipe hanc sis.

Chalinus

Cedo. Mane: unum uenit in mentem modo;
Uide, ne qua illic insit alia sortis sub aqua.

Lysidamus

Uerbero,
Men te censes esse?

Cleostrata

Nulla est; habe quietum animum modo.

351 urō *E* 353 fortis utrimq. . . . . iam . . . MUL . quis *B*, sortes utrinq. iam quis *IE* 355 *om IE, in margine addit B* si *om* 357 quod *IE* est *om. IE* inicus e *E*, unicus e *I* 358 u. *om E* 359 illic sit *IE* Alia sors *I*, Alias oris *E* 360 cesses *E* esse nulla *IE* quaetum *BE*

Olympio

Quod bonum atque fortunatum sit mihi,

Chalinus

Magnum malum

Tibi quidem edepol, credo, euenet; noui pietatem tuam
Sed mane dum: num ista aut populna sors aut abiegna est tua?

Olympio

Quid tu id curas?

Chalinus

Quia enim metuo, ne in aqua summa natet.

Lysidamus

Apage a me. Conicite sortis nunc iam ambo huc. Eccere.
Uxor, aequa.

Olympio

Noli uxori credere.

Lysidamus

Habe animum bonum. 366

Olympio

Credo hercle, hodie deuotabit sortis, si attigerit.

Lysidamus

Tace.

Olympio

Taceo. Deos quaeso

Chalinus

Ut quidem tu hodie canem et furcam feras.

361 Quod fortunatum tuum CH om. IE 362 OL. Tibi B. CLE Tibi IE 363 Sed ne dum nunc ista I, nunista E 364 CLE Quid IE 365 Auge caue, BE Age caue I nunc iam om. I amabo 366 credere habe IE 367 denobit BE CAL tace IE 368 quaeso C Aut BE, quaeso ut I

Olympio

Mihi ut sortito eueniat . . .

Chalinus

Ut quidem hercle pedibus pendeas.

Olympio

At tu ut oculos emungare ex capite per nasum tuos.
Quid times? paratum oportet esse iam laqueum tibi.
Periisti.

Lysidamus

Animum aduortite ambo.

Olympio

Taceo.

Lysidamus

Nunc tu, Cleostrata,
Ne a me memores malitiose de hac re factum aut suspices.
Tibi permitto; tute sorti.

Olympio

Perdis me.

Chalinus

Lucrum facit.

Cleostrata

Bene facis.

Chalinus

Deos quaeso, ut tua sors ex sitella effugerit.

Olympio

Ain tu? quia tute es fugitiuos, omnis te imitari cupis?

---

369 OL. *om.* sorticio eueniat ut 370 C. At *B* occulos *E* enungare *E* 372 SEN *præfigunt IE ceteris personarum notis omissis* Peristi *BE* amabo 373 suscipere *IE* 374 CAL. Perdis me. OL. *IE* 376 tutes *I*

Chalinus

Utinam tua quidem *ista*, sicut Hercule *illis* praedicant
Quondam prognatis, in sortiendo sors deliquerit

Olympio

Tu, ut liquescas ipse, actutum uirgis calefactabere.

Lysidamus

Hoc age sis, Olympio.

Olympio

Si hic litteratus me sinat.
Quod bonum atque fortunatum mihi sit,

Lysidamus

Ita uero; et mihi.

Chalinus

Non.

Olympio

Immo hercle.

Chalinus

Immo mihi hercle. Hic uincet; tu uiues miser.

Lysidamus

Praecide os tu illi hodie. Age, ecquid fit? Ne obiexis manum.

Olympio

Compressan palma an porrecta ferio?

Lysidamus

Age ut uis.

Olympio

Em tibi.

---

377 CH. *om. B*   tua quidem sicut *BI*, tua talis sicut *E*   herculei *BE* herculeis *I*   378 quandam *E*   ista in   deliquerit (sorte liquerit *E*   379 liquet eas *E*   calefacta uere *B*   381 S *præfigit B*   est. OL. Ita *B*, est. CAL. Ita *IE*   382 OLY. *IE*   Non immo   M Immo *B*, Immo *I*   383 sit *I*   obiexis *BE*, obiexis *I*   384 uis rem *BE*

Cleostrata

Quid tibi istunc tactio est?

Olympio

Quia Iuppiter iussit meus.

Cleostrata

Feri malam, ut ille deorsum —

Olympio

Perii, pugnis caedor, Iuppiter.

Lysidamus

Quid tibi tactio hunc fuit?

Chalinus

Quia iussit haec Iuno mea.

Lysidamus

Patiundum est, si quidem me uiuo mea uxor imperium exhibet.

Cleostrata

Tam huic loqui licere oportet quam isti.

Olympio

Cur omen mihi Uituperat?

Lysidamus

Malo, Chaline, tibi cauendum censeo.

Chalinus

Temperi, postquam oppugnatum est os.

Lysidamus

Age, uxor, nunc iam Sorti: uos aduortite animum. Prae metu ubi sim nescio Perii, cor lienosum, opinor, habeo; iam dudum salit; De labore pectus tundit.

385 qua *B* 386 Fieri *I* rursum *BI*, sursum *E* [illegible] 387 tatio *E* 388 impera *E* 389 loqui qu. *BE* ist eu *I* 390 [illegible] *om. I* 391 Tempera *E* opugnatum [illegible] *E* uxor [illegible] [illegible] nunc 392 Sortite aduortite *I* praebe tu 393 Peraior *F* [illegible] *I*, oppinor *E* iam iam

Cleostrata

Teneo sortem.

Lysidamus

Ecfer foras.

Chalinus

Iamne mortuu's?

Lysidamus

Ostende.

Olympio

Mea est.

Chalinus

Mala crux ea est quidem.

Lysidamus

Uictus es, Chaline. Quom nos di iuuere, Olympio,
Gaudeo.

Olympio

Pietate factum est mea atque maiorum meum.

Lysidamus

Intro abi, uxor, atque adorna nuptias.

Cleostrata

Faciam ut iubes.

Lysidamus

Scin tu, rus hinc esse ad uillam longe, quo ducat?

Cleostrata

Scio.

Lysidamus

Intro abi et, quamquam hoc tibi aegre est, tamen fac adcures.

Cleostrata

Licet.

394 SEN. teneo *I* LY *om. I* 395 CH *om IE* OL. Ostend mea crucias quidem 396 M. Victus *B* chaline . S. cum *B*, caline tam *I* diu uiuere *BE*, dum uiuere *I* 397 meorum 398 ruri esse 399 sq SEN. Sen intro *I* 400 accures licet *I*

Lysidamus

Eamus nos quoque intro; hortemur ut properent.

Olympio

Num quid moror?
Nam praesente hoc plura uerba *fieri* non desidero.

CHALINUS SERUOS

Si nunc me suspendam, meam operam luserim
Et praeter operam restim sumptifecerim
Et meis inimicis uoluptatem creauerim.
Quid opus est, qui sic mortuus equidem tamen?
Sorti sum uictus; Casina nubet uilico.
Atque id non tam aegre est iam, uicisse uilicum
Quam id expetiuisse opere tam magno senem,
Ne ea mihi daretur atque ut illi nuberet.
Ut ille trepidabat, ut festinabat miser,
Ut subsultabat, postquam uicit uilicus.
Attat; concedam huc; audio aperiri foris;
Mihi beneuolentes atque amici prodeunt.
Hinc ex insidiis hisce ego insidias dabo.

SERUI II. SENEX

Olympio

Sine modo rus ueniat; ego remittam ad te uirum
Cum furca in urbem tamquam carbonarium.

---

401 hortamur 402 fieri *om.* 403 non *E* 405 creauerim *om. I* 408 uicisse *om I* 412 susultabat *BE* 413 huic *E* opperiri *B*, operiri *IE* 414 beneuolenti *I*, beneuolentis *E* atque ad me prodeunt 415 insidiis hic ego
OLYMPIO SENEX CALINUS *I* 416 eueniat

Lysidamus

Ita fieri oportet

Olympio

Factum et curatum dabo.

Lysidamus

Uolui Chalinum, si domi esset, mittere
Tecum opsonatum, ut etiam in maerore insuper
Inimico nostro miseriam hanc adiungerem.

Chalinus

Recessim dabo me ad parietem; imitabor nepam.
Captandust horum clanculum sermo mihi;
Nam illorum me alter cruciat, alter macerat.
Ut candidatus cedit hic mastigia,
Stimulorum loculus! Protollo mortem mihi;
Certum est, hunc Acheruntem praemittam prius.

Olympio

Ut tibi ego inuentus sum obsequens! Quod maxume
Cupiebas, eius copiam feci tibi.
Erit hodie tecum, quod amas, clam uxorem.

Lysidamus

Tace.
Ita me di bene ament, ut ego uix reprimo labra,
Ob istanc rem quin te deosculer, uoluptas mea.

Chalinus

Quid? deosculer? quae res? quae *ista* uoluptas tua?
Ecfodere hercle hic uolt credo uesicam uilico.

421 adiunguerem *I*   422 Recessim cedam ad   425 At canditatus   mactigia *E*   426 loculi *BE*, luculi *I*   430 uxore *I*   432 deobsculer *I semper*   433 ista *om.*   434 *post 437 ponit I*   434 uolut *I*

Olympio

Ecquid amas nunc me?

Lysidamus

Immo edepol me quam te minus.

Licetne amplecti te?

Chalinus

Quid? amplecti?

Olympio

Licet.

Lysidamus

Ut, quia te tango, mel mihi uideor lingere!

Olympio

Ultro te, amator! apage te a dorso meo.

Chalinus

Illuc est, illuc, quod hic hunc fecit uilicum.
Et idem me pridem, quom ei aduorsum ueneram,
Facere atriensem uoluerat sub ianua.

Olympio

Ut tibi morigerus hodie, ut uoluptati fui!

Lysidamus

Ut tibi, dum uiuam, bene uelim plus quam mihi.

Chalinus

Hodie hercle, opinor, hi conturbabunt pedes.
Solet hic barbatos sane sectari senex.

Lysidamus

Ut ego hodie Casinam deosculabor! ut mihi
Bona multa faciam *clam* meam uxorem!

Chalinus

Attatae.

435 Ecquis *IE*   437 [illegible]nto *E*   438 CHAL. [illegible] a patre te *I*   439 CHAL *om.*   hic *om. E*   442 morierus *B*   443 dum una[illegible]ne *I*   444 is *BE*, is *I*   conturbabunt *I*   445 senex sectari *B*   447 clam *om.*   attat ne *I*, artare *E*

Nunc pol ego demum in rectam redii semitam:
Hic ipsus Casinam deperit; habeo uiros.

Lysidamus

Iam hercle amplexari, iam osculari gestio.

Olympio

Sine prius deduci. Quid, malum, *pr*operas?

Lysidamus

Amo.

Olympio

At non opinor fieri hoc posse hodie.

Lysidamus

Potest.

Si quidem cras censes te posse emitti manu.

Chalinus

Enimuero huc aures magis sunt adhibendae mihi:
Iam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.

Lysidamus

Apud hunc sodalem meum atque uicinum mihi
Locus est paratus; ei ego amorem omnem meum
Concredui; is mihi se locum dixit dare.

Olympio

Quid eius uxor? ubi erit?

Lysidamus

Lepide repperi.

Mea uxor uocabit huc eam ad se in nuptias,
Ut hic sit secum, se adiuuet, secum cubet.
Ego iussi, et dixit se facturam uxor mea.
Illa hic cubabit; uir aberit faxo domo;

449 deperit SEN. [illegible] SEN *om* [illegible] 451 prius *E* operas [illegible] 452 opinor *I* [illegible] 453 emitti manu *IE*, manumitti *B* 457 [illegible] 458 [illegible] *I* 459 repperi *F* 461 adiuuet *F* 463 [illegible] hic *I*, [illegible] hac *E* [illegible] *BE*, [illegible] *I* [illegible] *IE* faxo *I* [illegible] *IE*

Tu rus uxorem duces; id rus hoc erit,
Tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias.
Hinc tu ante lucem rus cras duces postea.
Satin astute?

Olympio

Docte.

Chalinus

Age modo, fabricamini.
Malo hercle uostro tam uorsuti uiuitis.

Lysidamus

Scin, quid nunc facias?

Olympio

Loquere.

Lysidamus

Tene marsuppium;
Abi atque opsona; propera; sed lepide uolo,
Molliculas escas, ut ipsa mollicula est.

Olympio

Licet.

Lysidamus

Emito sepiolas, lepadas, loligunculas,
Hordeias,

Chalinus

Immo triticeias, si sapis.

Lysidamus

Soleas.

Chalinus

Qui, quaeso, potius quam sculponeas,
Quibus batuatur tibi os, senex nequissume?

467 at tute *BI*, arture *E* docte *om. IE* 468 male *I* uitis *E* 469 Set cui qu[illegible] E 470 propterea *E* 471 aescas *I* 472 Emitto *B* lepidas *BE*, *om. I* lolligiunculas *B*, lolligiungas *E* linguuculas *I* 474 *notae personarum om.* 475 babtuat [illegible]

Olympio

Cin lingulacas?

Lysidamus

Quid opust, quando uxor domi est?
Ea lingulaca est nobis, nam numquam tacet.

Olympio

In re praesenti ex copia piscaria
Consulere, quid emam, *meliust.*

Lysidamus

Aequom oras; abi.
Argento parci nolo; opsonato ampliter.
Nam mihi uicino hoc etiam conuento est opus,
Ut, quod mandaui, curet.

Olympio

Iamne abeo?

Lysidamus

Uolo.

Chalinus

Tribus non conduci possum libertatibus,
Quin ego illis hodie comparem magnum malum,
Quinque hanc omnem rem meae erae iam faciam palam.
Manufesto teneo in nox*i*a inimicos meos.
Sed si nunc facere uolt era officium suum,
Nostra omnis lis est; pulcre praeuortar uiros.
Nostro omine it dies; iam uicti uicimus.
Ibo intro, ut id, quod alius condiuit coquos,
Ego nunc uicissim ut alio pacto condiam,
Id quod paratum est, ut paratum ne siet,
Sitque id paratum, quod paratum non erat.

---

476 opus est *IE* 479 meliust *om.* [illegible] alios *IE* 482 M[illegible] *E* 486 noxa 487 ofitium *E* 488 pulcra re 489 omne *I*, homine *E* 492 quod id quod *B*, quo id quod *I*, quid quod *E* 493 Sitque *BE* [illegible] paratum

SENES II

Lysidamus

Nunc amicine an inimici sis imago, Alcesime,
Mihi sciam; nunc specimen specitur; nunc certamen cernitur
Cur amem, me castigare, id ponito ad compendium.
Cano capite, aetate aliena, coaddito ad compendium.
Quoi sit uxor, id quoque illuc ponito ad compendium.

Alcesimus

Miseriorem ego ex amore quam te uidi neminem.

Lysidamus

Fac uacent aedes.

Alcesimus

Quin edepol seruos, ancillas domo
Certum est omnis mittere ad te.

Lysidamus

Oh, nimium scite scitus es.
Sed facito dum memoria, peruorsus quod cantat, colas:
Cum cibo suo quoique facito ut ueniant, quasi eant Sutrium

Alcesimus

M[illegible].

Lysidamus

Em nunc enim te demum nullum scitum scitiust.
Cura. Ego ad forum modo ibo; iam hic ero.

Alcesimus

Bene ambula.

494 an ici amic [illegible] 496 Curam [illegible] *B* Curam [illegible] curam [illegible] *IE* 497 [illegible] ad [illegible] *B*, [illegible] *IE* 501 Echo 502 [illegible] aperuorsus quos 503 cibo Cum quiqui *BE*, cibo Tum quiqui *I* 504 LY *om.* [illegible] demum nu[illegible] [illegible] es 505 S *praefigit*[illegible]

Lysidamus

Fac habeant linguam tuae aedes.

Alcesimus

Quid ita?

Lysidamus

Quom ueniam, ut uocent.

Alcesimus

Attatae, caedundus tu homo es; nimias delicias facis.

Lysidamus

Quid me amare refert, nisi sim doctus ac dicaculus?
Sed tu caue in quaesitione mihi sis.

Alcesimus

Usque adero domi.

CLEOSTRATA

Hoc erat ecastor quod me uir tanto opere orabat meus,
Ut properarem arcessere hanc *huc* ad me uicinam meam,
Liberae aedes ut sibi essent, Casinam quo deduceret.
Nunc adeo nequaquam arcessam, *ne illis* ignauissimis
Liberi loci potestas sit uetulis ueruecibus.
Sed eccum egreditur senati columen, praesidium popli,
Meus uicinus, meo uiro qui liberum praehibet locum.
Non ecastor uilis emptu est, modius qui uenit salis.

---

506 [illegible] *om.* *BI* 507 Attat[illegible] *BE* [illegible] *I* 508 [illegible] *E* [illegible] *B*, [illegible] *IE* [illegible] *B*, [illegible] *IE* [illegible] *E* *Titulo* MULIER *add.* [illegible] *B*. SENEX [illegible] *E* SENES DUO *I* 510 [illegible] [illegible] 511 [illegible] *E* hanc *om.* 512 [illegible] *IE* 513 [illegible] *E* ne illis *om.* [illegible] *I* 514 [illegible] 515 [illegible] *om.* *I* [illegible] 516 mea *E* [illegible] *E* [illegible] *BIE* 517 [illegible] *BE* [illegible] *I*

ALCESIMUS SENEX. *CLEOSTRATA* MULIER.

Alcesimus

Miror, hunc iam non arcessi in proxumum uxorem meam,
Quae iam dudum, si arcessatur, ornata exspectat domi.
Sed eccam, opino, arcessit. Salue, Cleostrata.

Cleostrata

Et tu, Alcesime.
Ubi tua uxor?

Alcesimus

Intus illa te, si se arcessas, manet;
Nam tuus uir me orauit, ut eam isto ad te adiutum mitterem.
Uin uocem?

Cleostrata

Sine; nolo, si occupata est.

Alcesimus

Immo otium est.

Cleostrata

Nihil moror; molesta ei esse nolo; post conuenero.

Alcesimus

Non ornatis istic apud uos nuptias?

Cleostrata

Orno et paro.

Alcesimus

Non ergo opus est adiutrice?

Cleostrata

Satis domi est. Ubi nuptiae
Fuerint, tum istam conuenibo: nunc uale atque istam iube

Tituli nomina propria om. BE, totum titulum I 519 [illegible] arcessatur dudum *IE* 520 [illegible] *BE*, [illegible] *I* 522 [illegible] 523 Immo *om.* 525 nos *BE* 526 Sitis *I*

Alcesimus

Quid ego nunc faciam? Flagitium maxumum feci miser
Propter operam illius *h*irqui inprobi, edentuli,
Qui hoc mihi contraxit. Operam uxoris polliceor foras,
Quasi catillatum. Flagitium hominis, qui dixit mihi
Suam uxorem hanc arcessituram esse: ea se eam negat morarier.
Atque edepol mirum ni subolet iam hoc huic uicinae meae.
Verum autem altrouorsum quom eam mecum rationem puto,
Si quid eius esset, *esset* mecum postulatio.
Ibo intro, ut subducam nauim rursum in puluinarium.

Cleostrata

Iam hic est lepide ludificatus. Miseri ut festinant senes!
Nunc ego illum nihili, decrepitum, meum uirum ueniat uelim,
Ut eum ludificem uicissim, postquam hunc delusi alterum.
Nam ego aliquid contrahere cupio litigi inter eos duos.
Sed eccum incedit: at, quom aspicias tristem, frugi censeas!

LYSIDAMUS SENEX. CLEOSTRATA MULIER.

Lysidamus

Stultitia magna est mea quidem sententia.
Hominem amatorem ullum ad forum procedere
In eum diem, quo, quod amet, in mundo siet,
Sicut ego feci stultus. Contriui diem,
Dum adsto aduocatus quoidam cognato meo,
Quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo,

528 ergo *I* 529 irqui 531 catillæ tū *I* 533 sobolet *I* 534 altro uersum *I* ratione *B*, ratoqum *I* 535 esset semel 536 nauim rursum in pluinarium *I m. pr.* 538 nehilum decrepi- tum *E* 539 ludificent *E* 540 ergo *E* STALICIO *B om. IE* MULIER *om. I*, CLEOSTRATA *om. E* 544 cui inmudum *E* 547 perdisse *BE* gadeo *I*

Ne me nequiquam sibi hodie aduocauerit.
Nam meo quidem animo qui aduocatos aduocat,
Rogitare oportet prius et *per*contarier,
Adsitne ei animus necne adsit, quem aduocet.
Si neget adesse, exanimatum amittat domum.
Sed uxorem ante aedis eccam. Ei misero mihi.
Metuo, ne non sit surda atque haec audiuerit

Cleostrata

Audiui ecastor cum malo magno tuo.

Lysidamus

Accedam propius. Quid agis, mea festiuitas?

Cleostrata

Te ecastor praestolabar.

Lysidamus

Iamne ornata rest?
Iamne hanc traduxti huc ad nos uicinam tuam,
Quae te adiutaret?

Cleostrata

Arcessiui, ut iusseras;
Uerum hic sodalis tuus, amicus optumus,
Nescio quid se sufflauit uxori suae;
Negauit posse, quoniam arcesso, mittere.

Lysidamus

Uitium tibi istuc maxumum est: blanda es parum.

Cleostrata

Non matronarum officium est, sed meretricium,
Uiris alienis, mi uir, subblandirier.

548 Neque in quicquam *E* 549 *om. BIE* 550 contarier *AB*, contrarier *IE* 551 At sine *E* 552 negat *I* examinatum amittat *I* 554 audierit *B* 555 propitius *I* 557 res est 562 quando *I* 564 Noma *B* matronarum parum est officium *BIE*

I tu atque accerse illam: ego intus, quod facto est opus.
Uolo adcurare, mi uir

Lysidamus

Propera ergo.

Cleostrata

Licet.

Iam pol ego huic aliquem in pectus iniciam metum
Miserrumum hodie ego hunc habebo amasium.

SENES DUO DU

Alcesimus

Uiso huc, amator si a foro rediit domum, 570
Qui me atque uxorem ludificatust larua.
Sed eccum ante aedis. Ad te hercle ibam commodum.

Lysidamus

Atque hercle ego ad te. Quid ais, uir minumi preti?
Quid tibi mandaui? quid tecum oraui?

Alcesimus

Quid est?

Lysidamus

Ut bene uaciuas aedis fecisti mihi! 575
Ut traduxisti huc ad nos uxorem tuam!
Satin propter te pereo ego atque occasio?

Alcesimus

Quin te suspendis? Nempe tute dixeras,
Tuam arcessituram esse uxorem uxorem meam.

566 quod A [illegible] A 567 *nota pers. om* 568 hunc ego *E* [illegible] *B* [illegible] SENEX . II *E* DU *om. BI* 570 Uolo *IE* 571 [illegible] est *BIE* 573 At *A* ego hercle *BIE* 575 uacuas *I* [illegible] *E* 577 [illegible] *I* 578 [illegible] suspendes [illegible] 579 uxorem *semel BIE*

Lysidamus

Ergo arcessiuisse ait sese et dixisse te,
Eum non missurum

Alcesimus

Quin capse ultro mihi
Negauit eius operam se morarier.

Lysidamus

Quin capse me allegauit, qui istam arcesserem.

Alcesimus

Quin nihili facio.

Lysidamus

Quin me perdis.

Alcesimus

Quin bene est.

Lysidamus

Quin etiam diu morabor.

Alcesimus

Quin cupio tibi

Lysidamus

Quin —

Alcesimus

Aliquid aegre facere.

Lysidamus

Quin faciam lubens.
Numquam tibi hodie quin erit plus quam mihi.

Alcesimus

Quin hercle di te perdant postremo quidem!

---

581 capse *A*, eam ipsa *BE*, ea ipsa *I*   583 ea ipsa … me allegauit *I*   accesserem *AE*   585—88 *personarum notae om.* 588 dei *BE*

Lysidamus

Quid nunc? missurusne es ad me uxorem tuam?

Alcesimus

Ducas, easque in maxumam malam crucem
Cum hac, cum istac, cumque amica etiam tua.
Abi et aliud cura; ego iam per hortum iussero
Meam istuc transire uxorem ad uxorem tuam.

Lysidamus

Nunc tu mihi amicus es in germanum modum.
Qua ego hunc amorem mihi esse aui dicam datum,
[Aut quod ego umquam erga Venerem inique fecerim,
Quoi sic tot amanti mihi obuiam eueniant morae?]
Attat, quid illuc clamoris, obsecro, in nostra est domo?

PARDALISCA ANCILLA. LYSIDAMUS SENEX

Pardalisca

Nulla sum, nulla sum; tota, tota occidi.
Cor metu mortuum est; membra miserae tremunt.
Nescio, unde auxili, praesidi, perfugi
Mihi aut opum copiam comparem aut expetam;
Tanta factu modo mira miris modis
Intus uidi, nouam atque integram audaciam.
Caue tibi, Cleostrata. Abscede ab ista, obsecro,
Ne quid in te mali faxit ira percita.
Eripite isti gladium, quae sui est impos animi.

589 missurun es *A* 593 uxorem transire *I* 595 Quae *B* aut 597 eueniunt *A* 598 stuc *A* in domo est *BIE* PARDALISCA *om. BE*; *senis nomen om. BIE* 599 Nulla nulla sum *E* 600 metum (*pro* metu) *A* est *om. I* et *B* [illegible] *I* [illegible] *E* 601 auxili praesidi perfugi 603 [illegible] *A*, ueris *BIE* 605 creostrata *E* 607 questui *E*

Lysidamus

Nam quid est, quod haec huc timida [atque] exanimata exsiluit foras?

Pardalisca.

Pardalisca

Perii; unde meae usurpant aures sonitum?

Lysidamus

Respice modo ad me.

Pardalisca

Ere mi,

Lysidamus

Quid tibi est? quid timida es?

Pardalisca

Perii.

Lysidamus

Quid? Peristi?

Pardalisca

Perii, et tu peristi.

Lysidamus

Perii? Quid ita?

Pardalisca

Uae tibi!

Lysidamus

Immo istuc tibi sit!

Pardalisca

Ne cadam, amabo, tene me.

---

608 tumidum *E* exaniminata exilunt *I* 609 Pardilisca *B* 610 quid tibi es *A* 611 periisti. SEN. Aperi quid tibi. 612 nec ad *E*, Necat *I*

Lysidamus

Quidquid est,
Eloquere mihi cito.

Pardalisca

Contine pectus.
Face uentum, amabo, pallio.

Lysidamus

Timeo hoc negoti quid siet,
Nisi haec meraclo se uspiam percussit flore Liberi.

Pardalisca

Optine auris, amabo.

Lysidamus

I in malam crucem.
Pectus, auris, caput teque di perduint!
Nam nisi ex te scio, quidquid hoc est, cito,
Iam tibi istuc cerebrum dispercutiam, excetra tu.
Ludibrio, pessuma, adhuc quae me habuisti.

Pardalisca

Ere mi,

Lysidamus

Quid uis, mea ancilla?

Pardalisca

Nimium saeuis.

Lysidamus

Numero dicis.
Sed hoc, quicquid est, eloquere: in pauca confer.
Quid intus tumulti fuit?

Pardalisca

Scibis; audi.

---

613 cito ancilla contine *I* 614 negotium *BIE* quid e *BE*, quidem *I* 615 mera glose uspiam percursit libneo *BIE* 618 hoc scio *BIE* 619 dispertiam *IE* excerata *BE*, excereta *I* 621 seuis Num hero *I* 622 loquere refer *BIE*

Malum pessumumque hic modo intus apud nos
Tua ancilla hoc pacto exordiri coepit,
Quod haud Atticam condecet disciplinam.

Lysidamus

Quid est id?

Pardalisca

Timor praepedit dicta linguae.

Lysidamus

Possum scire ego istuc ex te quid negoti est?

Pardalisca

Dicam. Tua ancilla, quam tuo uilico uis
Dare uxorem, ea intus

Lysidamus

Quid intus? quid est?

Pardalisca

Imitatur malarum malam disciplinam,
Uiro quae suo interminatur.

Lysidamus

Quid ergo?

Pardalisca

Ah!

Lysidamus

Quid est?

Pardalisca

Interemere *ei* ait uelle uitam.
Gladium

Lysidamus

Hem, gladium? quid eum gladium?

628 Quid est? possum *BIE* 631 malorum *E* 632 suo quae *BIE* interminatur uitam 633 ei *om.* 634 SEN. Hem PA. gladium SEN.

Pardalisca

Habet.

Lysidamus

Ei misero mihi! Cur eum habet?

Pardalisca

Insectatur omnis domi per aedis
Nec quemquam prope ad se siuit adire.
Ita omnes sub arcis, sub lectis latentes
Metu mussitant.

Lysidamus

Occidi atque interii.
Quid illi obiectumst mali tam repente?

Pardalisca

Insanit.

Lysidamus

Scelestissumum me esse credo.

Pardalisca

Immo si scias, dicta quae dixit hodie.

Lysidamus

Istuc expeto scire, quid dixit.

Pardalisca

Audi.
Per omnes deos et deas deierauit
Occisuram eum hac nocte quicum cubaret.

Lysidamus

Me occidet?

Pardalisca

An quippiam ad te adtinet?

Lysidamus

Uah!

635 cor *I* 638 archis *I* sublectus *E* 640 maliciam *B*, maltia *E*, maliciae *I* 642 immosicias *E* 643 expecto *B* 644 deiurauit 645 Occissurum *BIE*

Pardalisca

Quid cum ea negoti tibi est?

Lysidamus

Peccaui;

Illuc dicere uilicum uolebam.

Pardalisca

Sciens de uia in semitam degredere.

Lysidamus

Num quid mihi minatur?

Pardalisca

Tibi infesta soli est

Plus quam quoiquam.

Lysidamus

Quam ob rem?

Pardalisca

Quia se des uxorem

Olympioni, neque tuam neque uiri

Uitam sin*et in* crastinum protolli.

Id huc missa sum, tibi ut dicam, ab ea ut caueas tibi.

Lysidamus

Perii hercle ego miser.

Neque est neque fuit me senex quisquam amator

Adaeque miser.

Pardalisca

Ludo ego hunc facete;

Nam quae facta dixi omnia huic, falsa dixi.

Era atque haec dolum ex proxumo hunc protulerunt;

Ego huc missa sum ludere.

Lysidamus

Heus, Pardalisca.

650 Nam quid *A* infecta *I* 652 neque se tuam nec se suam 653 uitam sin crastinum *BE* 656 Ad aequo *I* facere *E* 659 Pardardilisca *B*

Pardalisca

Quid est?

Lysidamus

Est —

Pardalisca

Quid?

Lysidamus

Est quod uolo exquirere ex te.

Pardalisca

Moram offers mihi.

Lysidamus

At tu mihi offers maerorem.
Sed etiamne habet nunc Casina gladium?

Pardalisca

Habet, sed duos.

Lysidamus

Quid duos?

Pardalisca

Altero te
Occisuram ait, altero uilicum hodie.

Lysidamus

Occisissumus sum omnium, qui uiuont.
Loricam induam mihi, optumum esse opinor.
Quid uxor mea? Non adiit atque ademit?

Pardalisca

Nemo audet prope accedere.

Lysidamus

Exoret.

Pardalisca

Orat.

---

660 a te 662 habet et *BE* 664 Occisurum *BEI* 667 adimit *E*

Negat ponere alio modo ullo profecto,
Nisi se sciat uilico non datum iri.

Lysidamus

Atqui ingratiis quoi non uolt nubet hodie.
Nam cur non ego id perpetrem, quod coepi,
Ut nubat mihi? illud quidem uolebam,
Nostro uilico.

Pardalisco

Saepiuscule peccas.

Lysidamus

Timor praepedit uerba. Uerum, obsecro, dic
Me uxorem orare ut exoret illam,
Gladium ut ponat et redire me intro ut liceat.

Pardalisca

Nuntiabo.

Lysidamus

Et tu orato.

Pardalisca

Et ego orabo.

Lysidamus

At blande orato, ut soles. Sed audin?
Si effexis hoc, soleas tibi
Dabo et anulum in digito aureum et bona pluruma.

Pardalisca

Operam dabo.

Lysidamus

Face ut inpetres.

670 Ni *BIE* 671 Atque ingratis quia *AB*, quem *I*, quam *E*
672 cepi *E* 673 sq. uolebam non sed nostro 674 saepicule
679 haec *E* 680 anulo S *E* aureā *E*

Pardalisca

Eo nunc iam, nisi quippiam remorare me.

Lysidamus

Abi et cura.

Redit eccum tandem opsonatu meus adiutor; pompam ducit.

OLYMPIO COQUOS LYSIDAMUS

Olympio

Uide fur ut sentis sub signis ducas.

Coquos

Qui uero sunt sentes?

Olympio

Quia, quod tetigere, ilico rapiunt; si eas ereptum, ilico scindunt.

Ita quoquo adueniunt, ubi ubi sunt, duplici damno dominos multant.

Coquos

Eia.

Olympio

Attat, cesso magnifice patriceque ita ero meo ire aduorsum.

Lysidamus

Bone uir, salue.

Olympio

Fateor —

Lysidamus

Quid fit?

Olympio

Tu amas; ego esurio et sitio.

682 rememorare 683 Reddit *BE* obsonatum eius dicit SERUUS SENEX COCI 684 signum *BEI* Quid uero ut *A* 686 dampno multant *I* 687 Atat *I* patriceque amiceque ita enim uero meo ac ire *B*

Lysidamus

Lepide excuratus incessisti.

Olympio

Aha hodie . . . . . s.

Lysidamus

Mane uero, quamquam fastidis.

Olympio

Fy, fy, foetet tuus mihi sermo.

Lysidamus

Quae res?

Olympio

Haec res.

Lysidamus

Etiamne adstas?

Olympio

Enimuero *πραγματα μοι παρεχεις.*

Lysidamus

Dabo tibi ***μέγα κακον,*** ut ego opinor, nisi resistis.

Olympio

Ω Ζεῦ, potin a me abeas, nisi me uis uomere hodie?

Lysidamus

Mane.

Olympio

Quid est? quis hic est homo?

Lysidamus

Erus sum.

---

689 *Post* hodie *nihil fuit in BIE* Uaha *I* 690 Ey Ey 691 moe parechis *B.* moe perechis *IE* 692 tibi *om. BIE* Meo acacon *bis B.* Me cacacon *E,* meca cachon *I* 693 habeas *IE* 694 quidem est *E* homo est *BIE* E rursum *E*

Olympio

Qui erus?

Lysidamus

Quoius tu seruo's

Olympio

Seruos ego?

Lysidamus

Atque meus.

Olympio

Non sum ego liber? Memento, memento

Lysidamus

Mene atque adsta.

Olympio

Omitte.

Lysidamus

Seruos sum tuus.

Olympio

Optume est

Lysidamus

Obsecro *te*, Olympisce mi, mi pater, mi patrone.

Olympio

Em, sapis sane.

Lysidamus

Tuus sum equidem.

Olympio

Quid mihi opust seruo tam nequam?

695 Quis *B* seruus es 697 te *om.* 698 Olympice *A*, Olimpice *I* 699 seruo opus est *BIE*

Lysidamus

Quid nunc? quam mox recreas me?

Olympio

Cena modo si sit cocta. 700

Lysidamus

Huc si ergo abeant propere.

Olympio

Cito intro ite et cito deproperate;
Ego iam intus ero. Facite *eam* cenam mihi, ut ebria sit;
Sed lepide nitideque uolo; nihil moror barbarico ritu
Stasne?

Lysidamus

I tu iam sis; ego hic habit*o*.

Olympio

Num quid est?

Lysidamus

Gl*adios*, mo*do quae hinc abiit*,
Duos Casinam intus habere ait, qui me atque te interimat.

Olympio

Scio. Sic sine habere, nugas agunt; noui ego illas malas merces. 706
Quin tu i modo mecum domum.

---

700 Quidem *E* 701 . . . ergo habeant *BIE* scito introite et scito *E* properate *A* 702 . . iam *BIE* eam *om.* cena *A* hebria *E* est *BIE* 703 . . . lepide *BIE* 704 . . . . ne etiam *BIE* i sis *B*, is sis *IE* nunc quid *A* gl . . . . . . mo . . . *A*, *B om.*, ceteorum *E*, ceterum quid morae sit *I* 705 . . . . Casinam inuitat *BIE*

Lysidamus

At pol malum metuo.
I tu modo; perspicito prius, quid intus agatur

Olympio

Tam mihi mea uita quam tua tibi cara est.

Lysidamus

Uerum *i* modo.

Olympio

Si tu iubes, inibitur tecum.

PARDALISCA. DU

Nec pol ego Nemeae credo neque ego Olympiae,
Neque usquam ludos tam festiuos fieri,
Quam hic intus fiunt ludi ludificabiles
Seni nostro et nostro Olympioni uilico.
Omnes festinant intus totis aedibus;
Senex in culina clamat, hortatur coquos:
„Quin agitis hodie? quin datis, si quid datis?
Properate; cenam iam esse coctam opo*rtuit*.“
Uilicus hic autem cum corona candide
Uestitus laute exornatusque ambulat.
Illae autem armigerum in cubiculo exornant d*uae*,
Quem dent pro Casina nuptum nostra uilico;
Sed nimium le*pi*de dissimulant, *quasi nihil sci*ant
Fore huius, quod futurum est. Digne autem coqui
Nimis lepide ei rei dant operam, ne cenet senex.

709 Iam *B* 710 i *om.* ANCILLA 711 ego meae mease *B* Olimpiae 716 Senex uncula *E* 718 oppo *BE*, opto *I* 719 hic *om.* *A* 720 uestitus laute exornatusque *om.* *B* exoratusq. *I* ambulat *E* 721 in cubiculo armigerum ornant *BIE* 722 uilico *om* *BIE* 723 nimium *E* ledi *BE*, lidi *I* quasi nihil sciant *om.* *BIE*

Aulas peruortunt, ignem restinguont aqua.
Illarum oratu faciunt; illae autem senem
Cupiunt extrudere incenatum ex aedibus,
Ut ipsae solae uentres distendant suos.
Noui illas ambestrices; corbitam cibi
Comesse possunt. Sed aperitur ostium.

LYSIDAMUS PARDALISCA. DU

Lysidamus

Si sapitis, uxor, uos tamen cenabitis,
Cena ubi erit cocta; ego ruri cenauero.
Nam nouom maritum et nouam nuptam uolo
Rus prosequi — noui hominum mores maleficos —
Ne quis eam abripiat. Facite uostro animo uolup.
Sed properate istum atque istam actutum emittere,
Tandem ut ueniamus luci. Ego cras hic ero;
Cras habuero, uxor, ego tamen conuiuium.

Pardalisca

Fit, quod futurum dixi: incenatum senem
Foras extrudunt mulieres.

Lysidamus

Quid tu hic agis?

Pardalisca

Ego eo, quo me ipsa misit.

Lysidamus

Ueron scerio?
Quid hic speculare?

726 restingunt 728 in cenam *B*, incenem *IE* 729 ambas estrices corbitant *BIE*, curbitam *A* tibi *B*, ibi *I*, ubi *E* 731 Comes esse *BIE* ANCILLA SENEX 736 aripiat *E*, arripiat *I* uolupe 737 Hac tutam *E* 739 ego *om. I* 742 miserit *E* 743 hic *om. E*

Pardalisca

Nihil equidem speculor.

Lysidamus

Abi.

Tu hic cunctas; intus alii festinant

Pardalisca

Eo.

Lysidamus

Abi hinc, sis, ergo, pessumarum pessuma.
Iamne abiit illaec? Dicere hic quiduis licet.
Qui amat, tamen hercle si esurit, nullum esurit.
Sed eccum progreditur cum corona et lampade
Meus socius, conpar, conmaritus, uilicus.

OLYMPIO LYSIDAMUS

Olympio

Age tibicen, dum illam educunt huc nouam nuptam foras,
Suaui cantu concelebra omnem hanc plateam hymenaeo.
Io hymen hymenaee hymen!

Lysidamus

Quid agis, mea salus?

Olympio

Esurio hercle, atque adeo hau . .

Lysidamus

go amo.

714 hinc 746 quoduis *BE* 747 Quid *I* 749 socerus uideas *E* SERUUS SENEX DU *B* 751 himene 752 io *etiam ante alterum* hymen *A*, Meo himen himen ae eo himen *BIE* 753 haus . . . *A*, haud scio *BIE*

Olympio

At ego hercle nihili facio. Tibi amor perdi*tust*,
Mihi inanitate iam dudum intestina murmurant.

Lysidamus

Nam quid illaec nunc tam diu intus remorantur remeligines?
Quasi ob industriam, quanto ego plus propero, procedit minus.

Olympio

Quid si etiam occentem hymenaeum, si qui citius prodeant?

Lysidamus

Censeo, et ego te adiutabo in nuptiis communibus.

Olympio et Lysidamus

Hymen hymenaee, o hymen.

Lysidamus

Perii hercle ego miser: dirupi me cantando hymenaeum io.
Et illo morbo, quo dirumpi cupio, non est copia.

Olympio

Edepol ne tu, si equos esses, esses indomabilis.

Lysidamus

Quo argumento?

Olympio

Nimis tenax es.

Lysidamus

Num me expertu's uspiam?

Olympio

Di melius faciant. Sed crepuit ostium; exitur foras.

Lysidamus

Di hercle me cupiunt seruatum. Iam oboluit Casina procul.

---

754 nihil pericli *ABE*, percli *I* 756 remoratur *BIE* remeligines *om*. *BIE* 757 propero tanto minus *BIE* 758 si etiam si *A* offendam si....prodeant *om* *BIE* 760 Hymen *prius om*. *A* 762 dirumpi cantando *BI* 761—62 hymenaeum licet illo 763 aequus *I* 765 crepui hostium *I* 766 casinus *B*, casin' *E*

ANCILLAE DUAE. OLYMPIO. LYSIDAMUS. *CLEOSTRATA.*

Ancillae

Sensim super limen pedes attolle, mea noua nupta:
Sospes iter incipe hoc, ut uiro tuo semper sis superstes.
Atque ut potior pollentia sis uincasque uirum uictrixque sies.
Tua uox superet tuumque imperium. Uir te uestiat; tu uirum spolies,
Noctuque et diu ut uiro subdola sis, obsecro, memento.

Olympio

Malo maxumo suo hercle ilico, ubi tantillum peccassit.

Lysidamus

Tace.

Olympio

Non taceo.

Lysidamus

Quae res?

Olympio

Malae male mala monstrant.

Lysidamus

Facies tu hanc rem mihi ex parata inparatam.
Id quaerunt, uolunt, haec ut infecta faciant.

Cleostrata

Age, Olympio, quando uis, uxorem accipe hanc a nobis.

ANCILLAE II SERUUS SENEX 767 superattolle limen pedes mea *om. BIE* 768 incipere 769 ut *om. I* sit *B*, ut *IE* 770 Tua uox *om BIE* despolies 771 Noctuque *om. BIE* 772 Malo *om. BIE* tantulum *BIE* 773 Tace *om. BIE* male malae *A*, mala mal mal *BE*, mala male male *I* monstrat *BIE* 774 Facies tu *om. BIE* 775 Id quaerunt, id uolunt *A*

Olympio

Date ergo, daturae si umquam estis hodie uxorem mihi.

Lysidamus

Abite intro.

Cleostrata

Amabo, integrae atque inperitae huic
Inpercito.

Lysidamus

Futurum est.

Cleostrata

Ualete.

Lysidamus

Ite iam.

Ancillae

Ualete.

Lysidamus

Iamne abscessit uxor?

Olympio

Domi est; ne time.

Lysidamus

Euax!
Nunc pol demum ego sum liber.
Meum corculum, melculum, uerculum.

Olympio

Heus tu.
Malo, si sapis, cauebis; mea est haec.

Lysidamus

Scio; sed meus fructust prior.

777 SEN. mihi *om. BIE* 778 UIL abiit *E* ANC
779 impera cito *I*, impera atque *E* 781 abscessit ⇄ uxor *A*
783 melhculum 784 sapies A fructus est

Olympio

Tene hanc lampadem.

Lysidamus

Immo ego hanc tenebo.

*U*enus multipotens, multa bona mihi dedisti, huius quom copiam

Mihi fecisti. O corpusculum malaculum!

Olympio

O mea uxorcula.

Quae res?

Lysidamus

Quid est?

Olympio

Institit plantam quasi Luca bos.

Lysidamus

Tace sis; nebula haud est mollis aeque atque huius est.

Olympio

Edepol papillam bellulam. Ei misero mihi.

Lysidamus

Quid est?

Olympio

Pectus mihi icit non cubito, uerum ariete.

Lysidamus

Quid tu ergo hanc tractas, quaeso, tam dura ma*nu*?

At mihi, qui belle hanc tracto, non licet tangere?

Uah!

Olympio

Quid negoti est?

785 ego iam tenebo *BIE* 786 bonam uitam mihi *BIE* 787 dedesti *B*, dedisti *AIE* o *om. BIE* melliculum *BIE* o *om.* 788 Quae res *om. BIE* iocabo *BIE* 789 aeque *om. BIE* 791 mihic *I* agit *BIE* uerum ariete *om. BIE* 792 Qui *I* dura manu *om. BIE* 793 nonne *A* licet tangere *om. BIE* 794 UIL Uaha *BI*, uahat *E* SEN quid id *A*

Lysidamus

Obsecro, ut ualentula est!
Paene exposiuit cubito.

Olympio

Cubitum ergo ire uolt.

Lysidamus

Quin imus ergo? I belle belliatula.

CLEOSTRATA MYRRHINA PARDALISCA C

Myrrhina

Acceptae bene et commode eximus intus
Ludos uisere huc in uia*m* nuptialis.
Numquam ecastor ullo die risi adaeque
Neque hoc, quod relicuum est, plus risurum opinor.
[Lubet Chalinum quid agat, scire nouom nuptum cum nouo marito.]
Nec fallaciam astutiorem ullus fecit
Poeta atque ut haec est fabre facta ab nobis.
Obtunso ore nunc peruelim progrediri
Senem, quo senex nequior nullus uiuit.
Ne illum quidem nequiorem arbitro esse,
Qui locum praebet illi.

Cleostrata

Nunc praesidem

794 UIL 795 exposuit *IE* SEN cumbitum E 796 UIL Qui minis *B*, Quimmis *E* SEN. bella bellatula *BIE* PARDALISCA *om. A*, MULIER ANCILLAE II *BIE* C *om. BI* 797 ANCIL. *I. cett. nihil* 798 uisceret *E* uia 799 Num qua *E* adeaque *I* 800 reliquum 803 a *E* 806 ullum *IE* arbitrare *BE*, arbitrarem *I*

Te uolo hic, Pardalisca, esse, qui hinc exeat,
Eum ut ludibrio habeas.

Pardalisca

Lubens fecero et solens.

Cleostrata

Spectato hinc omnia, intus quid agant.

Myrrhina

Pone me, amabo *sta*; ibi audacius licet
Quae uis libere proloqui.

Cleostrata

Tace; uostra foris crepuit.

OLYMPIO EIDEM

Olympio

Neque quo fugiam neque ubi lateam neque hoc dedecus quo modo celem,
Scio; tantum erus atque ego flagitio superauimus nuptiis nostris.
Ita nunc pudeo atque ita nunc paueo atque ita inridiculo sumus ambo.
Sed ego insipiens noua nunc facio: pudet quem prius non puditum umquam est.
Operam date, dum mea facta itero: est operae pretium auribus percipere;
Ita ridicula auditu, iteratu ea sunt quae ego intus turbaui.

808 ....hic exeat eum ut 809...ludibrio 810... spectato *B*, ...e etato *E*, ...ecato *I* inuiam *E* intus quid intus *IE* 811...pone *B*, ...one *EI* amabo MUL. et 812 uelis *A* SERUUS EIDEM *BE*, SERUUS ET EIDEM *I* 814 Scito *I* frus superfumus *I* 815 inridiculum *BIE* 816 pudetque *BIE* pius *E* puditumst umquam *A* 817 Opera *BE* pretium *om.* *BIE* 818 tu... *BE*, tuli *I*

Ubi intro hac nouam nuptam deduxi, recta uia in con*c*laue abduxi;
Sed tenebrae ibi erant tamquam in puteo. Quom senex abste*t*, decumbe inquam.
Conloco, fulcio, mollio, blandior,
Ut prior quam senex nup . . .
Tardus esse ilico coepi, quoniam . . .
Respecto identidem, ne senex . .
Inlecebram stupri principio eam sauium posco.
Reppulit mihi manum; neque enim dare sibi sauium me siuit.
Enim iam magis adpropero, magis iam lubet in Casinam inruere.
Cupio illam operam seni surripere; † forem obdo, ne senex me opprimeret.

Myrrhina

Age dum tu adi hunc.

Cleostrata

Obsecro, ubi tua noua nupta est?

Olympio

Perii hercle ego; manufesta res est.

Cleostrata

Omnem in ordine rem fateri ergo aequom est.
Quid intus agitur? quid agit Casina? satin morigera est?

Olympio

Pudet dicere me.

---

819 intus *A* hanc uia recta . . . . . claue *BIE* 820 Sed tamen tenebrae in puteo quom *om. BIE* . . nex *BIE* abste *BIE*, apte *A* decumbem *IE* 821 blandior *om. BIE* 823 cepi *IE* 824 sex *I* 825 Inlecebrem *B*, Incelebram *IE* 827 Enim iam magis iam 831 ordinem aegum *BE*, actum *I* 832 discere *E*

Cleostrata

*Me*mora ordine, ut occeperas.

Olympio

Pudet hercle.

Cleostrata

Age audacter.

*Post*quam de*cub*uisti inde uolo *te* memorare quid est factum.

Olympio

At flagitium est.

Cleostrata

Cauebunt, qui audierint, faciant.

Olympio

. . . . hoc magnus est.

Cleostrata

Perdis. Quin tu pergis?

Olympio

Ubi

. . . . us suptus porro

. . . .

Cleostrata

Quid?

Olympio

Papae!

Cleostrata

Quid papae?

. . . . est?

Olympio

Oh, erat maxumum.

833 . mora *BIE* 834 . . . uam *B*, Quam *IE* decubuisti te *om.* 835 At *om. in lacuna* 836 . . . . agnus *I* 838 habe *B*, habe *E* quid ? pape *BE*

Gladium ne haberet, metui; id quaerere occepi.
Dum gladium quaero ne habeat, arripio capulum.
Sed quom cogito, non habuit gladium, nam esse*t* frigidus.

Cleostrata

Eloquere.

Olympio

At pudet.

Cleostrata

Num radix fuit?

Olympio

Non fuit.

Cleostrata

Num cucumis?

Olympio

Profecto hercle . . . . non fuit quidquam holerum;
Nisi quidquid erat, calamitas profecto attigerat numquam;
Ita, quidquid erat, grande erat.

Cleostrata

Quid fit denique? edisserta.

Olympio

† Ubi appello Casinam † inquit
Amabo, mea uxorcula, cur uirum tuum sic me spernis?
Nimis tu quidem hercle audax es; inmerito
Meo mihi haec facis, quia mihi te expetiui.
Illa haud uerbum facit, et saepit ueste id, qui estis.
Ubi illum saltum uideo obsaeptum, rogo ut altero sinat ire.
Uolo ut obuortam cubitis im
*N*ullum muttit e*tiam uerbum*

840 ....haberet 841 habeat...arripio *IE* 842 esse 847 apello Casinam inquid *E* 848 me uxorcula *BE* 851 Illam *BE* 852 sin adire *BE* 853 .olo *I*, Nolo *E* 854 ullum *BE*, ..lum *I* muttite *BI*, mittere *E*

Surgo ut in eam in
Atque illam in

Cleostrata

Perlepide narrat

Olympio

Sauium
Ita quasi setis labra mihi conpungit barba.
Continuo in genua astituto pectus mihi pedibus perculit.
Decido de lecto praeceps; subsilit; obtundit os mihi
Inde foras tacitus proficiens exeo cum ornatu quo uides,
Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.

Cleostrata

Optume est.
Sed ubi est palliolum tuum?

Olympio

Hic intus reliqui.

Cleostrata

Quid nunc? Satin lepide adita est nobis manus?

Olympio

Merito.
Sed concrepuerunt fores; num illa me nunc sequitur?

SENEX EIDEM

Lysidamus

Maxumo ego ardeo flagitio nec quid agam meis rebus scio.
Nec meam ut uxorem aspiciam *iam* contra oculis; ita dispudet,

859 quamsi *E* labram 860 ast tuti *BI*, astuti *E* 862 proficiens *B* praefitiens *E* sex eo *E* 865 addita 866 concrepuere *I* 867 ergo *BE* 868 iam *om* disperii

Mea quia palam sunt probra. Omnibus modis occidi miser
. . . . ita manufesto faucibus teneor
. . . . *nec* quibus modis purgem scio me meae uxori
. . . . *at*que expalliatus sum miser
. . . . clandestinae nuptiae
. . . . censeo
. . . . mihi optumum est
. . . . intro ad uxorem eam
Sufferamque ei meum tergum ob iniuriam.
Sed ecquis est, qui homo munus uelit fungier
Pro me? Quid nunc agam, nescio, nisi ut inprobos
Famulos imiter ac domo fugiam;
Nam salus nulla est scapulis, si domum redeo; *neque enim*
Nugas istic dicere licet. Uapulo hercle ego inuitus tamen
Etsi malum merui; hac dabo protinam *me* et fugiam.

Cleostrata

Heus, sta ilico,
Amator.

Lysidamus

Occidi, reuocor. Quasi *si* non audiam, abibo.

CHALINUS EIDEM

Chalinus

Ubi tu es, qui colere mores Massilienses postulas?
Nunc tu si uis subigitare me, proba est occasio.

869 ... quia *I*, ... nia *BE* 870 facibus *B* 871 nec *om.* 872 .. que 873 ... n destine *BE* 876 .... ea dux uxorem meam 877 .... riam 878 minus *BE* fugier *E* 879 Pro me *antecedenti versu* 879—80 *uno versu* 881 capulis *E* neque enim *om.* 882 istuc *BIE* 883 me *om.* stalicio *B*, talicio *IE* 884 Amator *antecedenti versu* Occide *BIE* si *om.* SERUUS *B*. SERUI *IE* 885 colore *E* masilienses *IE* 886 siue is subicitare

Redi sis in cubiculum. periisti hercle Age accede huc modo;
Nunc ego tecum aequom arbitrum extra considium captauero.

Lysidamus

Perii; *fusti* defloccabit iam illic homo lumbos meos.
Hac iter faciundumst; nam illic lumbifragiumst obuiam.

Cleostrata

Iubeo te saluere, amator.

Lysidamus

Ecce autem uxor obuiam est.
Nunc ego inter sacrum saxumque sum nec quo fugiam scio.
Hac lupi. hac canes: lupina scaeua fusti rem gerit.
[Hercle opinor *uerum inuenio* ego illuc nunc uerbum uetus.]
Hac ibo; caninam scaeuam spero meliorem fore.

Cleostrata

Quid agis, dismarite? Mi uir, unde hoc ornatu aduenis?
Quid fecisti scipione aut, quod habuisti pallium?

Myrrhina

In adulterio, dum moechissat Casinam, credo, perdidit.

Lysidamus

Occidi.

Chalinus

Etiamne imus cubitum? Casina sum.

Lysidamus

I in malam crucem.

---

887 Redi ... cubiculum *lacuna BIE* peristi *ABE* Age *et. om. E*, modo *om. BI* 888—894 *lacuna BIE* 889 Pe . ii f . s . . defloccabit . . . . *A* 894 opinor . . . . ego *A* 895 steuam *B*, secuam *IE* 896 tu marite *BIE* ornatu hoc *BIE* 897 scipionem *IE*, cipionem *B* 898 mechus sat *I* 899 Occidit *BIE* I *om. BIE*

Chalinus

Non amas me?

Cleostrata

Quin responde: tuo quid factum est pallio?

Lysidamus

Bacchae hercle, uxor —

Cleostrata

Bacchae?

Lysidamus

Bacchae hercle uxor —

Myrrhina

Nugatur sciens;

Nam ecastor nunc bacchae nullae ludunt.

Lysidamus

Oblitus fui.

Sed tamen bacchae.

Myrrhina

Quid bacchae? Immo id fieri non potest.

Cleostrata

Times ecastor.

Lysidamus

Egone?

Myrrhina

Haud mentire hercle; nam pa*llet male*.

.

.

.

.

.

.

.

901 Bache ergo hercle *BIE* 902 olitus *B* 903 in id *B*, quid *E*, id *I* 904 pa . . . *BIE*

Olympio

Qui etiam me miserum famosum fecit flagitiis suis

Lysidamus

Non taces?

Olympio

Non hercle uero taceo; nam tu maxumo
Me obsecrauisti *opere*, Casinam ut poscerem uxorem mihi
Tui amoris causa.

Lysidamus

Ego istuc feci?

Cleostrata

Immo ecastor prius
Te quidem oppressi.

Lysidamus

Sed feci ego istaec quae uos dicitis?

Cleostrata

Rogitas etiam?

Lysidamus

Si quidem hercle feci, feci nequiter.

Cleostrata

Redi modo huc intro; monebo, si qui meministi minus

Lysidamus

Hercle opinor potius uobis credam quod uos dicitis.
Sed uxor, da uiro hanc ueniam. Myrrhina, ora Cleostratam
Si umquam posthac aut amasso Casinam aut occepso modo,

912 *in lacuna BIE* 913 maxume 914 ob ... casinam 915 causa ego *BIE* immo hectore *BIE* ilius *A*, illius *BIE* 916 oppressi feci *A*, oppressisset feci *BIE* ista hec dicta quae *BIE* 918 si quidem *BIE* me ministi *I* 920 da *om. A* uero *B*, uiro *E* 921 posthac ut amasso *E*

[Ne ut eam amasso; si ego umquam adeo posthac tale admisero]
Nulla causa est, quin pendentem me, uxor, uirgis uerberes.

Myrrhina

Censeo ecastor ueniam hanc *ei* dandam.

Cleostrata

Faciam ut *tu* iubes.
Propter eam hanc tibi rem nunc ueniam minus grauate prospero,
Hanc ex longa longiorem ne faciamus fabulam.

Lysidamus

Non irata es?

Cleostrata

Non sum irata.

Lysidamus

Tuae fidei credo?

Cleostrata

Meae.

Lysidamus

Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quam ego habeo hanc, habet.

Cleostrata

Age tu redde huic scipionem et pallium.

Chalinus

Tene, si lubet.
Mihi quidem edepol insignite facta est magna iniuria;
Duobus nupsi; neuter fecit, quod nouae nuptae solet.

---

922 eamasso *A* amisero *I* 924 ei *om* tu *om.* 925 rem hanc tibi rem *BE* 926 ni 928 nemo uxorem *A* quisquam *om. A* habeo habet hanc habe *A*, habeo # hanc habet *B* 929 si *om. BIE* 930 insigne te

Ω

Spectatores, quod futurum est intus, id memorabimus
Haec Casina huius reperietur filia esse ex proxumo.
Eaque nubet Euthynico nostro erili filio.
Nunc uos aequom est manibus meritis meritam mercedem dare.
Qui faxit, clam uxorem ducet semper scortum, quod nolet.
Verum qui non manibus clare, quantum poterit, plauserit,
Ei pro scorto subponetur hircus unctus nautea.

932 quæ futua *omissis reliquis B*. futurumst intus est *A* intro *E* id *om. I* memorauimus *E* 933 Ea quæ *B* nubet te ut hynico 936 flaxit *BE* ducat *BIE* uole *BE* 937 quæ dare *I* plus erit *BE* 938 ircus *A* uetus *E* nausea *BIE*

CISTELLARIA.

ARGUMENTUM.

Conprimit adulescens Lemnius Sicyoniam.
Is redit in patriam et gnatam generat nuptiis.
Sicyonia aeque parit puellam. Hanc seruolus
Tollit atque exponit et ex insidiis aucupat;
Eam sublatam meretrix alii detulit.
Lemno post rediens ducit, quam conpresserat,
Lemnique natam spondet adulescentulo
Amore capto illius proiecticiae.
Requirens seruos reperit, quam proiecerat;
Itaque lege et rite ciuem cognitam
Alcesimarchus, ut erat nactus, possidet.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Britannici (I), Ambrosiani I 257 (E), Ambrosiani palimpsesti (A), ubi apparuit.

1 lemnus liconiam *B*, liconia *IE* 2 nupt' *I*, nuptus *E* 3 Sycioni a *B*, siciona *I*, Sycion *E* pariit *BE* 6 redens *BE* quam com *B*, qui eam *E* 7 despondit 8 capti *I* prolectitiæ *B*, pro letitiæ *IE* 9 repperit *I* qui *E* 11 Alcessimarchus *BI*, Alcessi marcus *E*

PERSONAE FABULAE.

Selenium
Gymnasium meretrix
Lena
Auxilium deus
Melaenis lena
Alcesimarchus adulescens
Amicus Alcesimarchi
Lampadio seruos
Phanostrata, uxor Demiphonis
Halisca serua
Demipho
Caterua.

SELENIUM. GYMNASIUM. LENA.

Selenium

Quom ego antehac te amaui et mihi amicam esse creui,
Mea Gymnasium, et matrem tuam, tum id mihi hodie
Aperuistis, tu atque haec. Soror si mea esses,
Qui magis potueritis mihi honorem ire habitum,
Nescio, nisi, ut meus est animus, fieri non posse arbitror;
Ita omnibus relictis rebus mihi frequentem operam dedistis.
Eo ego uos amo et eo *uos* a me magnam inistis gratiam.

Gymnasium

Pol istoc quidem nos pretio facile est
Frequentare tibi utilisque habere.
Ita in prandio nos lepide atque nitide
Accepisti apud te, ut semper meminerimus.

Selenium

Lubentique edepol animo factum et fiet a me,
Quae uos arbitrabor uelle, ea ut expetes*sam*.

MERETICES·II· S GYMNASIUM & SELENIUM *B*. MERETCIS·II·GIMNASIŪ 7 SELENIUM *E*. Meretrices duae Gymnasium et Selenium *I*   Lenia *I*

1 anted *E*   2 gimnasium *B*, gimnassium *E*   3 Aperuisti *BE*   4 potueris *B*   5 nisi *om. I*   7 Et *E*   amo uos *I*   eo a   8 istuc *I*   9 ut illis quæ *I*, ut illis que *E*   10 ac *IE*   11 memineris *IE*   12 lubentique *E*   13 arbitror *E*   expetes

Lena

Quod ille dixit, qui secundo uento uectust
Tranquillo mare, uentum gaudeo ecastor ad te.
Ita hodie hic acceptae sumus suauibus modis,
Nec nisi disciplina apud te fuit quidquam ibi, quin mihi placeret.

Selenium

Quid ita, amabo?

Lena

Raro enim dabat quod biberem; id merum infuscabat.

Gymnasium

Amabo, hicine istuc decet?

Lena

Iusque fasque est;
Nemo alienus hic est.

Selenium

Merito uostro amo uos,
Quia me colitis et magni facitis.

Lena

Decet pol, mea Selenium,
Hunc esse ordinem beneuolentes inter se
Beneque amicitia utier,
Ubi istas uideas summo genere gnatas summatis matronas,
Ut amicitiam colunt atque ut eam iunctam bene habent inter se.
[Si idem istud nos faciamus,] si idem imitamur, ita tamen uix uiuimus
Cum inuidia summa. [Suarum opum nos uolunt esse indigentes.]

---

14 GY uectus est 15 mari *I* 17 Nae *B*, Haec *IE*
18 Quod *E* raro nimium dabat 19 hicine *BI*, hic sine *E*
istud *IE* 21 silenium *B* 22 beniuolentis *B*, bene uolentis *E*.
22—23 *uno versu* 25 ami ciam *B*

Nostra copia nihil uolunt nos potesse
Suique omnium rerum nos indigere,
Ut sibi simus supplices.
Eas si adeas, abitum quam aditum malis. Ita nostro ordini
Palam blandiuntur; clam, si occasio usquam est,
Aquam frigidam subdole subfundunt.
Uiris cum suis praedicant nos solere;
Suas paelices esse aiunt; eunt depressum.
Quia nos libertinae sumus, et ego et tua mater, ambae
Meretrices fuimus; illa te, ego hanc mihi educaui
Ex patribus conuenticiis. Neque hanc superbiae causa
Ego reppuli ad meretricium quaestum, nisi ut ne esurirem.

Selenium

At satius fuerat eam uiro dare nuptum potius.

Lena

Eia,
Haec quidem ecastor cotidie uiro nubit, nupsitque hodie.
Nubet mox noctu: numquam ego hanc uiduam cubare siui:
Nam si haec non nubat, lugubri fame familia pereat.

Gymnasium

Necesse est, quo tu me modo uoles esse, ita esse, mater.

Lena

Ecastor haud me paenitet, si, ut dicis, ita futura es;
Nam si quidem ita eris, ut uolo, numquam aet*ate* Hecale fies,
Semperque istanc, quam nunc habes, aetatulam optinebis,
Multisque damno et mihi lucro sine meo se*m*per eris sumptu.

28 nihilo 29–30 *uno versu* 31 habitum *I* 32 occassio *I*, ocasio *E* 35 felices agiunt *I* eum *IE* 37 mihi *om. I* 38 conuentus *B*, contieius *I*, contieus *E* ego neque 39 Ego *om* repuli 40 Heia *B* 43 lucubre *B*, lucubrae *I*, lugubare *E* famae *I* 46 numquam et hæc a te 47 istam *E* 48 sepe

Gymnasium

Di faxint!

Lena

Sine opera tua di horunc nihil facere possunt.

Gymnasium

Equidem hercle addam operam sedulo: sed tu aufer istaec uerba.
Meus oculus, mea Selenium, numquam ego te tristiorem
Uidi esse; quid, cedo, te, obsecro, tam abhorret hilaritudo?
Neque munda adaeque es, ut soles — hoc sis uide, ut petiuit
Suspiritum alte! — et pallida es. Eloquere utrumque nobis,
Et quid tibi est, et quid uelis nostram operam, ut nos sciamus.
Noli, obsecro, lacrumis tuis mihi exercitum inperare.

Selenium

Excrucior, mea Gymnasium, *male*; male mihi est, male maceror;
Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab aegritudine.
Quid dicam, nisi stultitia mea me in maerorem rapi?

Gymnasium

Indidem, unde oritur, facito ut facias stultitiam sepelibilem.

Selenium

Quid faciam?

Gymnasium

In latebras abscondas pectore penitissumo.
Tuam stultitiam sola facito ut scias sine aliis arbitris.

49 faxir& *B* nihil di hor hunc *IE* 50 tu inter istæc
51 selenium *BI* 53 es *om.* *I* 54 nobis utrumque *E* 55 uelit
57 Mea excrucior mea Gymnasium male mihi 58 egretudine *E*
59 stulcia *E* rapit *B* 62 stulciam solam *E*

Selenium

At mihi cordolium est.

Gymnasium

Qui id? unde est tibi cor, conmemora, obsecro?
Quod neque ego habeo neque quisquam alia mulier, ut perhibent uiri.

Selenium

Si quid est quod doleat, dolet; si autem non est, tamen hoc hic dolet.

Gymnasium

Amat haec mulier.

Selenium

Eho an amare occipere amarum est, obsecro?

Gymnasium

Namque ecastor amor et melle et felle est fecundissumus;
Gust*at*u dat dulce; amarum ad satietatem usque oggerit.

Selenium

Ad istam faciem est morbus, qui me, mea Gymnasium, macerat.

Gymnasium

Perfidiosus est amor.

Selenium

Ergo in me peculatum facit.

Gymnasium

Bono animo es; erit isti morbo melius.

Selenium

Confidam fore,
Si medicus ueniat, qui huic morbo facere medicinam potest.

Gymnasium

Ueniet.

---

63 Quid id tibi cordolium cum memora *E* 68 gustu

Selenium

Spissum istuc amanti est uerbum ueniet, nisi uenit.
Sed ego mea culpa et stultitia peius misera maceror,
Quia ego illum unum mihi exoptaui, quicum aetatem degerem.

Lena

Matronae magis conducibile est istuc, mea Selenium,
Unum amare et cum eo aetatem exigere, quoi nupta est semel;
Verum enim meretrix fortunati est oppidi simillima:
Non potest suam rem optinere sola sine multis uiris.

Selenium

Hoc uolo agatis. Qua arcessitae causa ad me estis, eloquar.
Nam mea mater, quia ego nolo me meretricem dicier,
Obsecuta est; de ea re gessit morem morigere mihi,
Ut me, quem ego amarem grauiter, sineret cum eo uiuere.

Lena

Stulte ecastor fecit. Sed tu en umquam cum quiquam uiro
Consueuisti?

Selenium

Nisi quidem cum Alcesimarcho, nemine,
Neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit.

Lena

Obsecro,
Quo is homo insinuauit pacto se ad te?

Selenium

Per Dionysia
Mater pompam me spectatum duxit. Dum redeo domum,

73 istud *IE* 75 aetate 76 GY. *praefapt I* silenium *I* 77 aetate exige *E* semel est *I* 78 quoi *E* 80 acersite *IE* 81 dicier *E*, dahcier *I* 82 morigera *I* 84 Stulte *E* tu numquam *B* 85 alchesimarcho *BE et sic semper*, alchesmarco *I* 86 obsecro *proximo uersu* 87 dionsia *BE*

Conspicillo consectatust clanculum me usque ad fores:
Inde in amicitiam insinuauit cum matre et mecum simul
Blanditiis, muneribus, donis.

Lena

Mihi istum hominem uellem dari;
Ut ego illum uorsarem!

Selenium

Quid opust verbis? consuetudine
Coepi amare contra ego illum.

Lena

O mea Selenium,

Selenium

Quid est?

Lena

Adsimulare amare oportet: nam si ames, extempulo
Melius illi multo, quem ames, consulas quam rei tuae.

Selenium

At ille conceptis iurauit uerbis apud matrem meam,
Me uxorem ducturum esse. Ei nunc alia ducenda est domum,
Sua cognata Lemniensis, quae habitat hic in proxumo;
Nam eum pater eius subigit. Nunc mea mater irata est mihi,
Quia non redierim domum ad se, postquam eam rem resciuerim,
Eum uxorem ducturum esse aliam.

Lena

Nihil a matre iniurium est.

---

89 consecutus est 90 cun atre *B* 91 donas. GY. *I* 92 opus est *IE* 93 illum et ille m serena n *E*, salenium *I* quide 94 extempulo 98 suam *E* lemensis *E* habetabat *I* 99 subegit 101 nihil amore

Selenium

Nunc te amabo, ut hanc *tantisper* triduum solum sinas
Esse hic et seruare apud me; nam ad matrem arcessita sum.

Lena

Quamquam istud mihi erit molestum triduum, et damnum dabis,
Faciam.

Selenium

Facis benigne et amice. Sed tu, Gymnasium mea,
Si me absente Alcesimarchus ueniet, nolito acriter
Eum inclamare: utut erga me est meritus, mihi cordi est tamen;
Sed, amabo, tranquille; ne quid, quod illi doleat, dixeris.
Accipe has clauis: si quid tibi opust erit promptu, promito.
Ego uolo ire.

Gymnasium

Ut mihi exciuisti lacrumas!

Selenium

Gymnasium mea,
Bene uale.

Gymnasium

Cura te, amabo. Sicine inmunda, obsecro,
Ibis?

Selenium

Inmundas fortunas aequom est squalorem sequi.

Gymnasium

Amiculum hoc sustolle saltem.

Selenium

Sine trahi, quom egomet trahor.

102 tue tautisper *om.* tridium *E* 103 et hic *BE* accersita 104 mihi istud *IE* 107 et ut *IE* meritus incordi *IE* es *I* 108 doleat *E* 109 Accipias clauis opus est erit promitto 110 lacrumis *E* 112 furtunas *I* Sudorem *B*

Gymnasium

Quando ita tibi lubet, uale atque salue.

Selenium

Si possim, uelim.

Gymnasium

Num quid me uis, mater, intro quin eam? Ecastor mihi
Uisa amare.

Lena

Istoc ergo auris grauiter optundo tuas,
Ne quem ames. Abi intro.

Gymnasium

Num quid me uis?

Lena

Ut ualeas.

Gymnasium

Uale.

LENA. DU

Idem mihi magnae quod parti est uitium mulierum,
Quae hunc quaestum facimus; quae, ubi saburratae sumus,
Largiloquae extemplo sumus; plus loquimur, quam sat est.
Quin ego nunc, quia sum onusta mea ex sententia,
Quiaque adeo me conpleui flore Liberi,
Magis libera uti lingua conlibitum est mihi;
Tacere nequeo misera, quod tacito usus est.
Nam illanc ego olim, quae hinc flens abiit, paruolam

114 iuuet 117 neque meas *BE* ab intro *I* LENE *E* RESTITIT *addunt BE* DU *om. B* 119 nunc faciemus 120 *excipiunt vv. 125—27* 121—24 *post 127 leguntur* 121 quasi sum honesta 122 quia quæ *B* 124 tocito *I* 125 illam *BE*, illa *I*

Puellam proiectam ex angiportu sustuli.
Adulescens quidam hic est adprime nobilis;
Sicyone summo genere ei uiuit pater;
Is amore misere hanc deperit mulierculam,
Quae hunc modo flens abiit: contra amore haec perdita est.
Eam meae ego amicae dono huic meretrici dedi
Quae saepe mecum mentionem fecerat,
Puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi
Recens natum, eapse quod sibi supponeret.
Ubi mihi potestas primum euenit, ilico
Feci eius ei, quod me orauit, copiam.
Postquam puellam eam a me accepit, ilico
Eandem puellam peperit, quam a me acceperat,
Sine obstetricis opera et sine doloribus,
Item ut aliae pariunt, quae malum quaerunt sibi;
Nam amatorem aibat esse peregrinum sibi;
Suppositionem eius rei facere gratia.
Id duae nos solae scimus, ego, quae illi dedi,
Et illa, quae a me accepit, praeter uos quidem.
Haec sic res gesta est; si quis usus uenerit,
Meminisse ego hanc rem uos uolo. Ego abeo domum.

AUXILIUM DU

Utrumque haec, et multiloqua et multibiba, est anus.
Satin uix reliquit deo, quod loqueretur, loci;
Ita properauit de puellae proloqui

126 proiectū *I* exangui portu *BE* 128 Sycione *BI*, sycyone *E* 130 amore cum hec *E* 132 fecerit 136 memorauit *E* 137 [illegible] *IE* 138 qua *I* 139 obstr cis *I* 140 It dem *I* pariuntq. *IE* 141 [illegible] 145 s. *BE*, *om. I* usu *I* 146 auxilium *adiant IE* PROLOGUS AUXILII DEI *B* PROLOGUS IWC *I*, PROLOGUS DU *E* 148 Satine

Suppositione; quod si tacuisset, tamen
Ego eram dicturus, deus, qui poteram planius;
Nam mihi Auxilio est nomen. Nunc operam date,
Ut ego argumentum hoc uobis plane perputem.
Fuere Sicyoni iam diu Dionysia;
Mercator uenit huc ad ludos Lemnius,
Isque hic compressit uirginem adulescentulus
Ui uinolentus, multa nocte, in uia.
Is ubi malam rem scit se meruisse, ilico
Pedibus perfugium peperit; in Lemnum aufugit,
Ubi habitabat. Tum illa, quam conpresserat,
Decumo post mense exacto hic peperit filiam.
Quoniam reum eius facti nescit qui siet,
Paternum seruom sui participat consili;
Dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem.
Is eam proiecit; haec puellam sustulit;
Ille clam obseruauit seruos, *qui eam proiecerat,*
Quo aut quas in aedis haec puellam deferat.
Ut eampse uos audistis confiterier,
Dat eam puellam meretrici Melaenidi;
Eaque educauit eam sibi pro filia
Bene ac pudice. Tum illic autem Lemnius
Propinquam uxorem duxit, cognatam suam.
Ea diem suum obiit; facta morigera est uiro.
Post*quam* ille uxori iusta fecit, ilico
Huc conmigrauit; duxit uxorem hic sibi
Eandem, quam olim uirginem hic conpresserat.
Ut eam cognoscit esse, quam conpresserat,
Illa illi dicit, eius se ex iniuria

150 Suppotione *I* tacius esset *IE* 153 argeutum *E* 154 sycioni *B*, sicioni *I* dionisia *B* 155 lenius *I* 157 Ui *om.* uinulentus *BE* noctae *I* 159 lemnium *E* 162 sciet *I* 163 consilii 166 obseruant *I* qui eam proiecerat *om.* 168 eam ipse *E*, ea ipse *I* 169 metrici *B* melenidi 174 Post iuxta *E* 175 dux *I* 177 Et

Peperisse gnatam, atque eam se seruo ilico
Dedisse exponendam. Ille extemplo seruolum
Iubet illum eundem persequi, si qua queat
Reperire, quae sustulerit. Ei rei nunc suam
Operam usque adsiduo seruos dat, si possiet
Meretricem illam inuenire, quam olim tollere,
Quom ipse exponebat, ex insidiis uiderat,
Nunc, quod relicuum restat, uolo persoluere,
Ut expungatur nomen, ne quid debeam.
Adulescens hic est Sicyoni, ei uiuit pater:
Is amore proiecticiam illam deperit,
Quae dudum flens hinc abiit ad matrem suam;
Et illa hunc contra, qui est amor suauissumus.
Ut sunt humana, nihil est perpetuum datum.
Pater adulescenti dare uolt uxorem. Hoc ubi
Mater resciuit, iussit arcessi eam domum.
Haec sic res gesta est. Bene ualete, et uincite
Uirtute uera, quod fecistis antidhac.
Seruate uostros socios, ueteres et nouos;
Augete auxilia uostra iustis legibus;
Perdite perduelles; parite laudem et lauream,
Ut uobis uicti Poeni poenas sufferant.

ALCESIMARCHUS C

Alcesimarchus

Credo ego amorem primum apud homines carnuficinam commentum.

179 Perisse *E*   eam se *om. I*   187 expugnatur *IE*   188 sicioni   190 dum *BE*   191 huc *E*   194 accersi   ad eam *IE*   195 res gesta sic est *E*)   196 antehac *I*   198 nestris   uictis *IE*   199 laudeam et lauream *BE*   200 Et   peni *E*   penas *IE*   ALCHESIMARCHUS ADOLESCENS *B*; *I addit:* Melenis lena. C *om. BI*

Hanc ego de me coniecturam domi facio, ne foris quaeram.
Qui omnis homines supero atque antideo cruciabilitatibus animi.
Iactor crucior agitor stimulor uorsor in amoris rota miser,
Exanimor feror differor distrahor diripior: ita nubilam mentem
Animi habeo. Ubi sum, ibi non sum; ubi non sum, ibi est animus;
Ita mihi omnia ingenia sunt. Quod lubet, non lubet iam id continuo;
Ita me amor lassum animi ludificat fugat agit adpetit
Raptat retinet lactat largitur; quod dat, non dat; deludit
Modo quod suasit, *id* dissuadet; quod dissuasit, id ostentat.
Maritumis moribus mecum experitur; ita meum frangit amantem
Animum neque, nisi quia miser non eo pessum, mihi ulla abest
Perdito pernicies: ita pater apud uillam detinuit me hos dies sex
Ruri continuo, neque licitum interea est meam amicam uisere.
Estne hoc miserum memoratu?

* * * * *

Sed quid istum adigis . . .
Quia uiuum . . . . doleo . . . . si tu uis uolo.

Alcesimarchus

At enim ne tu ponas pugnos tuos in inperio meo.

202 ui *BE* foras 203 Quo *I* 204 uessor *I* 205 Examinor *I* deripior *E* nullam *IE* 207 iubet non iubet tam *E* 209 iactat *E* lagit' *B* 210 suasit dissuasit quod dissuasit *om. I* ostendat *E* 211 expetitur amentem *B pr. m.* 212 miser ne oppessum *E* (oppesum *I*) 213 Perdit permities *E* 216 adicis 218 ne tota ponas

Gymnasium

Numquam . . . . . . fidem
Sed ego primum dii quia
Sum nihili nihil
Quae meam an . . . . dignus
. . . acerba laceret . . . frugi non quaeris
Praestat . . . quae con . . . . cum

Alcesimarchus

Neque deos neque homines aequom est facere, ut sic orbatus sim,
Quae mihi esset commendata et meae fidei concredita,
Quae esset aetatem exactura mecum in matrimonio.
Compecti sit capere oportet neque eas umquam ponere
Eri li . . . . . . tribus multum credi oportere arbitror
Quae . . . clamat . . . mariti sua ut . . . solita sis
Ob istuc inuadier eum dignus deciens qui furca
Egomet laetor. Sed quid auctor nunc mihi est
. . . . suspendas . .
. . . . fiet

. . . .

Gymnasium

. . . . . intro abeo, nam meretricem adstare in uia
Solam, prostibuli sane est.

. . . .

. . . meminere officium suum

. . . .

Alcesimarchus

Potin es tu homo facinus facere strenuum?

Amicus

Aliorum affatim est.
Qui faciant; sane ego me nolo fortem perhiberi uirum.

. . . .

225 facere et si posthac sim 227 mecum exactura mecum
235 sq *Nonius p. 423:* abonam 236 prostibula 237 *Nonius p. 499*
238 sq. *Gellius VI (VII), 7, 3:* Potine tu

Alcesimarchus

I, adfer mihi arma et loricam adducito.

Amicus

Loricam adducam . . . . ?

Alcesimarchus

I, curre, equom adfer.

Amicus

Hercle hic insanit miser.

Alcesimarchus

Abi atque hastatos multos, multos uelites,
Multos cum peltis — nihil moror triarios.
Ubi sunt quae iussi?

Amicus

Sanus hic non est satis.
*Uigila*sse credo noc*te*m, quom illaec sic faci*t*.
Utrum deliras, quaeso, an adstans somnias,
Qui equom me adferre iubes, loricam adducere,
Multos hastatos, postid multos uelites,
Multos cum peltis? Haec tu peruorsa *omnia*
Mihi fabulatu's.

Alcesimarchus

Dixin ego istuc, obsecro?

Amicus

Modo quidem hercle haec dixisti.

Alcesimarchus

Non praesens quidem.

Amicus

Praestigiator es, si quidem hic non es atque es.
Uideo ego te amoris ualde tactum toxico,
Adulescens; eo te magis uolo monitum.

Alcesimarchus

Mone,

244 cum multis precario 246 . . . . . sse nocitum faci
250 cum multis omnia *non lectum* 255 atque ades

Amicus

Caue sis cum amore tu umquam bellum sumpseris.

Alcesimarchus

Quid faciam?

Amicus

Ad matrem eius deuenias domum;
Expurges, iures, ores blande per precem,
Eamque exores, ne tibi suscenseat.

Alcesimarchus

Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

. . .

. . . . .

Senex

. . . . .

Mulierculam. Ea ornatula si sit, ut quidem hercle scitas*t*,
Quamquam uetus cantherius sum, etiam nunc, ut ego opinor,
Adhinnire equolam possum ego hanc, si detur sola soli.

Gymnasium

Nimis opportune mihi euenit, redisse Alcesimarchum;
Nam sola nulla inuitior solet esse.

Senex

Me uocato,
Ne sola sis.

Gymnasium

. . . . cum . . . tu agas aliquid.
Nimis lep*i*de *ex*concinnauit hasce aedis Alcesimarchus,
Ut qui *sancte iurauerit eandem se a*mare semp*er*.
Uen*er*em meram haec aedes ol*e*nt, quia amator expoliuit.

260 herclesomnia 261 scita 263 Adhinniret 268 Ut qui . . . . . . (deriderer) . . . duus . . mare semp . r

Senex

Non mo*do ip*sa lepidas*t*, commode quoque hercle fabulatur.
Sed quom dicta huius interpretor, haec hercle est, ut ego opinor,
Meum quae corrumpit filium; suspicio est eam esse.
Ita pol, quom numquam uiderim, de opinione credo.
Nam hasce aedis conductas habet meus gnatus, haec ubi adstat;
Hoc hanc eam esse opiniost; nam haec illum nominauit.
Quid si adeam atque appellem? Mali damnique inlecebra, salue.
. . . . postulabis.
. . . . uale
. . . . alter
. . . . quiduis
Quid ego usquam . . . .
Habent . . . . . atque nostra
. . . . . .
Lenta se mater . . . . quidem . . . innocenti
Do tibi . . . . ullus nisi tibi . . . . rarus quisquam
Sed iste . . . . filius quidem
At ego moror . . . . damnosos ante ullum
Quid . . . . . isne est?

Gymnasium

Arbitror?
. . . . aufer manu*m*.
. . . . aleas . . . . cur gaudet
. . . . ad . . . . dolo
Ut . . . .
Nos illata . . . . . aut qui
. . . . pone . . . . quae ita . . . loqui
. . . . das mihi operam

273 Ut postquam

. . . . mihi molesta est; quin adeo
. . . . quaedam . . . . si nescias
. . . . illam perdam
. . . quam si hoc fallor . . . . moror
. . . multum falli . . . . orat feres

. . . . Datores

Bellissumi nos negotioli, senices, soletis esse.

. . . .

. . . . . si quidem imperes, pro copia, pro recula.

. . . .

Prohibet diuitiis maxumis, dote altili atque opima.

. . . .

Germana mea sororcula

. . . .

Gymnasium

Tum tu igitur, mea matercula

. . . .

Lena

Quin is, si itura es? nimium is uegrandi gradu.

Gymnasium

Pol ad cubituram, mater, magis sum exercita
Fere quam a*d* cursura*m*; eo sum tardiuscula.

Alcesimarchus

Quin equidem illam duc*am* ux*orem* . .

Melaenis

Simil*est* ius iurandum am*andum* quas*i* *i*us con*f*usicium.

301—2 *Priscian. III p. 616. VI p. 724* (senices) 303 *Priscian. III p. 613* 304 *Nonius p. 72* 305 *Priscian. III p. 612* 306 *Priscian III p. 611* 307 *Fest. p. 372* 308—9 *Nonius p. 198*, 308 ac 309 a cursura

.

.

.

.

Melaenis

Eo facetu's, quia tibi alia est sponsa locuples, Lemnia?
Habeas! Neque nos factione tanta, quanta tu, sumus,
Neque opes nostrae tam sunt ualidae quam tuae; uerum tamen
Haud metuo, ne ius iurandum nostrum quisquam culpitet;
Tu iam, si quid tibi dolebit, scies, qua doleat gratia.

Alcesimarchus

Di me perdant,

Melaenis

Quodcumque optes, tibi uelim contingere.

Alcesimarchus

Si illam uxorem duxero umquam mihi, quam despondit pater!

Melaenis

Et me, si umquam tibi uxorem filiam dedero meam.

Alcesimarchus

Patierin me periurare?

Melaenis

Atque aliquanto facilius
Quam me meamque rem perire et ludificari filiam.
Alibi quaere ubi tuo iurando iuri satis sit subsidi;
Hic apud nos iam, Alcesimarche, confregisti tesseram.

317 *cum extrema parte v. 215 uno versu comprehenditur* facitis *I pr. m.* lenia *I* 319 opus *I pr. m.* 321 dolea *I* 323 mihi umquam *BIE* quam *om BE* despondit *E* 325 Periurare me patiere *BIE* facili iis *E* 326 me *om. E* ludificare *E* 327 Abi querere *BIE* iur . . iurandi . . . *A*, tuo iurando tuo *BIE* sit satias *A* 328 iam *om I pr. m.*

Alcesimarchus

Face semel periclum.

Melaenis

Saepe feci, quod factum queror.

Alcesimarchus

Redde mihi illam.

Melaenis

Inter nouam rem uerbum usurpabo uetus:
Quod dedi, datum non uellem; quod relicuum est, non dabo.

Alcesimarchus

Non remissura es mihi illam?

Melaenis

Pro me responsa tibi.

Alcesimarchus

Non remittes?

Melaenis

Scis iam dudum omnem meam sententiam.

Alcesimarchus

Satin istuc tibi in corde certum est?

Melaenis

Quin ego conmentor quidem;
Non edepol istaec tua dicta nunc in aures recipio.

Alcesimarchus

Non? Hem; quid agis igitur? Animum aduorte, ut, quid agas, scias.
At ita me di deaeque, superi atque inferi et medioxumi,
Itaque me Iuno regina et Iouis supremi filia,
Itaque me Saturnus, patruus eius,

Melaenis

Ecastor pater.

330 Rede *B* 331 reliquum 336 MEL. Igitur 339 eius et castor *B*, eius ecastor *IE*

Alcesimarchus

Itaque me Ops opulenta, illius auia . . .

Melaenis

Immo mater quidem.
Iuno filia et Saturnus patruus! summus Iuppiter!

Alcesimarchus

Tu me delenis; propter te haec pecco.

Melaenis

Perge dicere,
Ut etiam, quid consultura sis sciam. Perge eloqui.
Non remittam; definitum est.

Alcesimarchus

Enimuero ita me Iuppiter,
Itaque me Iuno et Saturnus, ita — quid dicam, nescio.
Iam scio. Immo, mulier, audi, meam ut scias sententiam:
Di me omnes, magni minutique et patellarii
Faxint, ne ego *umquam dem* uiuos sauium Selenio,
Nisi ego teque filiamque tuam hodie obtruncauero,
Post autem cum primo luci cras nisi ambo occidero,
Et equidem hercle nisi pedatu tertio omnis efflixero,
Nisi tu illam remittis ad me! Dixi, quae uolui. Uale.

Melaenis

Abiit intro iratus. Quid ego nunc agam? Si redierit
Illa ad hunc, ibidem loci res erit, ubi odium occeperit;
Illam extrudet, quom hanc uxorem Lemniam ducet domum.
Sed tamen ibo et persequar; amens ne quid faciat, cauto opust.

340 ALCHES. Immo *BE* 341 MEL. Iuno patruus et *B*. patruus est *IE* 342 lenis *I* 343 Anne ut si *E* 346 in uno *E* sentiam *B* 347 omnes *om. I* 348 ego .... uiuus *B*, ego uiuus *EI* senio *E* 349 teque tuamque filiam meque 350 Postea 351 Perdat utertio *BE*, Perdam te tercio *I* 354 hodium *I* 355 leniam *I* 356 amaus *IE* opus est

Postremo, quando aequa lege pauperi cum diuiti
Non licet, perdam operam potius quam carebo filia.
Sed quis hic est, qui recta platea cursum huc contendit suum?
Et illud paueo et hoc formido, ita tota sum misera in metu.

LAMPADIO SERUOS. DU

Anum sectatus sum clamore per uias.
Miserrumam habui; at illaec hodie quot modis
Moderatrix *linguae* fuit atque inmemorabilis!
Quot illi blanditias, quid illi promisi boni!
Quot admoeniui fabricas, quot fallacias
In quaestione! Uix exsculpsi ut diceret,
Quia ei promisi dolium uini dare.

PHANOSTRATA MULIER. LAMPADIO SERUOS. MELAENIS LENA. DU

Phanostrata
Audire uocem uisa sum ante aedis modo
Mei Lampadisci serui.

Lampadio
Non surda es, era;
Recte audiuisti.

358 leget 359 hic tendit *B*, hic ostendit *E*, contendit *I* LAMPADISCUS *BE*, Lampadiscus *I* MELENIS LENA *addunt BE* DU *om. I* 362 abn. *I* ut 363 linguae *om.* 364 quidem *E* 365 admonui *I* 367 modium *E* LAMPADISCUS *BE*, Lampadiscus *I* MELENIS DU *om.I* 368 Audite *I pr. m.* 369 Lampadio *I* sera *E* 370 rectae *IE* audisti *B*

Phanostrata

Quid agis hic?

Lampadio

Quod gaudeas.

Phanostrata

Quid id est?

Lampadio

Hinc ex hisce aedibus paulo prius
Uidi exeuntem mulierem.

Phanostrata

Illam, quae meam
Gnatam sustulerat?

Lampadio

Rem tenes.

Phaostrata

Quid postea?

Lampadio

Dico ei, quo pacto eam ab hippodromo uiderim
Erilem filiam nostram sustollere.
Extimuit tum illa.

Melaenis

Horret corpus, cor salit;
Nam mihi ab hippodromo memini afferri paruolam
Puellam, eamque me mihi supponere.

Phanostrata

Age, perge, quaeso; animus audire expetit,
Ut res sit gesta.

Melaenis

Utinam audire non queas!

---

371 excisce *B*, exeisce *E* 372 uidei *E* illamque *E* 373 iam rem *I* 374 hipodromo *(semper)* 376 PH. Extimuit *BE*, Lil Etimuit *I* LAM. iam horret *IE* 379 quoso *E* 380 gesta sit

* * * *

Cum muliere illa una ibat adulescentula
Non quasi nunc haec sunt hic limaces liuidae
Diobolares, schoenicolae, miraculae,
Cum extortis talis, cum todillis crusculis,
Capillo scisso atque ex*s*cissatis auribus,
Quae, quasi carnuficis angiporta purgit*ent*,
Foetore turpi omnes abigunt in fugam,
Sed scita et quae facile omnis adliciat sibi;
Nam ita mustulentus aestus nares attigit.
„*Tune huius*“ *inquam* „*filia es?*“ *atque illa ait.*
Pergo illa*m his alloqui* dictis: „Illaec te anus
„Fortu*na abusa indigna ad res mi*seras uocat.
„Nam illaec tibi nutrix est, ne matrem censeas.
„Ego te reduco et *re*uoco ad diuitias, ubi
„Tu *con*locere in luculentam familiam,
„Unde tibi talenta magna uiginti pater
„Det dotis. Non enim hic, ubi ex Tusco modo
„Tute tibi indigne dotem quaeras corpore.“

Phanostrata

An, amabo, meretrix illa est, quae illam sustulit?

Lampadio

Immo meretrix fuit. Sed ut sit de ea re, eloquar.
Iam perducebam illam ad me suadela mea.
Anus ei amplexa est genua, plorans, obsecrans,
Ne deserat se. Eam suam esse filiam

Lacuna non indicatur in codd. 382 *Varro L. L. VII, 64* 383 *Varro L. L. VII, 64. Fest. p. 329 sq.* 384 *Fest. l. l.*: cum extritis. *Priscian III p. 611:* todinis, *Fest. p. 301:* sodellis, *Fest. Ep. p. 52:* crocotillis 385 *Nonius p. 108* exscissatis 386 *Nonius p. 190:* purgitans 389 *Nonius p. 63 sq.; id. p. 415:* mustilentus uentus naris obtigit 391 sq *Lacuna in codd. indicantur.* 393 illa hæc *BE* meretrix *I* 394 uoco 395 locere 398 corporae *I* 402 genua *I* et obsecrans *E* 403 non *E*

Seque eam peperisse, sancte adiurabat mihi.
„Istanc, quam quaeris," inquit „ego amicae meae
„Dedi, quae educaret eam pro filiola sua;
„Et uiuit" inquit. „Ubi ea est?" inquam extempulo.

Phanostrata

Seruate me, di, obsecro.

Melaenis

At me perditis.

Phanostrata

Quo*i* illam dedisset, exquisisse oportuit.

Lampadio

Quaesiui, et dixit: meretrici Melaenidi.

Melaenis

Meum elocutust nomen; interii *oppido*.

Lampadio

Ubi elocuta est, ego continuo interrogo:
„Ubi habitat?" inquam. „Duc ac demonstra mihi."
„Auecta est" inquit „peregre hinc habitatum."

Melaenis

Obsipat
Aquolam.

Lampadio

„Quo auecta est, eo sequemur. Sicine
„Agis nugas?" Perii, si hercle hoc longe destiti
Instare usque adeo, donec se adiurat anus
Iam mihi monstrare.

Phanostrata

At non missam oportuit.

404 sanctae *IE* 405 Istam *I* 408 di me *E*, dii mei *I* 409 Quo 411 eloquutū ē *IE* oppido *om* 412 anum interrogo *IE* 414 properegre hanc *E* 415 Aculam Sic ne *I*, Scine *E* 416 peristi ne hercle dedisti 418 ah *I*, an *E*

Lampadio

Seruatur; sed illaec se quandam aibat mulierem
Suam beneuolentem conuenire etiam prius.
Commune quacum id esset sibi negotium;
Et scio, uenturam.

Melaenis

Me indicabit, et suas
. . . .
Ad meas miserias alias faciem consciam.

Phanostrata

Quid nunc uis facere me?

Lampadio

Intro abi atque animo bono es.
Uir tuus si ueniet, iube domi *op*peririer,
Ne *in* quaestione mihi sit, si quid eum uelim.
Ego ad anum recurro rursum.

Phanostrata

Lampadio, obsecro,
Cura.

Lampadio

Perfectum ego hoc dabo negotium.

Phanostrata

Deos teque spero.

Lampadio

Eosdem ego; tu abeas domum.

Melaenis

Adulescens, adsta atque audi.

Lampadio

Mei, mulier, uocas?

419 aiebat 422 indicauit 423 *lacuna non indicatur* 424 faciam *I* 426 operirier *BE*, operirer *I* 427 in *om.* quaestioni *I*, quaestionem *B*, questionem *E* 430 ego uti habeas

Melaenis

Te.

Lampadio

Quid negoti est? nam occupatus sum ampliter.

Melaenis

Quis istic habitat?

Lampadio

Demipho, dominus meus.

Melaenis

Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam
Suam despondit in diuitias maxumas?

Lampadio

Is ipsust.

Melaenis

Eho tu, quam uos igitur filiam
Nunc quaeritatis alteram?

Lampadio

Ego dicam tibi:
Non ex uxore natam, uxoris filiam.

Melaenis

Quid istuc est uerbi?

Lampadio

Ex priore muliere
Nata, inquam, meo ero filia est.

Melaenis

Certo modo
Huius, quae locuta est, quaerere aibas filiam.

---

433 istuc *IE* dephimo *IE* 434 alchesimarcho *BE*, achesimarco *I* 435 dispondit *BE* 436 ipsus est E) *BE* 437 deiciam *B*. demam *E* 439 uerbis *BE* 440 est fina *BE* 441 aiebas

Lampadio

Huius ego quaero.

Melaenis

Quo modo igitur, obsecro,
Haec est prior, quae nupta nunc est?

Lampadio

Conteris
Tu tua me oratione, mulier, quisquis es.
Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea
Nata est haec uirgo, Alcesimarcho quae datur.
Ea uxor diem obiit. Iam scis?

Melaenis

Teneo istuc satis;
Sed ego illud quaero confragosum, quomodo
Prior posterior sit, posterior sit prior?

Lampadio

Prius hanc conpressit, quam uxorem duxit domum;
Prius grauida facta est, priusque peperit filiam.
Eam postquam peperit, iussit paruam proici;
Ego eam proieci; alia mulier sustulit;
Ego inspectaui. Erus hanc duxit postibi.
Eam nunc puellam filiam eius quaerimus.
Quid nunc supina susum caelum conspicis?

Melaenis

I nunc iam istuc, quo properabas; nihil moror;
Nunc intellexi.

447 iam *om.* *IE*   448 confrango sum *E*   449 sit et posterior   456 suppinasus iamcelum *BE*, suppina susu ia celu *I*   457 Ea iam *om.* *B*   istunc *BE*, istic *I*

Lampadio

Dis hercle habeo gratiam;
Nam ni intellexes, numquam, credo, amitteres.

Melaenis

Nunc mihi bonae necessust esse ingrati*i*s,
Quamquam esse nolo; rem palam esse intellego.
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam
Ab illis, quam illaec me indicet. Ibo domum
Atque ad parentes re*d*ducam Selenium.

MELAENIS. SELENIUM. C

Melaenis

Rem elocuta sum tibi omnem; sequere, mea Selenium,
Ut eorum, quoiam esse oportet te, sis potius quam mea.
Quamquam inuita te carebo, animum ego inducam tamen,
Ut illud, quod tuam in rem bene conducat, *aequi* consulam.
Nam hic crepundia insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit,
Quae mihi dedit, parentes te ut cognoscant facilius.
Accipe hanc cistellam, Halisca. Age dum pulta illas fores.
Dic, me orare, ut aliquis intus prodeat propere ocius.

---

459 intellexisses *E* amittere *I* 460 neccessū ē *I* esse *om. B* ingratis 463 illec *E*, illic *I* 464 reduco *B*, reducam *IE* *Titulo* LENA *addunt BIE*, MERETRIX *BE* Selenium *om. I* C *om. BI* 465 sunt ibi *E* me mea selenum *E* 466 quorumiam *I* 467 inuitare *E* indicam *B m. pr.* 468 illud quam tuam *BE* aequi *om.* 469 repudia *E* quibus quom *BE* tetulit *B* 470 ut te *B* 471 has liscas *BE*

ALCESIMARCHUS MELAENIS SELENIUM

Alcesimarchus

Recipe me ad te, Mors, amicum et beneuolum.

Selenium

Mater mea,

Peri*i*mus miserae.

Alcesimarchus

Utrum hac me feriam an ab laeua latus?

Melaenis

Quid tibi est?

Selenium

Alcesimarchum non uides? Ferrum tenet.

Alcesimarchus

Ecquid agis? Remorare. Lumen linque.

Selenium

Amabo, adcurrite,

Ne se interemat.

Alcesimarchus

O salute mea salus salubrior,

Tu nunc, si ego uolo seu nolo, sola me, ut uiuam, facis.

Melaenis

Haud uoluisti istuc seuerum facere.

Alcesimarchus

Nihil mecum tibi.

Mortuus tibi sum; hanc, ut habeo, certum est non amittere;

Nam hercle iam ad me adglutinabo, dum tibi decretum est dare.

Nominibus tituli ADOLESCENS, LENA, MER *addunt BE* 473 benuolu *IE* 474 Perimus 475 tenenst *B*, tenens *E*, tenentem *I* 476 Eo quid *E* rememorare *E*, ne me morare *I* accurite *B* 478 sola *B m. sec. addidit post* me uiam *E* 479 Aut *IE* istunc *BE* Alchesimarcho nichil *I* 481 adglutinandum totam

Ubi estis, serui? Occludite aedis pessulis, repagulis.
I*lico u*bi hanc ego tetulero intra limen.

Melaenis

Abiit; abstulit
Mulierem. Ibo, persequar iam illum intro, ut haec ex me sciat
Eadem, si possum tranquillum facere ex irato mihi.

LAMPADIO. PHANOSTRATA.

Lampadio

Nullam ego me uidisse credo magis anum excruciabilem,
Quam illaec est: quae dudum fassa est mihi, quaene infitias eat?
Sed eccam eram uideo. Sed quid hoc est, haec quod cistella hic iacet
Cum crepundiis, nec quemquam conspicor alium in uia?
Faciundum est puerile officium: conquiniscam ad cistulam.

Phanostrata

Quid agis, Lampadio?

Lampadio

Haec cistella numnam hinc ab nobis domo est? 491
Nam hinc ab ostio iacentem sustuli.

Phanostrata

Quid nuntias
Super anu?

483 Ibo *BE*, Ibi *I* lumen *I* 485 sed LAMPADISCUS *BE*, Lampadio' *I* *Tum additur* SERUUS *et* MULIER 487 illa hæc que *IE* 488 hæccam *E* 490 puer illi *I*, puer ill *E* quomque mei sciam 492 hostio *IE*

Lampadio

Scelestiorem in terra nullam esse alteram.
Omnia infitiari *eam*, quae dudum confessa est mihi
Quam hercle ego illam anum inridere me ut sinam, satiust mihi
Quouis exitio interire.

Phanostrata

Di, obsecro uostram fidem . . .

Lampadio

Quid deos obsecras?

Phanostrata

Seruate nos!

Lampadio

Quid est?

Phanostrata

Crepundia
Haec sunt, quibuscum tu extulisti nostram filiolam ad necem

Lampadio

Sanane es?

Phanostrata

Haec sunt profecto.

Lampadio

Pergin?

Phanostrata

Haec sunt.

Lampadio

Si mihi
Alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam.

---

493 interram *E* 494 infitiare ea quae *BE*, inficiare quæ *I* 495 Nam inredire *B pr. m.* satius est 496 interere *I* 497 nos *BE* 499 pergehin *BE*, perge hinc *I* sunt *om.* *E*

Phanostrata

Non ecastor cassa memoro.

Lampadio

Nam, obsecro, unde haec gentium?
An quis deus obiecit hanc ante ostium nostrum quasi
Dedita opera, in tempore ipso?

Phanostrata

Spes mihi sancta subueni.

HALISCA. LAMPADIO. PHANOSTRATA.

Halisca

Nisi quid mihi opis di dant, disperii neque, unde auxilium expetam, habeo.
Itaque petulantia mea me animi miseram habet,
Quae in tergum meum ne ueniat, male formido,
Si era me sciat tam socordem esse, quam sum.
Quam in manibus tenui atque accepi hic ante aedis
Cistellam, ubi ea sit, nescio, nisi, ut opinor,
Loca haec circiter excidit mihi.
Mi homines, mi spectatores, facite indicium, si quis uidit,
Quis eam abstulerit quisue sustulerit, et utrum hac an illac iter institerit.
Non sum scitior, quae hos rogem aut quae fatigem,
Qui semper malo muliebri sunt lubentes.

501 ecastore ais a   502 Aut   hostium *E*   503 subuenit
Titulo adduntur ANCILLA. SERUUS. MULIER (LAMPADISCUS *BE*)   504 opesidi *B*, opes di *IE*   expectam *E*   505 me *om. I*   506 integrimi *E*   ueniant *BE*   507 mea   508 quamne tenuit atque accepit   hinc *I*   510 aec *B*   exci udit *E*   511 Mi homines *antecedenti versu*   quid *IE*   uidet   512 Si quis inter *B*, inte *IE*   513 Non sum *om. in lacuna IE* Sitior *I*   514 iubentes *E*

Nunc uestigia hic si qua sunt, noscitabo;
Nam si nemo hac praeteriit, postquam intro abii,
Cistella hic iaceret. Quid hic? Periit, opinor.
Actum est, ilicet, me infelicem et scelestam!
Nulla est, neque ego sum usquam; perdita perdidit me.
Sed pergam, ut coepi, tamen; quaeritabo;
Nam et intus paueo et foris formido: ita nunc utrubique metus me agitat.
† Illo sunt homines misere miseri.
Ille nunc laetus est, quisquis est, qui illam habet,
Quae neque illi quidquam usui est *et* mihi esse potest
Sed memet moror, quom hoc ago segnius.
Halisca, hoc age; ad terram adspice et despice,
Oculis inuestiges, astute augura.

Lampadio

Era.

Phanostrata

Hem, quid est?

Lampadio

Haec est.

Phanostrata

Quis?

Lampadio

Quoi haec excidit cistella.
Certe ecco*m e*um locum signat, ubi ea excidit.

Phanostrata

Apparet.

Halisca

Hac iit; hac socci uideo uestigium in puluere; persequar hac.

---

515 hic *om* *E*   quia *B*   516 abi *E*   517 quod *E*   hic .... periit *BE*   518 actutu *I*   illic et *E*   522 hominis *IE* miserere *E*   misereri *IE*   524 illa illi *BE*, illa illae *I*   et *om* 525 ago secius *B*. *om*. *IE*   527 inuestigies *E*   528 PH. Hem. LAM. est. PH. quid est?   excicidit *B*   529 eccum locus   530 Sed is hac   ut *E*, aut *I*

In hoc iam loco cum altero constitit, hic meis turba oculis modo se obiecit;
Neque prorsum iit hac; hic stetit; hinc illuc exiit; hic concilium fuit.
Ad duos attinet; liquet *hoc* sat*is*; at singulum uideo uestigium.
Sed is hac abiit; contemplabor; hinc huc iit; hi*nc* nusquam abiit.
Actam rem ago. Quod periit, periit, meum corium *cum* cistella.
Redeo intro.

Phanostrata

Mulier, heus, mane; sunt, qui uolunt te conuentam.

Halisca

Quis me reuocat?

Lampadio

Bona femina et malus masculus uolunt te.

Halisca

Malum aufer; bonum mihi opus est * * * Postremo ille
Plus, qui uocat, scit, quid uelit, quam ego, quae uocor. Reuortor.
Ecquem uidisti tollere hic, amabo, in hac regione
Cistellam cum crepundiis, quam ego hic amisi misera?
Nam dudum ut adcurrimus ad Alcesimarchum, ne se uita
Interimeret, tum *suspicor ti*more *mi* excidisse
Cistellam.

531 consistit *IE* oculis modo se obicit (*m. sec.* obiecit) *proximo versu ante* concilium *ponit E* 532 iniit *IE* stetit huc illuc *I* 533 Aduos *I*, adnos *E* hi qui st attat *B*, liqs at at *IE* 534 abit *E* huc ut *IE* hic nusquam 535 peperiit periit *B*, peperit peperit *E*, perit perit *I* cum *om.* 536 Mulier heus mane *om IE* 537—38 uolunt te. HA. Postremo 539 quod *E* uoco *E* 540 Haec quem *E* uidisti quaerere hic 542 uitam *BE* 543 Interemerit *BI*, Interemit *E* tum . . . . more excidisse

Lampadio

Haec mulier *quid dicat, uide*amus, era, parumper.

Halisca

Disperii misera, quid ego erae dicam, quae me opere tanto
Seruare iussit, qui suos Selenium parentes 546
Facilius posset noscere, quae erae meae supposita est parua,
Quam quaedam meretrix ei dedit?

Lampadio

Nostram haec rem fabulatur.
Hanc scire oportet, filia tua ubi sit, signa ut dicit.

Halisca

Nunc eam uolt suae matri et patri, quibus nata est, reddere ultro.
Mi homo, obsecro, alias res geris; ego tibi meas res mando.

Lampadio

Istuc ago atque istic mihi cibus est, quod fabulare;
Sed inter rem agendam istam erae huic respondi, quod rogabat;
Nunc ad te redeo. Si quid est opus, dic, inpetrabis.
Quid quaeritabas?

Halisca

Mi homo et mea mulier, uos saluto.

Phanostrata

Et nos te. Sed quid quaeritas?

Halisca

Uestigium hic requiro,
Qua aufugit quaedam, *qua opus erat in quaestione.*

Lampadio

Id quidnam est?

---

544 mulier . . . . amus era *IE* (a misera *B*) 545 ego eae eradicam *B*, ego eam eradicam *E*, ego meae herae dicam *I* 547 nosceret *BE* meae dicam supposita *I* 548 meritrix *B* 551 res meas *E* 552 ego *B* 554 impetra & tu 557 quaedam . . . . aestio . . quid id quidnam est *B*, quaedam . . . . aestie quid id quidnam est *IE*

Halisca

Alienum *quod dum erit, afferet* maerorem familiarem.

Lampadio

Mala mers, era, haec et callida est.

Phanostrata

Ecastor ita uidetur.

Lampadio

Imitatur nequam bestiam et damnificam

Phanostrata

Quamnam, amabo?

Lampadio

Inuoluolum, quae in pampini folio intorta implicat se;
Itidem haec exorditur sibi intortam orationem.
Quid quaeritas?

Halisca

Cistellam. Hinc mihi, adulescens, euolauit.

Lampadio

In cauea latam oportuit.

Halisca

Non edepol praeda magna.

Lampadio

Mirum, quin grex uenalium in cistella infuerit una

Phanostrata

Sine dicat.

Lampadio

Si dicat quidem.

Phanostrata

Age, loquere tu, quid ibi infuerit.

558 Alienum . .... . et merorem *B*. Alienum et memorem *IE* 560 quin nam *BI*, quidnam *E* 561 Innolulum *I* panpini *B*, parpini *E* filio 562 exordetur *BE* 563 hic *BE* 564 caueam 565 infuerit uia *E*

Halisca

Crepundia una.

Lampadio

Est quidam homo, qui illam ait se scire, ubi sit.

Halisca

At pol ille a quadam muliere, si eam monstret, gratiam ineat.

Lampadio

At sibi ille quidam uolt dari mercedem.

Halisca

At pol illa quaedam,
Quae illanc cistellam perdidit, quidquam negat esse quod det.

Lampadio

At enim ille quidam *operam ut det, aliud sibi* quam argentum expetit. 571

Halisca

At pol illi quoidam mulieri *numquam* ulla opera gratuita est.

Lampadio

Commoda loquellast; tu tibi nunc prodes. Confitemur
Cistellam habere.

Halisca

At uos Salus seruassit! Ubi ea nunc est?

Phanostrata

Saluam eccam. Sed ego rem meam magnam confabulari 575
Tecum uolo, sociam mihi te adopto ad meam salutem.

Halisca

Quid istuc negoti est, aut quis es?

---

567 sorore *E*   568 ad *EI*   quandam mulierem *I*   570 quon *B*, quoi dat *E*, quoidam *I*   571 quoidamo . . . . quam argentum *BE*, quidem . . . . argentum *I*   572 illi quidam *BE*, illa quaedam *I*   mulier nulla   573 Commodo loquellum *BE*, Commoda loquelam *I*   tua *E*, tuam *I*   prodens   574 serua sit *E*   576 te mihi   577 quidest *I*

Phanostrata

Ego sum illius mater,
Quae haec gestitauit.

Halisca

Hicine tu ergo habitas?

Phanostrata

Hariolare.
Sed, quaeso, ambages, mulier, mitte atque hoc age;
Eloquere, unde haec sunt tibi, cito, crepundia.

Halisca

Mea haec erilis gestitauit filia.

Lampadio

Mentiris; nam mea gestitauit, non tua.

Phanostrata

Ne obloquere.

Lampadio

Taceo.

Phanostrata

Mulier, perge dicere.
Ubi ea est, quae gestitauit?

Halisca

Hic in proxumo.

Phanostrata

Istic quidem edepol mei uiri habitat gener.

Lampadio

Ne . . . .

Phanostrata

Obloquere rursum? Perge porro dicere.
Quot annos nata dicitur?

578 gestauit *I* hic in *EI* habitias *B* 581 gestauit *I* 581—82 filia . . gestitauit *om. IE* 584 gestauit ♯ Hunc *I* 586—87 Ne obloquere rursum *BI*, Ne obloquerer usus *E* 588 quod *E*

Halisca

Septem et decem.

Phanostrata

Mea est.

Lampadio

Ea est, *ut numerum eius* annorum adtulit.
Quid qua*eris mulier*?

Halisca

*Ego e*tiam quaero meam

Lampadio

At pol *ego, quom duae ad*sunt, quaero tertiam.

Phanostrata

Quod quaeritabam filiam inueni meam

Halisca

Aequom est *ut reddas*, per fidem quod creditum est,
Ne bene merenti sit malo benignitas
Nostra haec alumna est tua profecto filia;
Era redditura est tuam tibi, et ea gratia
Domo profecta est. Ceterum ex ipsa, obsecro,
Exquaeritote; ego serua sum.

Phanostrata

Aequom postulas.

Halisca

Illius ego istanc esse malo gratiam.
Sed istanc cistellam te obsecro ut reddas mihi.

Phanostrata

Quid fit, Lampadio?

Lampadio

Quod tuum est, teneas tuum.

588 Septem decem et *B*. Septem decem *IE* 589 est eastu ....us 590 qua.........iam 591 po... *BE* 592 Quid quaerit? mulier *I* 593 aequom est per fidem 595 columna 596 Et reditura... est *BE* tuam *om. I* 598 exquisitote *I* 599 istam necesse *BI*. istam necesso *E*. male *IE* 601 sit *IE*

Phanostrata

At me huius miseret.

Lampadio

Sic faciundum censeo:
Da isti cistellam et intro abi cum istac simul

Phanostrata

Tibi auscultabo. Tene tu cistellam tibi.
Abeamus intro. Sed quid *est* nomen tuae
Dominae?

Halisca

Melaenis.

Phanostrata

I prae; iam ego te sequar.

DEMIPHO. LAMPADIO.

Demipho

Quid hoc negoti est, quod omnes homines fabulantur per uias,
Filiam mihi esse inuentam? et Lampadionem me in foro
Quaesiuisse aiunt.

Lampadio

Ere, unde is?

Demipho

Ex senatu.

---

603 isti *om. E* & *B*, te *E*, tu *I* semul *EB* 605 est *om.* 606 domnæ *B*, domne *E* li *BE* *Titulo adduntur* SENEX *et* SERUUS; *tum* DEPHIMO *E*, LAMPADISCUS *BE* 607 fabulantur *B* 608 mihi esse filiam et padtitonem *B*, et padittonem *E* 609 uudus *E*

Lampadio

Gaudeo.
Tibi mea opera liberorum esse amplius.

Demipho

Enim non placet;
Nihil moror aliena mihi opera fieri pluris liberos.
Sed quid istuc est?

Lampadio

Propera ire intro huc ad adfinem tuum;
Filiam tuam iam cognosces. Intus ibidem uxor tua est.
Abi cito.

Demipho

Praeuorti hoc certum est rebus aliis omnibus.

CATERUA.

Ne exspectetis, spectatores, dum illi huc ad nos exeant;
Nemo exibit; omnes intus conficient negotium.
Ubi id erit factum, ornamenta ponent; postidea loci,
Qui deliquit, uapulabit; qui non deliquit, bibet.
Nunc quod ad uos, spectatores, relicuum relinquitur,
More maiorum date plausum postrema in comoedia

609 gaudeo *om. I* 610 librorum *I* Etenim 612 istud *I* intro huc *om. I* hunc *E* ad *om. BE* 614 certust *E* hominibus *I* 617 lici *IE* 618 deliquid *BI* 619 reliquum 620 comedia *IE*

COMMENTARIUS

IN

CASINAM.

Argumentum fabulæ huius modi est. Casinam puellam expositam et inter ancillas domus alienæ educatam, postquam ad nubendi ætatem pervenit, tam herus senex, Lysidamus, quam adolescens filius amat, et quo facilius eius potiantur, senex vilico suo, Olympioni, adolescens armigero, Chalino, nuptum dari eam cupiunt; uxor senis, Cleostrata, ut facile intelligitur, filio favet tum absenti. Postquam et senex Chalino et uxor Olympioni frustra persuadere conati sunt, ut a petenda Casina absisterent, res sorti permittitur, ut ei, cui sorte obtigisset, puella nuberet. Olympionis sors exit. Senex gaudio exsultans nuptias parari iubet, et ab amico vicino impetrat, ut sibi ædes vacuas concedat, quo puella deduci possit, dum uxor eam cum vilico rus proficisci credat. Sed Chalinus rem comperit et uxori nuntiat, quo fit, ut turpe senis consilium prorsus frustretur. Primum moræ afferuntur, ne ædes vicini vacuæ fiant; deinde hoc tandem effecto, ancilla Cleostratæ Lysidamo nuntiat Casinam furere gladioque minitari se eum, quicum hoc nocte cubaret, necaturam; tandem coqui cenam parantes ollis inversis, igni restincto alia omnia agunt, donec senex moræ impatiens incenatos sponsam deducere iubet. Iam Chalinum sponsæ ornatu vestitum Olympioni tradunt, isque eum pro sponsa in vicini ædes introducit, ubi et vilicus et herus ab eo proterve ludificantur et plagis male habentur; postremo cum summo suo pudore maximoque mulierum risu exeunt.

Primus fabulæ auctor Diphilus fuit Sinopensis, nobilis comoediæ recentioris scriptor, v. Meinek. Com. Gr. I p. 446.

Huius Κληρούμενοι Plautus Latine vertit (v. 31), mutatoque, ut solebat, nomine, Casinam appellavit; (codd. sæpe errore „Cassinam" præbent, B „Casiam") Quum vero aliquot annis post Plauti mortem denuo referretur, antiquum nomen revocatum est, ut Sortientes fabula diceretur. v. Ritsch. Parerg. Plaut. p. 203, cf. Francken. Mnemosyn. IV p. 163. Quod quum post annum 159 factum videatur, nam Terentio vivo novas omnes comoedias neminem tam contemptim commemorasse credimus, quam facit prologus v 9, tamen ex altera parte non nimis longo intervallo a Plauti morte (a. 184) remotum esse apparet, quoniam spectatorum qui seniores essent fabulam iam semel spectasse et probasse dicuntur (v. 14). Eadem ratione ductus Ritschelius Parerg. p 191 sq. non immerito Casinam posterioribus Plauti fabulis adnumerat. Hæc quum primum acta sit, omnes fabulas vicisse dicitur (v. 17), nec dubitamus, quin etiam postea placuerit et sæpe scenam perambulaverit, quamquam errarunt, qui, quum Romanellius (Viaggio di Napoli I p. 216) exempli causa tesseram theatralem cum Casinæ nomine sibi finxisset, hanc pro vero antiquitatis monumento habuerunt (ut Orell. Inscr. Lat. n. 2538. Ritsch. Parerg. p. 204.), v. Wieseler, Theatergebäude u. Denkmaler des Bühnenwesens p. 38. Et est fabula imprimis ridicula, unde etiam recentiore tempore imitatores habuit, maxime Machiavellium, cuius Clizia ex hac fabula fere expressa est. Addi potest etiam comoedia „L'Errore", quam scripsit Giambattista Gelli.

Quod autem alii, ut Ladewig. Mus. Rhen. III p. 186 sqq. Goetz. Act. Lipsiens. VI p. 277 totam fabulam a posterioribus retractatam esse censent, Teuffelius autem Mus. Rhen. VIII p. 27 sqq., Studien u. Charakteristiken p. 259, partem aliquam eius resectam putat, mihi neutrum probabile videtur. Illud apparet posteriorem fabulæ partem temporis iniuria laceram ad nos pervenisse lacunisque abundare, quum scriptura archetypi a librariis legi non potuerit. Egregium illud quidem, sed parum sufficiens auxilium attulit palimpsestus Ambrosianus, cuius scripturas protulerunt Geppertus in editione et passim Studemundus et Loewius. Huius quæ ad Casinam pertinent membranæ versus continuerunt 38—176, 513—821, 883 ad exitum fabulæ.

Casinam separatim edidit Geppertus cum variis scripturis codicis Ambrosiani. Berolin. 1866. Annotationes criticæ Lomani Batavi post mortem eius editæ sunt in Miscellaneis philologis Amstelod. 1850.

Ambrosiani ope error in personæ nomine opportune sublatus est. Nam quum cetera personarum nomina Græca sint legitimæ formæ et pleraque aliunde nota, senex in editionibus dicebatur *Stalino*, nomine nec credibili nec in codd. servato. Librarii et editores hoc effecerant ex eo quod in titulis duobus cod. B habet, ante v. 199 „Stalitio", ante 542 „Stalicio", unde in hac et sequenti scena interdum personæ sermonibus præfigitur STAL. Hoc monstrum nominis ex errore codicis v. 326 et 882 ortum esse ostendit Studemund. Ind. schol. Gryphisw. 1871—72, verumque nomen ex titulis Ambrosiani restituit, ut iam sine ulla dubitatione *Lysidamus* vocetur, cf. Ritsch. Opusc. III p. 321 sq. — *Chalinus* et *Myrrhina* plerumque „Calinus" et „Mirrina" scribuntur.

Argumentum

acrostichon. 1. Post *conserui* hiatus; Both. al. „conserui duo". — 3. *adiuuat senem* versus causa transposuit Pylades. — 4. *pro* olim additum. — 5. *mulcat* olim emendatum. — 6. *Adulescens ducit* cet. Hoc non in ipsa fabula fit, sed peracta fabula fore spectatoribus narratur v. 934 sq.

Prologus

se ipse clamat non ipsius Plauti esse, sed quum fabula post mortem eius denuo referretur, esse scriptum. Hoc supra vidimus paulo post medium secundum sæculum factum esse, nec adhuc quidquam certius definiri posse videtur; nam v. 2 quo spectet, ignoramus. Ritschelius quidem Parerg. p. 202 *Fidem* huius ipsius actionis causa commemoratam putat, quasi dixisset histrio: „Vos novam fabulam exspectatis; ego antiquam refero,

quam mutato nomine fortasse nemo agniturus erat. Hoc celare non est fidei meæ; ingenue rem profitebor; a vobis autem, fidei fautoribus, fidei præmium posco". Sed ut alia omittam, nihil adhuc spectatoribus promisit, quo talia referri possent. Publicae populi Romani res spectari videntur, ac fortasse certa aliqua occasio, qua se Fidem maximi facere populus professus erat. Talis fuit verbi causa deditio C. Mancini a. 137 facta, qua, quamvis nobis vehementer improbetur, tamen Romanis ipsis vel honestati vel fidei satisfactum videbatur, v. Cic. Off. III, 30, 109. — Post *maxumi* hiatur; R. Parerg. p. 201 „et item" scripsit. — *et uos Fides*; relativa sententia in demonstrativam abit, cf. Madv. Gr. Lat. 323 b et Opusc. acad. II p. 178, nec opus est cum Gepperto „ut" scribere. — 4. Ante *aequos* in B posteriore manu „esse" additum est. — 7. *Antiqua* aut cum hiatu aut quattuor syllabis (anticua) hic et v. 13 pronuntiatum videtur. Quorum quum neutrum fieri posse censerent, Haupt. et R. „Atqui antiqua", Geppert. „Proin antiqua", Seyffert. Philol. XXIX p. 307 „Antiquaque" scripserunt. — 8. *alias* R. addit Parerg. p. 200. — 10. *nummi noui*. Hoc quo spectet, incertum est. Ritsch. Parerg. p. 190 ad legem Papiriam refert, qua asses semunciales facti sunt; sed hæc ad belli socialis tempora demum referenda videtur, v. Mommsen Gesch. d. röm. Münzwesens p. 338. Num victoriati significantur, qui si cum quadrigatis sive denariis comparantur, quarta parte leviores sunt? v. Plin. H. N. XXXIII, 46; quamquam hi inde ab initio belli Punici secundi in usu fuisse videntur, v. Mommsen l. l. p. 390. — 11. *rumorem*. „rumore" Osann. Gepp. — 12. *uos* in B postea additum. — 13. „Antiquam aliquam" Haupt. Mus. Rhen. I p. 468 et R. „Hanc antiquam" Gepp. — *eius*, i. e. Plauti, quod ex „Plautinas" auditur, v. ad Mil. 187. — 15. *scio*, cf. ad Amph. 433. — 18. *flos poetarum*, copia optimorum poetarum, Ennius Cæcilius aliique — 20. *tamen absentes*, cf. ad Amph. 538. Versus causa antiquiores: „absentes tamen"; R. „hic praesentibus"; Loew. Anal. p. 502: „prode sunt". Geppert: „et praesentibus". Seyff. Philol. XXVII p. 443: „pro praesentibus", coll. Men. 296. 926. Ter. Ad. 48. — 22. *ad nostrum gregem*, nostro gregi, cf. ad Mil. 12. 801. — 23. Duplex

hiatus aliquid excidisse ostendit; Geppert. extremo versui addit „procul", Bergk. „cito". Müller. Prosod. p. 513: „curam atque aegritudinem". — 24. *flagitatorem*, creditorem pecuniæ, qui sibi debitum reddi postulat, cf. ad Men. 45. Most. 753. Pseud. 558. 1148. Poen. 538. — 25. *ludus datus est argentariis*, concessum est, ut ludant et seria deponant, cf. ad Bacch. 1079. — 26. *Alcedonia*, dies alcyonides, quibus alcedo ova parere credebatur tranquillo cælo, v. Aristot. Hist. anim. V, 8: *ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν (χειμερινῶν), ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς.* Plin. H. N. II, 125. X, 90. Plaut. Poen. 353. — Hunc versum Gepp. superiori anteposuit; sed nihil impedit, quo minus vel post hunc versum quasi parenthetice interpositum *utuntur* ad argentarios referatur, cf. ad Pers. 491. *Rationem* in eo sequuntur, quod ludorum tempore neminem poscunt, quo nemo daturus erat nec negantem in ius vocare possent. — 27. *poscunt neminem* olim emendatum. — 28. ***reddunt nemini***, cf. Curc. 373 sqq. 677.

29. *uaciuae* an uociuae scribendum sit, ambigitur, v. ad Bacch. 152. — 30 sqq., v. supra p. 127 sq. *Comoediai* Pareus em. *Clerumenoe* Cam. — 33. *postid*, v. ad Aul. 742. — 34. *latranti*, i. e. canino, quod quum interpretes ad Plautum referrent, misere se torserunt, ut eius nomen cum cane conciliarent, quorum quum plerique prorsus ridicula protulissent, unus Lambinus etiam Ritschelio (Parerg. p. 202 ann.) aliquid vidisse videbatur ex Festi Ep. p. 231 hæc afferens: „Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ sunt ac flaccidæ et latius videntur patere" (cf. quæ ex glossariis affert Loew. Anal. p. 203). An quia unum aliquod canum genus plautum est, ideo plautus pro cane dici potest? Quid si cui in mentem venit, quia nigri quidam canes sunt, Nigri nomen latrans dicere? Immo hoc non ad Plautum, sed ad Casinam spectat. Hoc canis nomen vulgatum fuisse, aliunde probare non possum, sed ex hoc loco effici videtur.

35. *ei*, vel eiei, spondeum facit, v. Proleg. p. 216. infra 37. 66. — 38—56 Studemundus de actæ Stichi ætate p. 15 ex A edidit, in quo codice et suo loco exstant et proxime ante Stichum iterum scripta erant. — 40. *conspicatust primulo* A; cum ceteris codd. conspirat Servius ad Æn. X, 615 vv. 39—41

quasi ex Cistellaria afferens. — 43. *detulit*, perfectum inter præsentia, cf. Truc. 405, ac fortasse Most. 476. — 45. *fecit* A. — 46. cf. Poen. 834: „quasi in popina, haud secus". — 47. *ea* A. Post *aetatem* hiatus; Cam. „uti", quod iure improbat Luchs. Studem. Stud. I p. 24., ipse „qui" coniiciens — 48. Post *puellam* similis hiatus, cf. Proleg. p. 183; Müll. „et" addit. — 49. *amat* posteriorem producit, v. Proleg. 196. *efflictim*, v. ad Amph. 513. Post h. v. hiatus in cæsura. Müll. „et autem" voluit. — 50. Post *sibi* hiatus; vulgo „Sibi nunc" editur. — 51. *Paterque* A. — 53. *istanc uxorem* A. — 54. *excubias* comice, nam vulgo dicitur de vigiliis militaribus. — 55. *is* A, i. e. iis, cf. Proleg. p. 212. — *adlegat* A; ante hoc v. hiatur in cæsura. — 57. *quod amat*, cf. Trin. 243. Curc. 137. 170. Ter. Phorm. 504. Eun. 309, quos locos attulit Cavallin. Tidskr. f. Philol. n. s. I p. 266. — *praesepis*, cf. ad Rud. 1025. — 58. *ei* Mueller. addidit hiatus causa; possis etiam „amori ei" aut „amori huic", ut Gepp. — 59. Post *propterea* hiatus. Pylades „ipsa" addebat, Cam. „ea"; Gepp.: „Ea propter". — 60. *filium sensit* A. — 63. *ei mater* A. — *absenti tamen*, v. ad Amph. 538. — 67. *inter se quos nunc credo* A. — 68. *Seruiles nuptiae* proprie videntur nullæ esse posse; neque enim servi uxores habent, quamvis permittente domino coniunctas conservas habeant, ex quibus habeant filios, ut ait Varro R. R. I, 17. Sed apud Græcos aliasque nationes non tam stricto iure agebatur, neque servi communi hominum iure privabantur, cf. Stich. 449. Mil. 1001 sq.: „Hercle hanc quidem nihil tu amassis; mihi desponsa est. Tibi si illa hodie nupserit, Ego hanc continuo uxorem ducam". Leg. Gortyn. II, 27. — 71. „aiio" scribi vult Loew. Anal. Plaut. p. 203, cf. Proleg. p. 198. — *id* A. — 72 versus mancus. Gepp. „quoque" extremo addidit. Seyff. Phil. XXIX p. 387, aliorum vestigia secutus: „in nostra terra, terra in Apula", producta prima nominis syllaba ut v. 77. *nostra terra* est Italia. — 73. *maiore opera*, operosius. „opere" A, cf. Cato ap. Gell. VI (VII), 3, 14: „quo maiore opere dico suadeoque". — „seruiles ibi" postulat Muller. — 75 sq. Id utrum fiat necne, si quis mecum sponsione certare vult, deponat apud arbitrum pignus, ut ego quoque deponam, ea condicione, ut, uter victus fuerit,

non recipiat pignus nisi urna mulsi data, cf. ad Epid. 697. — 77. *mea causa*, v. ad Epid. 677. — 78. *Quid* B sec. man. — *sentio*, v. ad Pseud. 466, cf. supra 15. — 79. Post *puellam* hiatus parum veri similis; Gepp. „puellulam" voluit, Muell. „puellam illam". — 84. *post* abundat post „mox". Koch. Ann. philol. CV p. 638 „post transactam fabulam" voluit. — 86. *auspices*, quibus auctoribus et sollemnia verba proferentibus nuptiæ fiebant, cf. Cic. de Divin. I, 16, 28: „nuptiarum auspices". Cluent. 5, 14: „Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus". Tacit. Ann. XI, 27: „auspicum verba". Iuven. 10, 336: „Veniet cum signatoribus auspex". — 87. *Tantum est*, nihil amplius habeo, quod præmoneam, v. ad Merc. 280. Trin. 22. — *uincite* cett., cf. Cist. 195 sq.

Fabula incipit ab altercatione rivalium, vilici et armigeri. In primis novem versibus B et E lemmata personarum invertunt, I autem etiam in titulo præscripto nominum ordinem immutat; correxit Acidalius. — 92. Post *quoquo* hiatus in cæsura. Geppert. Ambrosiani scripturam prætulit. — 94. *ceterum*, v. ad Capt. 984. — 95. *sutelis*, cf. ad Capt. 686. — 98. *haud* A, ut iam Dissaldeus, cf. Curc. 167. — 102. *mihi* A. Hunc versum Brix. Ann. phil. CI p. 761 versui 100 anteponebat. — 103. *dierectus*, v. ad Bacch. 577. — 105. *tamen*, quamvis ipse absim, cf. 20. — 106. *quod*, v. ad Curc. 327. — *ubi* A. — 107. *istam* A. — 111. *Tun* A. — 112. *potior fias*, potiaris. — 114. *sterculino*, antiquam formam codd. BIE servarunt, Pers. 406 etiam A. — *sit* A, cf. ad Amph. 741. infra 345. — 118. *lucebis*, cf. Curc. 9. Faces in nuptiis præferri solitas, nota res est, v. Cic. Cluent. 6, 15. Plut. Quæst. Rom. 2: *πέντε λαμπάδας ἅπτουσιν ἐν τοῖς γάμοις, ἃ κηρίωνας ὀνομάζουσιν.* al. — 119. *nihilique* A. Sed hic versus aut pro spurio habendus est aut post eum versus excidit apodosin continens. — 120. *Postid*, cf. ad 33. — *uillam* A. — 121. Vilicus minatur se servum ruri gravissimis operibus vexaturum, et quidem aqua ferenda, quod etiam Rud. 447 sqq. gravioribus ministeriis annumeratur. Enumerantur vasa maiora, quæ ut

semper plena habeat, ei imperaturus est. Pro „semita" necessario scribendum *seria*, ut iam vidit Guietus, cf. Capt. 912. *Fons*, maius aquæ vas sive urna, *ὑδρία*, cf. Theocr. 15, 27: *Εὐνόα. αἶρε τὸ νᾶμα καὶ ἐς μέσον, αἰνόδρυπτε, θὲς πάλιν.* ann. ad Stich. 707. — 125. *postilena*, instrumentum rusticum, sed quale fuerit, ignoramus. Glossariorum testimonia affert Loew. Prodrom. p. 262. — 126. „aceruo" corruptum est; *eruom* fuisse Camerarius vidit, cf. Most. 59. Is „eruom comederis" scripsit; inde Both. *aut eruom ederis*, Seyff. „acerbum eruom", Müll. „aut glandem aut eruom". Koch. „cum pecore eruom". — 127. *quod postules*, v. ad Asin. 750. Rud. 1137. — 129. *Ieiunum* olim emendatum. — *reddibo* affert Nonius p. 476 ex h. l. et ex Men. 1019, ubi vid. Pænultima brevis est ut in simplici „dabo", v. Neue, Formenl. II p. 447 et 452. — 134. *dicat* B; coniunctivus per attractionem, cf. ad Trin. 717. — 135. *mellilla*, placenta mellita, v. ad Pseud. 179. Quod in I manu secunda suprascriptum est, et in cod. Parisino Gepperti legitur „medulla", mala coniectura est. — 137. *Sine uero amari te* A. *meus festus dies*, nominativus pro vocativo, cf. ad Asin. 648. — 138. *pullus passer*, i. e. pullus passeris, cf. Asin. 659. — 140. *quasi*, v. ad Mil. 392. — *pariete* ultima longa, ut fortasse „parieti" scribendum sit cum Both., v. Proleg. p. 195. — — 142. *tui sermonis* A. — 143. *med* et A et I.

144—160 canticum maximam partem creticis rhythmis conscriptum. Versus, qui in ceteris codicibus prorsus turbati sunt, ad ordinem palimpsesti redacti sunt. Incipit a tribus tetrametris bacchiacis. 147 constat ex duobus creticis et dimetro iambico catalectico. 148 tetrameter bacchiacus. 149 tetrameter creticus cum hiatu in cæsura. 150 trimeter creticus. 151 tripodia trochaica cum duabus dipodiis iambicis. 152 tetrameter bacchiacus. 153 constat ex tribus creticis et duobus trochæis. 154 tetrameter creticus. 155 dimeter trochaicus catalecticus. 156 creticus cum duobus trochæis. 157 dimeter creticus.

158 tetrameter bacchiacus. 159 tetrameter creticus. 160 constat ex iambico penthemimere bis repetito.

144. Cleostrata senis uxor dum vicinam visura domo exit, ancillis imperat, ut cellis penariis obsignatis anulum signatorium sibi referant. Cf. Epid. 309: „obsignato armario". Aristoph. Lys. 1198. Thesm. 415. — 146. Alterum *me* cum A om. Gepp. Ceterum A *arcessatis*, ceteri ut solent „accersatis", B „arcersatis". — 147. *St* A. — 151. Spengel. Reformvorschl. p. 228 trochaicum septenarium, cuius ante cæsuram lacuna trochæum hauserit, esse dicit, mavult tamen cum Gepperto versum in tres dispescere, ut extrema „ego illum fame, ego illum siti" iambici monometri sint. Quod priorem partem („flagitium illud hominis") spuriam habet, probare non possum. — 153. „pol" omisit Sp., ut tetrameter bacchiacus sit. — 155. *Acheruntis pabulum*, Orci victimam, ut Horat. Od. II, 3, 24. — 156. *Flagiti persequentem*, i. e. sectatorem, v. ad Trucul. 143. Accusativus refertur ad obiectum auditum verbi „faciam". Speng. „persequens", sed ipsa vox vix vera est. — 157. *stabulum*, in quo nequitia habitat, v. ad Pers. 417. — 158 sqq. ex A editi. Primum versum Studemund. Zeitschr. f. Gymnasialwesen 1864 p. 548 ex dimetro iambico catalectico bis repetita constare ait. — 160. *per tempus*, opportuno tempore, v. ad Poen. 135. Quia amicam egredientem videt, veretur ne parum opportuno tempore venerit, et quo non satis ad colloquendum otii esset.

Exit Myrrhina; canticum continuatur. 161. dimeter anapæsticus. 162 tetrameter anapæsticus. 163 tetrameter creticus. 164 iambicus dimeter. 165 anapæsticus tetrameter. 166 constat ex penthemimere iambico repetito (ut 160). 167 tetrameter creticus. 168 compositus ex duobus anapæstis et penthemimere iambico, 169 ex duobus creticis et duobus anapæstis. 170 constat ex duobus iambis, cretico, duobus anapæstis. 171 et 72 trochaici septenarii. 173 tetrameter bacchiacus. 174—82 tetrametri cretici. 183 trochaicus septenarius. 184 anapæsticus dimeter cum duobus creticis. 185—88 tetrametri cretici. 189 anapæsticus. 190 anap. dimeter catalecticus. 191 anap. dimeter. 192—94 anap. tetrametri. 195—96 cretici tetra-

metri. 197 cretici duo cum choriambo. 198 cretici duo cum trochæo et choriambo.

161. *Comites*, pedisequæ, sine quibus ingenuam mulierem exire non decebat, v. Amph. 922. Merc. 398. Theophr. Char. 22 cum ann. mea p. 131. — *Heus uos*, cf. Rud. 819. — 163. *caluitur* A et Nonius p. 6, qui „frustratur" explicat præter hunc versum alios antiquorum locos afferens. XII Tabb., v. Dig. L, 16, 233: „Si caluitur et moretur et frustretur". Inde dicta Venus Calva, i. e. decipiens, quod quum recte intellexerit Servius ad Æn. I, 720: „quod corda amantium calviat, i. e. fallat atque eludat", tum pravam verbo formam tribuit. — 165. *Salue mecastor*, cf. Ter. Hec. 83. infra 228. Trin. 49: „Et tu edepol salue, Callicles". — 168. *Nam*, omisso quo referatur, velut „rem audies", cf. ad Asin. 122. — *istuc*. „isto" Speng. aliique, ut versus dimeter anapæsticus sit. — 170. *diuidiae* A, v. ad Bacch. 766. — 172. *qua in*, v. ad Amph. 234; Camer. „quacum" ed.; sed ante hoc aliquid excidit; Speng. „quisquamst" addidit, ego „quemquam noui". Muell. Prosod. p. 144: „nec cum quiquam plura sunt mihi". — 174. *despicatu* A, dativo casu, cf. Men. 680: „bene merentem tibi habes despicatui". Ter. Eun. 384. Cic. Flacc. 27, 65. — 175. *Quid est?* Geppertus Cleostratæ dedit, quasi auctore A, de quo dubito. — *Dic idem hoc*; eadem iterari vult, et repetit Cleostrata. — 176. *obsecro*, sc. ut iterum dicas. — 178, quem librarius quum errore post 174 posuisset, hoc loco omisit, Acidalius huc transtulit, ubi eum sequentia requirunt. Versus ἀσυνάρτητος est; post *meum* in cæsura hiatur. Alliteratio quæsita; *optio*, optandi potestas, cf. Cic. Vatin. 17, 40: „An erit hæc optio et potestas tua?" — 179. *Mira sunt*, v. ad Amph. 279. — 180. *ad*, apud, v. ad Rud. 1269. — 181. *mihi* dativus ethicus; Gepp. „meam" ed. — *ingratiis*, v. ad Merc. 471. et de forma Proleg. p. 212. — 182. *educta* Spengel. — *siet*, coniunctivi ratio ex contrario repetenda, quasi: quamvis meo sumpto educta sit. Modi mutationem in sententiis obiectivis commemoravimus ad Pers. 513; in sententiis relativis tetigit Madvig. Cic. Fin. IV, 16, 43. add. Ter. Andr. 142 sq. — 183. *sc.* Sp. „sese", ne *suo* bisyllabum esset. — 184. *Nam*, pro quo „Atqui" exspectabatur, ea ratione explicari potest, quam

commemoravimus ad 168, ut audiatur „Cur taceam?" Gepp. „Num" edidit. — *nos sumus*, sc. solae, quod addidit Gepp., vix necessario. Personas correxit Acidalius. *Sed* requiri, Gepp. vidit, sed non vidit huius loco scriptum esse „est", quod hic addi non debebat, cf. ad Aul. 768. — 186. *si* addit Seyffert. Phil. XXIX p. 387. — *commode* Lipsius. — 189 propter similitudinem versus 193 Speng. Reformv. p. 47 delebat, sed Myrrhinæ verba *Tace sis* ostendunt Cleostratam aliquid dixisse. Si omiseris „loqueris", hic versus cum proximo coniunctus septenarium anapæsticum efficiet. — 192. *delicuum*, vel deliquum, i. e. quod desit. Locum laudant Fest. Epit. p. 73: „Deliquum apud Plautum significat minus" et Varro L. L. VII, 106 varia derivandi et interpretandi conamina afferens. Cf. Capt. 620: „parentum et libertatis deliquio", i. e. defectus. — 193. *tu equidem*, v. ad Amph. 757. — *omnia* addidi. — 194. *huic uerbo*, v. ad Curc. 298. — *Ei*, i. e. *i*, sæpe legitur in B, v. ad Asin. 482. Ceterum B h. l. spatia vacua habet: „Ei foras mulier est CL. Tace", quæ ad labes membranæ archetypæ referenda videntur; re ipsa nihil deest. — 195 *St* olim emendatum; extra numeros pronuntiandum est. — *Em* scripsi; coniungatur cum proximis Cleostratæ verbis „uir eccum it". cf. ad Amph. 771. — 196. „age" del. Geppert. — *ego* addidi. — 197 ut tetrameter integer evaderet, alii: „et mihi erit et tibi", Mueller. „mihi et tibi fuerit", Brix. Ann. phil. CI p. 763 „amplius" extremo versui addit. — *magis*. Ne quis „plus otii" postulet, cf. Hor. Epist. I, 15, 23. Sat. II, 2, 48. — 198. *Igitur*, v. ad Amph. 207.

199. Senex advenit. Canticum continuatur. 199—203 anapæstici septenarii. 204—209. anap. octonarii. 210 anap. septenarius. 211—13 iambici octonarii. 214—17 cretici tetrametri. 218 iambicus octonarius. 219 senarius. 220—28 trochaici octonarii. 229 septenarius. 230 trochaicus octonarius. 231 iambicus octonarius. 232 sqq. trochaici septenarii.

199. Senex amator amoris voluptatem læto animo celebrat. „rebus et nitoribus" inepte iunguntur. Deleta coniunctione locus intelligi potest, ut „rebus" dativus sit, „nitoribus" ablativus, sed hoc non satis Plautinum videtur; quare etiam „rebus"

delendum censeo, quo facto versus constabit. — 200. „hodie" delevit Both. — 201. „nimis" versus causa sustuli. — 202. *non* olim additum. — 203. *infuerit* Mueller. Edebatur „inerit", sed tum verborum ordo inverti debet. Speng. „ubi ubi" coni. Seyff. Phil. XXIX p. 387: „Nam escam, ubi amor condimentum inerit, quoiuis placituram credo". — 206, cf. Cist. 202. *domi*, v. ad Mil. 193. — 207. Pro corrupto „quam" vulgo „postquam" editur, ego leniore mutatione, sed eadem vi *quoniam*, cf. ad Asin. 347. — Pro „inicio" Gulielm. „niteo et" coni., Gepp. „nitidis", Speng. Ref. aut *nimio* aut „multo". — *Munditiam* olim em. — 208. Post *sollicito* hiatus in diæresi. — 209. *uxor* priorem corripit. — 210. *mala mers* Brix. Ann. phil. CI p. 763 et Loew. Anal. p. 204, v. ad Men. 745.

212. „te tam tristem esse" veri similiter transposuit Mueller. — 214. *quom* Bothius. — 215. *Eneas I*, cf. ad Asin. 392. — 216. *Vera*, nam quod me tædio tibi esse dixisti, non est verum. — *Credo*, ironice. — 217. „Tam ego tibi lepos sum quam tu mihi". — 219. *detergere*, ne quid restet unguenti. — 220. *Ut*, v. ad Merc. 702. *Mercurius*, mercatorum deus. — 221. *decent te* pro anapæsto legantur. — 222. *senecta aetate*, v. ad Amph. 1025. — *unguentis unctus* Spengel., superiores: „unguentatus" cum hiatu. — 223. *dedi operam*, συνωνούμενος, ut ait Theophrastus Char. 2, v. Comment. meus p. 74 et 169, cf. Capt. 180. — *conmentus* olim emendatum, cf. Cist. 201. Bacch. 977. Pseud. 692. al. — 224. Ante *in* hiatus non veri similis. Porphyr. ad Hor. Sat. I, 6, 68: „ubi in lustra iacuisti mala". Si „iacuisti" verum est, potius ante hoc excidit vox ut „tu". De accusativo cf. ad Epid. 192. — 226. *senum hominem* Spengel. — 227 affert Nonius p. 135 corrupte: „Unde es nihil? ubi lustretur, ibi bibatur". *Unde is?*, cf. Ter. Eun. 305. supra 195. — Post *nihili* hiatur. — 228. Pro corrupto „Adest" Gulielm. „Id est", Both. male „Ades", ego *Atque*. — *rugat*. Gellius XVIII, 12, 3 inter alia exempla activæ formæ pro passiva posita hoc quoque Plauti affert: „Quid est hoc? rugat pallium; amictus non sum commode". — *infelicent*, v. ad Epid. 14. — 229. Post *guttam* hiatus in cæsura. Quod in B secunda manu post „meum"

additum est „hodie", auctoritate caret. — 230. „est" ubi in codd. legitur, ferri non potest; Gepp. *satist.* — *conprime te*, cf. ad Amph. 344. Most. 198. Mil. 572. Pseud. 409. — *nimium tinnis*, v. ad Asin. 445.

232. *quid ais?* v. ad Amph. 414. — 233. „potius" olim deletum. — 234. *super*, i. e. de, v. ad Mil. 1205. — 236. *bene* olim suppletum; Gepp. „probe". — 237. Versus iusto longior. „Potius" omisi, cf. ad Rud. 674. Weisius „des" delebat. — *nihili* pro „nisi" olim emendatum, cf. ad Asin. 469. — 238. Post „homini" hiatur; Muell. „hodie" transponebat. — De genetivo *peculi* cf. ad Merc. 695. — *plumbeus*, v. ad Trin. 962. — 239. Post *senecta* hiatus in cæsura. — 240. *recte* pro „certe" olim emend. — 242. *scutigerulo*. Deminutiva forma cum contemptu ponitur, cf. Mil. 54. — Versus causa „enim" del. Weis.; etiam „quia" deleri potuit. Both.: „Quia enim unico . . . . . . opitulari filio". — 244. *ille unicust* Gepp. — 246. *malam rem quaeris*, v. ad Aul. 475. — *subolet; sentio*, explicatio, cf. Trin. 700: „uideo, subolet, sentio". — 247. *Nam* interrogativum est, v. ad Amph. 548. Versum afferunt Nonius p. 7, Fulgentius p. 562, Varro L. L. VII, 104, qui „fringutis" scribit et ad fringuillam avem refert; eum sequitur Festus Epit. p. 90. Ribbeck. Fragm. Tragic. [2] p. LIX cum Acciano verbo „frigit" comparat. Nonius explicat: „sussilire cum sono vel erigi et exsilire", in quibus vereor ne sonum immiscuerit prava ab avi derivatio; ex locis allatis sussiliendi vis effici videtur. — 248. *Ut enim*, cf. Poen. 854. infra 364. — 251. *Ut* add. Guietus. *me* Camerarius. — 252. *Conuenit* olim emendatum. *Uin* Gepp. — *tuis uerbis*, v. ad Bacch. 727. — 255. *quod nunc liceat*, cf. Ter. Andr. 454: „quod dicendum hic siet? Madv. Gr. Lat. 364 ann. 2. —256. *ob industriam*, cf. infra 758.

259. Ab hoc versu codd. et edd. novam scenam incipiunt, quamvis prior versus pars cum antecedentibus artissime coniuncta ab eadem persona, quæ illa dixit, pronuntietur, et nova persona Chalinus, in medio demum versu appareat. Fit idem v. c. in Terentii Phormione 795. — *Qui*, i. e. utinam, v. ad Men. 440. — 260. *enim*, v. ad Amph. 651. — 261. *porrecta* frons contractæ opponitur, cf. Ter. Ad. 839:

„exporge frontem". infra 384. — 262 Gepp. recte seni continuavit; vulgo servo datur. — 263. „Pro" iure delevit Gepp.; „Perbonae" Both. — 265. *nihil est*, nulli usui est, cf. ad Asin. 424. — 266. *Quo id* Joergensenius em.; edebatur „Quod uelis, modo id uelim". — *me scire* edd. — *eloquar* Mueller. Pros. p. 648; Acidalius „ergo" scripserat. — 269. Post *te* hiatus in cæsura. — 272. *tuo*; „mortuo enim servo damnum ad herum recidit" Lamb. — 273. *uato* etiam in B emendatum, cf. ad Most. 394. — 275. *efferto* BE. *sitella cum aqua*, cf. ad Men. 1017. Ex sitella aquæ plena sortes extrahuntur; cf. l. Acil. rep. (C. I. L. 198) v. 53. — 276. *tragulam*, i. e. telum funi munitum, quo qui percussus est trahatur (v. ad Epid. 688). Hoc ne fiat, *decidenda* vel præcidenda est, ut alio vis eius avertatur. — 279. *Ut quidem*, cf. ad Capt. 643. — 280. *quid lubet* scripsi, non „quod lubet", quod B habuit ille quidem, sed correxit fortasse iam prima manus. — 281. *uincam* Geppert. em. His dictis Chalinus abit.

282. *Satin*, v. ad Amph. 627. — 284. *nullum*, v. ad Trucul. 194. — 285. *specula*, cf. Pers. 309. Cic. p. Cluent. 26, 72. *in sorti est* em. Guietus. — 286. *decolassit*, delicuerit, evanuerit, v. ad Capt. 496. — *culcitam*, in qua corpus suum imponat. — 287. *Eumque incumbam*, cf. Lucil. ap. Nonium p. 502: „Suspendatne se an gladium incumbat, ne caelum videat".

288. Senariis scena scripta est. Olympio domo exiens etiam nunc cum Cleostrata loquitur. Tam facile, inquit, in furnum calidum me coniicies, quam impetrabis ut a Casina petenda absistam. *Una opera*, vid. ad Asin. 98, maxime Pseud. 319 sq.: „qua opera credam tibi, Una opera adligem fugitiuam canem agninis lactibus". Ex quo loco apparet v. 290 scribendum esse: *qua istuc opera*, quorum ultimam vocem recte servavit B et E pr. m. Viderunt hoc etiam Brix. et Mueller. — 289. „*Rubidus panis*" inquit Festus p. 262 „appellatur parum coctus" hoc allato loco. Immo contrarium significatur, vehementer coctus; siligineus panis parum coctus albescit. — 291. *ut verba audio*, cf. ad Mil. 473 et ad Trin. 549. — 292. *uero* Cam. *libertate*, neganda. — 293. *Quin* Acidalius. — 294. *ingratiis*, v. ad 181. — 295. *libella* parvus nummus

est, v. ad Capt. 942. Herus ei libertatem promiserat, modo ut dicis causa exiguum aliquod pretium solveret.

296. Prodit Lysidamus ad colloquium. — 297. *qua*, auditur „cum“, cf. ad Asin. 427. — *uxorene* olim em. Auditur „narras“, quod ponitur Trucul. 281, cf. Cic. Phil. I, 10, 25. — 299. Non uxorem eam esse ait, sed canem, quæ assidue latret, v. ad Mil. 682. — 300. *agit* B, scil. tecum, nisi præferas ceterorum codicum scripturam „ait“. Ante *Orat* hiatus. — 302. *enim*, cf. 260. — 303. *mecum oraret*, v. ad Asin. 655. — 304. Ira fervere et tumere eam dicit. Lamb. contulit Il. IX, 646: *ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ*, quod sic interpretatur Cicero Tusc. III, 9, 18: „Corque meum penitus turgescit tristibus iris“. *in fermento*, cf. ad Merc. 947. *turget*, ut Most. 686, cf. infra 561. Bacch. 601: „Sufflatus ille huc ueniet“, ubi item ut h. l. respondetur: „Diruptum uelim“. — 305. „Edepol ne ego“ postulat Fleckeis. Philol. II p. 80. — 306. *esse*, sc. diruptam, obscene. — 310. *Iuppiter*, ita se, dominum et patrem familiæ, iocabundus appellat, cf. 212. 385. Merc. 682. Uxorem et filium minores deos dicit, atque adeo *minutos*, cf. Cist. 347. — 312. Ante *quasi* auditur „loqueris“, cf. ad Merc. 945. — 313 affert Priscian. VI p. 695. — 314 multis vitiis laborat. Pro *Sed* Acidalius „Et“, Both. „Sic“ uoluerunt, pro *emortuus* Acid. „mortuus“; sed restat *tandem* et *si sis* pro „ubi eris“. Mihi totus versus spurius videtur. — 316. *subueniet* edd. — 317. *Opinione melius* Cam. em., *habet* Both.; Gepp. deleto „tibi“ scripsit: „habeat .... impetremus“. Illud iure prætulit Mueller. Nachtr. p. 121. — 319. *posse*, v. ad Amph. 169. — 323. *necessum est*. Gepp. „necessust“, v. ad Mil. 1112. — *uorsis gladiis*, mutata pugnandi ratione. — 325. *Bene dice*, *εὐφήμει*, v. ad Asin. 738. — *sperabimus* olim emendatum. *deos sp.*, v. ad Mil. 1201. Verg. Æn. I, 543, ad quem locum Servius hunc versum affert. — 326. Ne minimo quidem pretio se talem opem empturum esse dicit. Emendavit Acidalius ex Fest. Epit. p. 366: „*Titivillitium* nullius significationis est, ut apud Græcos *βλίτυρι* et *σκινδαψός*. Plautus: Non ego istuc verbum empsi cum titivillitio“, et Fulgent. p. 562: „Titivilitium dici voluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt, ut Plautus in

Casina ait: Non ego hoc verbum emsitem titivilitio, i. e. re admodum vilissima". — 329. *St* Pareus addidit, eiusque vestigia in B sibi invenire videbatur Studem. Ind. sch. Gryphisw. $18^{71}/_{72}$ p. 4, ubi „S. tace" exstat, ita ut S nota senis sit, sed post hoc erasa est littera t. — *parumper* Camer., cf. Curc. 357. Most. 1133. — *Quid uis?* Seyffert. Philol. XXIX p. 388 „Quid est?" postulabat ut supra 195. Pseud. 209. Poen. 608. Trucul. 879. Itaque ut versus constaret coni. „Quid est, quaeso?" — 331. *depugnabimus* olim em.

332. Cleostrata exit, ut postulaverat vir v. 274, cum armigero. Quærit ab eo, quid se vir velit (cf. ad Aul. 202). Ille scurriliter respondet: mortuam, in rogo ardentem te videre vult. *mortuam* enim recte emendavit Ritsch. Ind. sch. Bonn. 1832, quum superiores „Metiam" ederent, quasi hoc nomine porta aliqua Romæ fuisset, quæ numquam fuit, v. Becker. Enchir. antiq. Rom. I p. 178. *Extra portam* autem cadavera et urebantur et sepeliebantur, cf. Mil. 361. Pseud. 332, verum non extra certam quandam, sed extra omnes. — 334. *uelle* Dousa em. — 335. Lysidamus fatetur Chalinum vera dixisse. Hariolus est, inquit, ut qui tam vere divinet, cf. ad Asin. 314. Non credebam profecto me talem artificem in familia mea habere. — 336. *propius attollamus signa*, signis sublatis propius accedamus. — 337. *Sequere* Olympioni dicit.

338. *Te uno plus*, cf. Stich. 500. Poen. 723. Madv. Gram. Lat. 305. annot. 3. — 340. *Fodico* recte emendavit Both., nam cum *stimulo* se comparaverat, quo qui boves impellit, eorum latera fodit. — Proxima corrupta; sed quod ait Pareus in cod. B post „corculum" reliqua, quum spatium vacasset, ab alia manu expleta esse, non est ita; eadem manu hæc scripta sunt, nisi quod recentior aliquis addita littera c „adsudascit" efficere voluit. Editores sic fere: „corculum adsudassit iam ex metu. SENEX. Mastigia"; Pareus: „adsudascit", Acidalius: „adsultat sic", Both.: „adsultascit". Omnes seni unum verbum tribuunt *mastigia*, quamvis nec hoc fieri possit, nec ante illud in codd. spatium vacet. Hoc in B fit post „corculum", ibique senis oratio incipienda est. Verum adsudandi verbum nullum exstat, nam quod Varr. L. L. V, 109 legitur: „dictum assum, quod

ab igni adsudescit", aliud est. Quare „ad" pro *at* scriptum arbitror, quod sæpius et alibi et in hoc codice (B) factum est, v. Neue Formenl. II p. 799. Pro „sudasis" autem *sudabis* scribendum est. Senex iure servum sudaturum esse dicit, cuius fortuna ex sorte suspensa sit, Chalinus, qui nondum intellexerat, senem ipsum amore captum esse, non metum eius suspicatur, sed malevolentiam queritur. — 341. *comprime*, cf. 230. Ludus obscenus, nam *dare* cinædi est. *qui didicit* Cam. — 342. *animum aduortite*, cf. 372. Sed se interrumpit et ante quam sortis periculum facit, denuo, quid preces valeant, experitur. — 343. *Atque*. Gepp. „Quamquam" ed., Seyffert. Philol. XXVII p. 436 „Atqui"; sed v. ad Trucul. 195. — *me* Cam. — 344. *mihi*; animus amore perturbatus identidem ridicule se arguit. — 345. *daretur*, v. ad 114. — *enim*, cf. 302. — 346. Post *cupio* sententia interrumpitur; titubantem linguam excusare conatur. — 347. *Pol tu quidem* non solum iam dudum perperam fabularis vel fabulatus es, sed etiam nunc idem facis. — Post hunc versum Both. Gepp. vv. 350—51 posuerunt, sed ut in altero versu „huic" delerent. — 348. *redii*, ridicule, ubi quum maxime peccat. *ueram* B, ut non opus sit Joergensenii mei coniectura „redieram uix in uiam". Cf. 448. — 349. Ab *Ita fit* cod. B senis verba incipit, I et E, quod nescio num iure prætulerim, a proximo versu. — 350. *tuo*, uxori blandiens concedit eius ius esse, ut ancillam collocet, cf. Capt. 243. Madv. ad Cic. Fin. V, 25, 75. Pistoris coniectura „suo" a multis recepta prava est. — 351. *mea mulsa*, cf. ad Stich. 753. — 352. *Gratiam facias*, cf. ad Most. 1111. — *censeo*, v. ad Amph. 959. — 353. Lacunas, quæ in B accurate indicantur, supplevit Weisius „diuidam" et „Ecquis" scribens, ego *partiam* (v. ad Asin. 269) et *Num quis*. Gepp.: „sortis utrimque insignes faciam". — 355, in ceteris codd. omissus, legitur in margine cod. B, atque etiam in D teste Goetzio Analect. p. 74. Addidit et supplevit Camerarius. — 356. *Tene* cet. Olympioni dicit. Eum iubet signum inspicere et pro suo habere. Signum est autem *unum*, i. e. μονάς. Tum, si scriptura sana, Chalinus inquitatem queritur, quod alteri prior numerus datus est. Sed fortasse recte Geppertus: „data est". Malim tamen: „Iniquos es, quia isti prius quam mihi das". Personarum nomina editores

addiderunt. — 358. *Accipe*, Chalinum alloquitur. — 359. *sortis*, hunc nominativum Priscianus VII p. 751 testatur hoc versu laudato. — 360. *Nulla . . . modo* Cleostratæ recte tribuit B. ut etiam Seyff. Philol. XXIX p. 388. — 361. *Quod* Cam. — Olympio. cuius prior numerus evenit, sortem in sitellam coniecturus de more bene sibi precatur, sed preces interrumpit adversarius. „tuum", quod ex ultima syllaba antecedentis vocis male repetita ortum est, ab editoribus ante „Magnum malum" ponebatur, ut totus versus Olympioni daretur, quamvis talis sermo minime Latinus esset. — 363. *mane dum* Priscianus, qui II, p. 590 hunc versum affert. Impudenti servo nova oritur suspicio, ne forte sors Olympionis tam levis sit, ut aquæ innatet et ab eo, qui sortes educat, agnosci possit. Levissima arborum genera exempli causa sumens, vereri se ait ne *populna aut abiegna* sit. Quod interpretes dicunt, quernam esse debuisse, parum considerarunt etiam quercum aquæ innatare. Prænestinas quidem sortes novimus in robore insculptas fuisse (v. Cic. Divin. II, 41, 85), sed ex aqua tolli solitas esse non novimus. Quæ ex sitella aquæ plena educebantur, ex graviore materia, velut ex testa, fuerint necesse est. — 365. Principium versus corruptum est. Si „Age" verum est, „caue" falsum est; exspectabatur „rem ordiamur". In B prima littera A postea in E mutata est, et Camerarius „Euge" edidit, ut mutatis personis antecedentia Olympioni daret; sed cum hoc parum convenit „caue"; quare Acidalius „cate" voluit. Immo Lysidamus necesse est hanc suspicionem item ut alteram v. 359 respuerit. Quare *Apage* scripsi, cui minus confidenter *a me* addidi. — *ambo* Both. — *Eccere* rem factam esse significat, v. ad Amph. 550. — 366. *aequa*. Ante quam sortes ducuntur, æquandæ sunt, v. Cic. Cornel. (Ascon. p. 101): „dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum sortitio fit". Divinat. I, 18, 34: „oracula, non ea, quæ æquatis sortibus ducuntur". Æquantur autem, ut æqua omnium sortium condicio et spes sit. Sic in Iliad. III, 316 et VII, 181 concutiuntur sortes in galea; hic quoque sortes in sitella concutiuntur sive turbantur, quod munus senex uxori tradit. — 367. *denotabit*, devotas reddit, sacras dis inferis; cf. Non. p. 98, qui prave „deuorare" scribit,

attulit autem Accii: „patrio exemplo et me dicabo atque animam deuoto hostibus" Apulei. de herbis 75: „si quis devotatus defixusque fuerit in suis nuptiis". — 368 Olympionis preces iterum interrumpit Chalinus. *canem*, vinculi genus item ut furca, v. ad Curc. 687 Poen. 827. — 369. *sortito* em. Spengel. Philol. XXV p. 348. *eueniat*, sc. ut Casinam ducam. Interrumpit orationem conservus et suo more absolvit. — *pedibus pendeas*, v. ad Asin. 297 — 370. *At*, sc. ego opto. — *oculos emungare* cet., cf. Most. 1091: „Immo etiam cerebrum quoque omne e capite emunxti meo". Ad accusativum cf. Madv. Gr. Lat. 237 c, Syntax. Græc. 35 b ann. 3. — 371. Bothius Chalino dedit, vix recte. Huic, quum eventum sortitionis timere visus esset, Olympio sollicitudinis nullam causam esse dicit; certum, non dubium esse sortis eventum, ut pereat; quare eum hortatur ut laqueum sibi paratum habeat. — 372. *ambo* edd. — 373. *suspices* in B ab initio scriptum videtur; postea „suspicere" factum; cf. ad Amph. 817. — 374. *sorti*, sortem educ, cf. 392. — Ad hæc Cleostrata respondet: *Bene facis.* Interim servi inter se loquuntur. — *Lucrum facit*, quod te perdit, qui domino non emolumentum, sed damnum sis. — 377 sq. Chalinus, cui hæc recte dant IE, ea quæ nuper dixerat, uberius explicans optat, ut sors adversarii prorsus evanescat aut solvatur, sic ut in fabulis illa Cresphontis Heraclidæ, qui pro lapide glebam in urnam aquæ plenam coniecerat, v. Apollod. II, 8, 4. *ista* ex proximo versu in hunc retraxit Both. *Hercule*, non Herculeis, *prognatis* Latini dicebant. Quum quæ alii tentaverant parum satisfacerent, scripsi *Hercule illis*. — 378. *delicuerit* Cam. — 379. Olympioni dandus est; B Chalino, E seni tribuit, I nullam notam habet. *ut*, ita ut liquescas tamquam cera. — 380. *Hoc age*, huc adverte animum. Eum revocat ab altercatione cum altero servo. — *litteratus*, stigmatias, nota insignitus fronti, inscriptus, ut Plin. H. N. XVIII, 21, Senec. de Ira III, 3, 6, frontem litteratus, ut Apuleius Met. IX, 12. Sed duplex vis inesse videtur, ut simul peritiam eius antiquæ historiæ rideat. — 381. *sit* olim emendatum. — 382. *Non*, v. ad Stich. 394. — *Hic uincet*, i. e. ego, v. ad Capt. 334. Edd. male seni hæc tribuunt; codd. I et E saltem recte Chalino

continuant. — 383. *Praecide os*, præclude cædendo. Vulgo dicitur linguam præcidere, ut Aul. 182. — *ecquid fit?* cur cessas? cf. ad Bacch. 624. — *Ne obicias* Cam.; sed male hæc edd. Cleostratæ dant; immo huic dicuntur; eam vetat senex manum ferienti obiicere. Ceterum post *ne* hiatur; Gepp. „caue" scripsit. — 384. *Compressa palma*, i. e. pugno; *porrecta*, explicata, cf. 261. — *ferio*, cf. 482: „Iamne abeo?" ad Trin 1062. Stich. 705. Madv. Opusc. II, p. 40 sqq. — *Age ut uis*, cf. 229. — *Em tibi*, v. ad Asin. 428. — 385. *istunc tactio*, v. ad Amph. 515. — 386. „Feri malam tu illi rursum" Cam., sed, ut Mueller. Prosod. p. 183 not animadvertit, „uicissim" dicendum erat. Nec tamen hoc reponere audeo; „rursum" corruptum videtur; scripsi *deorsum* omisso „cadat". Codicis E nulla ratio habenda est. — 388. *mea uxor*. Geppertus cum Guieto: „uxor mea". — 390. *uituperat*, vitiat interrumpendo verbisque alio detortis. — 391. *Temperi*, v. ad Aul. 446. — *oppugnatum*, cf. Pseud. 1046. — „mea" del. Both. — *nunc iam* edd. — 392. *Prae metu* Pistoris em. Verum non vilici, ut editores voluerunt, sed senis tota hæc oratio est trepidantis et timorem confitentis, cf. 411. — 393. *lienosum*. lien cor eius premere videtur, cf. Curc. 220. 236. Merc. 123. — 394. *De* causam indicat. Buggius „E" voluit ut 340, Gepp. „Prae"; illud iure tuetur Hertz. Vindic. alter. Gellian. (Ann. philol. suppl. VII) p. 66; cf. Trucul. 623: „mihi de uento miserae condoluit caput". Pseud. 664: „de uia". Ter. Eun. 456 sq. „Ecquid nos amas de fidicina istac?" Ad. 252 sq. „laetus est de amica". Gell. III, 7, 5: „ostendit exitium de loci importunitate et hostium circumstantia maturum". XII, 1, 8: „ne æquor illud ventris corrugetur ac de gravitate oneris et labore partus fatiscat". cf. ad Curc. 477 et ad Mil. 1403. — 395. *crux ea est* Cam. — 396. Priorem versus partem B Cleostratæ dat. I rectius totum seni. *di iuuere* Speng. Philol. XXV p. 349; ante longe errabatur, atque etiam ex deterioribus codd. „tum" pro *quom* scribebatur. — 397. *meum* Cam. — 399. *rus hinc* em. Langen. Beitr. p. 309. — 400. *Licet*, v. ad Amph. 540. — 401. *hortemur* olim em. — 402. *fieri* Cam. addidit, ut versus constaret.

403. Chalinus solus secum senariis loquitur. — 404. *sumptifacere* dicitur ut lucrifacere, cf. Trin. 250: „quod facit sumpti".

Si me suspendam, inquit, non solum inutilem operam fecerim, sed etiam nummos in eam rem insumpserim. — 406. „qui sic mortuus equidem tamen" codd. corrupte, nam post *qui* desideratur verbum „sim", nec *equidem* post relativum ferri potest, v. exempla ad Amph. 757 allata. Quare Gepp. aliis præeuntibus: „qui sic mortuus sim. Equidem tamen s. s. u." Sed *sic tamen* iungendum videtur, v. Pers. 274. Aliud subesse arbitror velut: „Quid opus est, quaeso? mortuus sum equidem tamen" aut „Quid opust, qui sim mortuus pridem tamen?" — 408. *aegre est*, sc. mihi, cf. ad Amph. 903. — 412. *subsultabat* vel sussultabat, et ad Capt. 631. — 413. *Attat* Admirationis causam non proxima „concedam huc" indicant, sed quæ sequuntur, Lysidamum et Olympionem prodire. *aperiri* olim em. — 414. *Mihi beneuolentes*, „Mei" Muell., recte ut videtur, v. ad Trin. 46. — *amici* Gulielmus. — 415. *hisce* Camerarius.

416. Olympio cum hero colloquens promittit, si Chalinus in villam ad se et Casinam venerit, se eum *cum furca*, oneratum tamquam carbonarium, remissurum, cf. ad Men. 924. Furcas sive furcillas, quibus religatas sarcinas gerebant, alibi aerumnulas appellaverat Plautus, ut ait Festi Ep. p. 24, „quarum usum quia C. Marius retulit, postea muli Mariani appellabantur". Græci *ἀνάφοροι* dicebant, v. Aristoph. Ran. 8. Iugo aut clitellis similis fuisse videtur; in antiquo vasculo effictam esse censet Wieseler. Theatergebäude u. Denkm. Taf. A 25 p. 111. — *ueniat* Cam. — 418. *factum dabo*, v. ad Mil. 210. — 419. *Volui, si esset*, v. ad Amph. 696. — 422. *Recessim*, cf. Amph. 1128, retro gradiens ut nepæ et cancri, cf. Pseud. 960: „Ut transuorsus, non prouorsus cedit, quasi cancer solet". Hic quoque codd. „cedam". Veram scripturam *dabo me* Festus p. 164 servavit. Nonius p. 145 affert: „retrouorsum cedam; imitabor nepam". Loew. Anal. p. 204 „recessim betam" coni. — 425. *Ut* Gepp. em. — *candidatus*, candida veste ornatus, ut sponsum decebat, cf. infra 719. — *cedit*, incedit, v. ad Asin. 102. — 426. *loculus* Gepp., nam pluralis ferri non potest. Loculus est, in quo mortuus conditur. Stimulorum loculum appellat, in cuius tergo stimuli franguntur vel moriuntur, ut est Capt. 644, cf. Amph. 1022: „ulmorum Acheruns". — *protollo*.

differo, cf. 653. Nonius p. 159 affert Lucilii: „Si non amplius, at lustrum hoc protolleret unum“. cf extollo Mil. 859. — *mortem*, de qua consciscenda sibi cogitaverat v. 103. — 433. Syllaba versui deest. Cam. „uoluptas quae“ ed., Weis. „quae res est“; sed in his „est“ omitti solet, v. ad Asin 474 Gepp. „quae haec res est?“ Ego *ista* addidi. — 434. Abundat aliquid numeris. Weis. „hercle“ sustulit, Muell. aut „Fodere“ aut „Ecfodere, credo, hic uolt“ suadet. — 438 iam antiqui edd. recte Olympioni dederunt. *Ultro te*, v. ad Amph. 316. — 439 *Illuc est quod*, cf. Rud. 1245. Ideo, inquit, Olympionem vilicum fecit, quia eum impudice amabat. Rem novi; nam olim quum adversitoris munere fungebar et hero e convivio redeunti obviam veneram, me quoque impudice arripiebat et pro mercede turpitudinis me *atriensem* se facturum promittebat, v. ad Asin. 262; sed explicatio incerta est, nam *sub ianua* quid sit, nemo dum extricavit; sensus causa requiritur „si sibi morigerus fuissem“ aut simile quid. — 443. *Ut*, i. e ita ut, cf. Seyffert Stud. Plautin. p. 18. — 444 sq. Camerarius temere post v. 436 posuit. *hi* Lamb. em. — 447. *clam* olim additum. — — 448. Iam rem intelligit, non vilicum, sed Casinam amari a sene. — 449 sq. *habeo uiros. SEN.* olim emendatum. — 451. *properas* item. — 453. *emitti* Cam. — 457. *amorem omnium* Pylades. — 458. *concredui*, cf. ad Aul. 577. — 463. „si“ om. Cam. — 464. *hoc*; Gulielmus: „hic“, fortasse recte. — 467. *astute* Both.: „astu“, cf. Most. 1051. — *age fabricamini*, v. ad Rud 797. — 468. *uiuitis*, v. ad Trin. 391. — 469. *scin quid facias*, v ad Mil. 1029. Similiter Græci: οἶσθ' ὃ δρᾶσον — 470. *propera* parenthetice interponitur, nisi forte cum Gepperto „propere“ scribendum. — 471. *ut ipsa*. Mueller. voluit „ipsa ut“ vel „eapse ut“. — 472. Sepiæ et loligines inter delicias vulgi sunt; recte vero deminutiva forma utitur, nam nisi parvæ sunt, nimis duræ sunt. Laudat eundem versum Priscian. III p. 611, qui „lepidas“ retinet, *loliguncul as* recte scribit. „lepadas“ Camer. em.; Gepp. *lopadas*, ut Rud 296, ubi vid. — 473. *hordeias*, quale piscium aut concharum genus fuerit, ignoramus. Parum veri similiter Brugman. de accentibus in senario p. 25 senem lingua et memoria lapsum hordeias pro horæos (Capt 845) dixisse

censet Chalinus nomen propter similitudinem hordei cavillatur, nam *triticeae* nulla sunt. — 474. *Soleae*, piscium genus planum (Plin. IX, 72), nobis quoque satis notum. Servus scurriliter ludens, quasi de calciamenti genere sermo esset, præferendas ait *sculponeas*, i. e. calceos ex ligno sculptos, quibus utebantur rustici, v. Cat. R. R. 59 et 135. Varr. ap. Non. p. 164: „Dum in agro studiosus ruror, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas". Fulgent. p. 562 sq., qui præter hunc Plauti locum etiam ex Nævio affert: „sculponeis batuenda huic sunt latera probe". *batuere* est verberare. — Mox ne *os* corripiatur, Mueller. Prosod. p. 402 „os tibi" voluit. — 476. *lingulaca*, piscis genus, v. Varr. L. L. V, 77. Fest. p. 117, quam hodie quoque linguam appellamus. Proximum versum Loew. Anal. p. 204 spurium putabat; non credo. — 479. Excidit verbum; *meliust* Muell. p. 214. In margine cod. B recentiore manu „potero" adscriptum est; alii: „oportet". — *aequom oras*, v. ad Capt 332. — 481. *Nam* causam affert, cur non plura loquatur, cf. 168.

483. Chalinus tres, inquit, libertates mereri nolo, ut non illis hodie magnum malum dem. Cf. ad Poen. 427. Pers. 784. Stich. 28 sqq. *conduci*, i. e. perduci, cf. Asin. 877. Caton. ap. Gell. I, 15, 10: „frusto panis conduci potest vel uti taceat vel uti loquatur". — 486. *novri* Cam., qua sola forma Plautus usus esse videtur, cf. Bacch. 1002. Most. 1158. Merc. 721. Trin. 23. 26. Trucul. 824. Ter. Eun. 852. Heaut. 298. — 488 *nostra omnis lis est*, vicimus. — *pulere* Aldus. — *praeuortar*. Langen. Beitr. p. 80 „praeuortam" postulat. — 491. *ut* interiectis aliquot verbis repetitum, v. ad Aulul. 786. — 492 sq. Both. cett.: „Quoi quidem paratum est, ut paratum ne siet, Sitque ei paratum, quoi paratum non erat". Verum non id efficitur, ut nuptiæ Chalino paratæ sint, sed ut, quæ sibi parata putabant Lysidamus et Olympio, parata non sint. Itaque delevi „Quod" in principio prioris versus, in altero autem pro „ei" *id* scripsi.

494. Lysidamus cum Alcesimo vicino suo, quod eum antea rogaverat, iterum agit, ut sibi ædes suas tradat. Nunc, inquit, perspici poterit, quam amicus mihi sis, utrum amici an inimici speciem geras. *amicene an* Guietus. — 495. *specimen specitur, certamen cernitur*, Plautina allitteratio. Most. 128: „specimen cernitur". — 496. *Cur amem, me* egregie emendavit Buecheler. Cf. Hand. Tursell. II p. 177. — *id* abundat, v. ad Pseud. 1087. — *compendium*, cf. Asin. 305. — 497. *condito* olim emendatum. — 501. *Oh* Seyffert. Philol. XXIX p. 394 ut Pseud. 991; nam „Eho" interrogantis aut hortantis est, non probantis. — 502. Corruptelæ codicum subvenit Festus p. 310 „Su-|trium quasi eant, ut|ique in proverbium |abiit ex hac causa:| Gallico tu|multu quon|dam edictum est, legiones Sutrii ut præsto essent cum cibo suo. Quod usurpari coeptum est in iis, qui suis rebus opibusque officia iis præstarent, quibus deberent. Plautus: Sed facito dum merula peruersus quod cantat colas cum suo cuique facito ut ueniant quasi eant Sutrium." Abiectis aliis editorum conatibus, velut Camerarii et Lambini „Colax", quo personam Nævianæ fabulæ intelligi volebant, Festus sequendus est, modo cum Gepperto *memoria* scribas, nam merula per versus canere non potest; et in Turnebi codice erat „Maconi aper uersus". Verum „per uersus" num pro „versibus" dici possit, vehementer dubito; illud apparet, de uno versu pluralem poni non debuisse. Itaque *peruorsus* una vox est, persona, nisi fallor, fabulæ alicuius notæ, ac 503 versus comoediæ alicuius videtur, ut Trucul. 922. De significatione vocis cf. ad Trucul. 151. — 503. *suo* Festo debetur. „quiqui" quum nihil esset, olim „quique" emendatum est, sed singularis ponendus erat „quisque" ut Stich. 686. Hic quoque cum Festo *quoique* scribendum, i. e. cuiusque, v. ad Trinum. 1126. Quod vero Sutrium euntes suum sibi cibum afferre iubentur, sine dubio non ad Gallicum tumultum, sed ad inopiam miselli oppidi referendum est. — 504. *le nullum scitum scitust* em. Cam. ex Pseud. 752. — 506. *ut* add. cod. E, sed linea infra ducta delendum esse significavit librarius, verius tamen vidisse videtur, qui hanc lineam postea erasit. — *uocent*. Qui hunc verbo duplicem vim inesse putant, ut etiam „uacent

significet, mihi vehementer errare videntur. — 508. *ac dicaculus* em. Kiessling Mus. Rhen XXIV p. 117. Loew. Anal. p. 204. — 509. *in quaesitionem* Spengel. Plaut. p. 46, cf. ad Capt. 252

---

510 sq. Corruptum locum sanavit Brixius Ann. philol. CI p 761 transpositis duobus primis versibus; nam *ut properarem* a verbo *orabat* pendet, et ab *Hoc erat* sententia ordienda est ut Asin. 855. Men. 1115. Stich. 130. al. — „id“ olim deletum. — 511. *hinc* Geppert. add.; Koch. Ann. phil. CV p. 639 „huc“ maluit. — 513. *ne illis* Koch. supplevit; superiores „ne qua“. — 514. *uetulis* edd. — *ueruecibus*, cf. Merc. 559. — 515. Post *eccum* hiatus; Gepp. „eccillum“ susp. — *senati columen*, cf. ad Epid. 190. — 516. *prohibet* A. — 517. *emptu est* Dousa em.; *qui*, i. e. eo pretio quo, cf. ad Amph. 257. Quum nuper ironice senem senati columen dixisset, iam ad suam sententiam dicit eum carum esse, si eo pretio ematur, quo modius salis constet.

518. Alcesimus exit, ut spectet quam mox uxor arcessatur. Novam scenam et A et B incipiunt. — 520. *opino* Both., cf. ad Rud. 986. — 522. *isto* Muell.; Gepp.: „istuc te adiutum“. — 523 *Sine* prohibentis est, cf. ad Aul. 417. — Deest aliquid versui; Gepp.: „si nunc occupata est“; ego *Immo* addidi cum Isendijk. de Persa p. 96, qui „Immo ei“ voluit; hiatus ferri potest, v. Proleg. p. 220. — 526. *Satis domi est*, adiutorum. — 527. *iube*, sc. valere, v. ad Capt. 302.

528. *Propter operam* est eius causa, cf. Catul. 3, 17: „tua opera“. Ter. Hec. 228. al. — *hirqui* vel hirci edd. — *improbi edentuli*; hiatum defendit Geppert. Malim cum Weisio „atque“ addere aut aliud; quæ ceteri conati sunt, parum felicia videntur. — 531. *catillatum*, ad catillos cive catinos ligurriendos. Locum laudat Fulgentius p. 563, sed negligenter: „quin meam uxorem mittam catillatum“. — *flagitium hominis*. cf 151. ad Asin. 470. — 532. „esse“ om. Both., fortasse recte. — 534. *Verum autem*, cf. ad Rud. 461. — *quom . . . puto*, v. ad Mil. 1367. infra 842. — 535. *esset* olim geminatum. — *postulatio*, cf.

ad Bacch. 446. — 536. *pulvinarium* s. pulvinar. locus in quo residet et quiescit navis subducta. — 540. Post *latigni* (atigni) hiatus correpta vocali. — 541. *ut* scripsi ut 425 pro „at“, quod ferri non potest

542. Lysidamus redit a foro, quo ierat v 505. Senarii loquitur. — 544. *In eum diem*, exspectabatur „eo die“ Tum pro „cui“ Meursius *quo*, Gepp. „quom“. — 548. *nequiquam* v. ad Most. 1156; errore typographico Pers. 357 „nequidquam“ editum est. — 549 ex A accessit; supplevit Studemundus, quem sequitur Geppertus. — 550. *percontarier* edd. — 552 *neget*, coniunctivus attractione explicandus, v. ad 131. — 557 *ornata*, cf. 525. — 561. *se sufflauit*, suscensuit, cf. ad 304. — 562. *quoniam*, i. e. postquam, v. ad 207. — 564. „parum est“ ab A abesse videtur. — 566. *quod facto est opus*, v. ad Amph. 501. Numerorum causa Muell. proponit: „ego quod intus facto opust“. — 567. Personarum notas add. edd. — 568. *metum*, v. 600 sqq. — 569. *habebo* olim emendatum.

570. Dum Lysidamus ad Alcesimum se confert, is ipse domo egreditur, ut illum conveniat. DV titulo addit E. — 571. *ludificatust* A. — *larua*, cf. Merc. 969. — 572. *commodum*, cf. Rud. 508. — 575. *uaciuas*, cf. 29. — 578. *Quin te* Gepp. *suspendis* olim emendatum. — 579. *aruorem* bis scriptum habet A. — 580. *Ergo*, v. ad Amph. 172. — 583. *Quin capse* necessario scribendum ut 581. *Quin* in hac senum altercatione cum magna vi comica identidem repetitur. — Vv. 585—88, quæ codd. Alcesimo continuare videntur, Bothius inter utrumque senem distribuenda esse vidit. — *Quin etiam diu morabor* Quod Alcesimus dixerat bene esse, si periret Lysidamus, hic respondet Immo non peribo; diu etiam in vita morabor. Idem proximum Alcesimi sermonem præ ira et studio interrumpit; nec tamen ipse sententiam a *Quin* inceptam continuat, sed postquam Lysidamus suam absolvit, respondet: *Quin faciam lubens*, se tibi aliquid aegre. Bothius quum non vidisset *facere* a *cupio* pendere, ed. „Quin aliquid aegre faciam“. — 587. Ait se tam sæpe *quin* repetiturum esse quam alterum, nec prius quam illum ab obiiciendo et negando destiturum. Gepp „id quin“ edidit, non opus — 591. *Cum hac, cum istac*, hiatus ut Truc. 38 „dum

huc, dum illuc". — 592 *aliud cura*, de hac re securus esto, v. ad Asin. 106. — 594. *germanum*, cf. Most. 39. Rud. 727. al.

595. *aui* em. Scioppius, i. e. quam infausto omine, cf. ad Epid. 185. — 596 sq. libenter pro spuriis habeo: nam etiam si *quid* scribas pro „quod", et *ueniunt* pro „eueniunt" (cum Gepperto), et si „mihi" supervacuum collato Ter. Ad. 402 defendere coneris, restat tamen coniunctivus *fecerim*, cuius nullam rationem video. — 598. *Attat* extra numeros. *in nostra est domo* A.

599. In titulo scenæ A maiorem partem nominis senis servavit SIDAMUS. Pardalisca, ancilla Cleostratæ, exit metu exanimatam se simulans, quod Casina furens gladio familiaribus minitetur. Canticum variis numeris compositum inter alios Fleckeisen. Kritische Miscellen 1864 constituere conatus est, sed nondum palimpsesti ratione habita. Incipit autem a creticis tetrametris, 599—605. Sequuntur 606—7 compositi ex dimetro cretico et dimetro trochaico catalectico. 608—9 trochaici septenarii (?) 610—12 iambici octonarii, quos claudit 613 iambicus dimeter hypermeter. 614—15 iambici octonarii. 616 dimeter creticus cum tripodia trochaica catalectica. 617—18 tetrametri cretici. 619 dipodia trochaica cum dimetro anapæstico. 620 anapæsticus tetrameter. 621 dimeter anapæsticus. 622—23 tetrametri bacchiaci. 624—25 constant ex dimetro bacchiaco cum penthemimere iambico*). 626—28 tetrametri bacchiaci. 629 compositus ex dipodia iambica et duabus dipodiis trochaicis. 630—33 tetrametri bacchiaci. 634—35 anapæstici dimetri. 636—37 = 624. 638 tetrameter bacchiacus. 639 = 624. 640 constat ex penthemimere iambico et dimetro bacchiaco. 641—45 tetrametri bacchiaci. 646 = 640. 647 = 624. 648 bacchius cum hepthemimere iambico. 649=624. 650—51 tetrametri bacchiaci. 652 = 640. 653 iambicus trimeter catalecticus. 654 iambicus octonarius. 655 tetrameter bacchiacus. 656 = 624. 657—61 tetrametri bacchiaci. 662 duo bacchii cum duobus tribrevibus. 663—64 tetr. bacchiaci. 665—66 = 624.

*) Cf. Prolegom. p. 192, nec mihi probavit Spengelius Reformvorschlage p. 277 sqq. tales versus non inveniri

667 = 640. 668—71 tetrametri bacchiaci. 672—74 = 624. 675 tetram. bacchiacus. 676 constat ex penthemimere iambico bis repetito. 677—78 trochaici octonarii. 679—81 systema iambicum 682 septenarius iambicus. 683 anapæsticus tetrameter

599. Cf. Merc. 460: „Nullus sum; occidi". supra 284. — 603. *factu* em. Scioppius, i. e. tam mira facta. „factis", quod etiam A habet, intelligi nequit. — *miris* Cam. — 606 ut tetrameter creticus fieret, Both. „ita" pro „ira" scripsit, Kampm. „excita", quod refutavit Fuhrman. Ann. phil. IC p. 181; Speng. „incita", v. Reformvorschl. p. 11 et 104. — *percita*, v. ad Men. 267. — 607 Spengelio Ref. p. 21 anapæsticus trimeter est. — 608. Metri causa syllaba aliqua tollenda est; Both. Fl. Gepp. Sp. „exanima" scribunt; sed dubito num hæc vox Plautina sit; potius „atque" delendum. — *Nam* interrogativum, v. 247. — 609. Deest syllaba versui. Both.: „sonitum unde aures usurpant meae?". *usurpant*, capiunt, v. ad Pers. 733. — 610. Post *me* hiatus. Ultimus versus pes spondeus est pro iambo. — 611. *Perii? Quid ita?* scripsi ex A, ubi Studem Stud. p. 139 legit: PERI . QUID ITA. Gepp.: „Ah! perii!" — 612 asynartetus est vel duo dimetri; nam *cadam* cum hiatu legendum et producta extrema. — 614. *Face uentum*, cf. Curc. 316. — *negoti quid siet* A. — 615. *meraclo* Cam., i. e. meraculo, mero. *percussit* edd. *Liberi* A, cf. ad Curc. 96: „Flos ueteris uini" — 616. *Optine auris*, sc. meas, ut impediatur tinnitus et sonitus, qui aures occupare fingitur. — 618. *est cito* A. v. Studem. Stud. I p. 183 ann. — 619. *excetra tu* Lipsius em. ut Pseud. 219. cf. Pers. 3. Liv. XXXIX, 11, 2. — 621. *Nimium saeuis*, cf. Trucul. 886. — *Numero*, v. ad Amph. 177. Fest. p. 170: „numero nimium cito, celeriter nimium, ut Plautus in Casina. Ere mi. Quid uis, mea ancilla? Nimium saepius numero dicis" — 622. *eloquere* olim emendatum, quod versus causa retinui. — *confer* A. — 623. *Quid intus tumulti fuit?* affert Nonius p. 483. — 624. *Malum pessumumque*, i. e. Malum atque adeo pessumum. Cam.: „Malum pessumum, quod"; prob. Brix. Ann. phil. XCI p. 64. — 625 ut integer tetrameter fieret, alii hiari in caesura putarunt, Muell. Prosod. p. 621 transposuit: „pacto hoc", Fl.: „coepit hoc pacto exordiri". Speng. cum

Bergkio „coepit", de quo v. ad Merc. 525. — 628. „Quid est?" om. A. — *quid negotii est* codd., nisi quod A: „EGOEST" test. Studem. Stud. I p. 180. Becker l. l. et Fuhrman. Ann. phil. CV p. 830 „sit" postulant; v. ad Amph. 17. — 629. Ut hic quoque versus tetram. bacch. fieret, Speng.: „Dicam. ancilla, quam tu tuo". — 630. Deest syllaba versui; scribi potuit: „quid est nam?" Loman.: „Quid ergo?" Speng. „quid intus?" repetit. — 632. *quae suo* A. — „uitam", quod etiam in A legitur, ex proximo versu irrepsit; om. Acidalius. — 633. *ei* (eii) addidi; Gepp. „illi"; alii alia. — *interimere uitam*, cf. Epid. 592. — 634. *Item . . . gladium* omnia seni tribuenda esse, vidit Acidal. — 638. *arcae* pedibus subnixæ v. Cic. Cluent. 64, 179. — 639. *mussitant*, tacent, v. ad Aul. 131. — „interiui" Speng., ut integer tetrameter bacchiacus fiat. — 640. Ut integrum tetrametrum bacchiacum faciant, alii post illi hiari volunt; Both.: „illist obiectum"; Sp. „illic". — *mali tam* em. Cam. — 641. *scelestissumum*, infelicissimum, v. ad Asin. 473. — 642. *Immo si scias*, v. ad Merc. 295. — — 644. *deierauit* Fl. — 645. *Occisuram* A; „occisurum" ceteri, quod receperunt Fl. et Gepp., v. ad 664. — 646. „Men" Lomanus. — 647 ut tetrameter bacchiacus fiat, Sp. pro *est* „sit" scribit. — 648, v. ad Amph. 380. — 649. *Uia* latior est et tam hominibus quam iumentis destinata, *semita* augustior ambulantibus solis. Ubi plateæ accurate stratæ sunt, ut Pompeiis, via depressior est, semita eminet, v. ad Curc. 287; hic contra Pardalisca ironice senem ait scientem de lata et recta via in augustam semitam descendere. Ut tetrameter integer fieret, Bentlei. ad Ter. Phorm. 4, 5, 10 „degredire" scribebat, eumque sequuntur recentiores. — 652 corruptus est. Verba „nec se suam" pravæ repetitioni deberi videntur nec cum narrationis consilio congruunt. Sed ne „se" quidem ferri potest; nam si cum Camerario v. 653 „sinere" addas, verbum, unde pendeat infinitivus, parum Plautino more omittitur. His igitur omissis antiquorum editorum exemplo *sinet* scribimus, cuius vestigium codd. BE servasse videntur; quid in I fuerit, ignoro; perisse credo. — *protolli*, cf. 426. — *Id*, cf. ad Amph. 902. — 654. Ut octonarius constat, *hercle* sustulerim. — 655 *me*, ablativus

comparationis, v. ad Amph. 289. — Sp. ut integrum tetrametrum faciat, „nimis facete" scribit; Fl. „hunc nunc". — 658. *haec ex proximo*, vicina, Alcesimi uxor. De ordine verborum cf. ad Amph. 290. „procuderunt" Acidalius. — 660 *ex te* Kampm. — 662 ut tetrameter bacchiacus fieret, post „nunc" Fleckeis. „istunc" addidit, Speng. „suum". Locum affert Gellius I. 7, 11: „Plautus in Casina, cum de puella loqueretur, occisurum dixit; non occisuram, his verbis: Etiamne habet Casina gladium? Habet, sed duos. Quid duos? Altero te occisurum ait, altero vilicum". Qui quin errorem librariorum pro vera scriptura habuerit, equidem non dubito, cf. 645 et Trucul. 397, quamvis non pauca huius erroris exempla a Gellio l. l. et Prisciano IX p. 864 afferantur, idemque in titulis quibusdam inveniatur, v. Hertz. Vindic. Gellian. alt. in Annal. philol. Suppl. VII p. 12—14. — 665. *Occisissumus*, cf. ad Bacch 159 — 666. Omittitur „ut", cf. ad Asin. 445. — 669. *Negat ponere*, cf. ad Asin. 597. — 670. *Nisi* A teste Gepp. „Nisi" ultimam producit, aut versus ab iambis incipit ut 640. R. „Ni sese" legit, v. Opusc. II p. 246 not. — 671. *Atqui* Both. *quoi* Pistoris. — 673 sq. „non sed" recte omittit Priscianus III p. 611: „a saepius comparativo saepiuscule. Plautus in Casina: ut nubat mihi. illud quidem uolebam, nostro uilico. *Saepiuscule* peccas" Eadem adverbii forma affertur in glossario Plautino ap. Hertz. Priscian II p. 58. Plauti codd.: „saepicule", quicum comparari possunt deminutiva adiectivorum tertiæ declinationis, breuiculus (Merc. 631), dulciculus (Poen. 387), grandiculus (Poen. 481), acriculus, forticulus, leviculus, tristiculus (Cic.). — 678 Post „orato" hiatur. — 679. *Soleis* elegantiores utebantur; servi aut nudis pedibus incedebant aut, si ruri opus faciendum erat, sculponeis. — 680. *in digito*; nonne „in digitum"? — 682. *remorare me* cdd. — 683. *opsonatu meus* Both. — *pompam*, v ad Bacch 112. *ducit* olim emendatum.

684. Olympio opsonatus redit cum coquis. Canticum maximam partem anapæsticum. 684—691 tetrametri. 692 dubius. 693 trimeter anapæsticus 694 dimeter trochaicus. 695 tetr. anapæsticus catal. 696—98 tetrametri bacchiaci. 699 anap. tetr. catal. 700 compositus ex duobus dimetris anap. catalecticis.

701 anap. tetr. catal. 702 trimeter anap. 703 anap. tetr cat. (?) 704 tetram. anap. 705—10 versus Reiziani.

Personarum nomina per totam scenam usque ad 709 in cod B omissa sunt; in I pauca quædam adduntur, sed sæpe prave, ut appareat nullam eorum auctoritatem esse, scilicet 689 „Ser. Uaha". 694 „Ser. Quid est". 697 „Sen. Optume", 699 „Sen. quid mihi", 705 „Ser. Casinam", 706 „Sen. Scio", 707 „Ser. Quin". 710 „Ser Si". In E præter hæc multo plura addita sunt recentiore manu.

684. *signis* A. Olympio, ut fieri solet, furari coquos querens, servos coqui cum sentibus comparat, quæ quidquid tangant, arripiant. Coquum igitur, quasi horum militum imperatorem, sentes sub signis ducere dicit. *sentis*, cf. Trucul. 225. — *uide . . . ducas*. Nonne „ducat" scribendum? v. ad Most. 870. — 686. *duplici damno*, rapiendo et lacerando. — *dominos* primo incuria omissum in B postea additum est cum signo verum verborum ordinem indicante. — 687. *cesso*, v. ad Aul. 389. — *patrice*, patris modo, quasi patris loco Lysidamo sit. Vox hoc uno loco inventa est; antiquum glossema „amiceque", quod in A etiam bis scriptum est, delevit Hermannus. — *ita* abundat, ut sæpe „sic". — 688. Olympio superbus salutem domino non reddit, sed expostulationem quandam orditur. Fateor, inquit, me non admodum salvere, nam fame et siti laboro. — *Quid fit?* v. ad Bacch. 624. — „at ego" plures edd., ne post „ego" hiatus sit. — 689. Gaudet senex, quod servus cum lepido opsonio incedat. *excuratus*, i. e. ornatus, cf. Pseud. 1253: „uictu excurato". — Extrema versus pars in ceteris codd. excidit; habuit A, sed præter ultimam litteram nihil Geppertus legere potuit. Tale quid fuisse videtur: „Aha, hodie tu mihi blandu's". — 690. *Fy fy* scripsi, et sic etiam Spengel. præeunte Pareo, qui „fi fi" edidit. Apud Aristophanem Lys. 304 φὲ interiectione utitur, qui fumum flando amovere studet. — 691. *Quae res?* cf. 433. — *Etiamne*; eum adstare iubet, v. ad Asin. 707. — *πράγματά μοι παρέχεις* A, qui etiam proxima recte Græce scripta exhibet. De his v. ad Trin. 188. — 692 trochaicos numeros præbere videtur. Speng. „restiteris"; sed cf. Ter. Phorm. 850: „id quidem tibi iam fiet, nisi resistis". ad Stich. 536. Cas. 618. Madv. Opusc. II,

p. 80. — 693. *potin abeas*, cf. ad Pers. 296. — 694. *est homo* A. Post hæc Geppertus in A lacunam sibi perspicere visus est, vix recte. — 695. *seruos* Gepp. — *Atque*, v. ad Pers. 826. — 696. *Memento*, qua condicione hoc mihi promiseris, v. 453. — 697. *te* add. Both. — 698. *Olympisce*, Græca deminutivi forma exstat in B. Blandiendi causa ponitur ut Lampadiscus Cist. 369, Veraniolus Catul. 12, 17, qui v. 16 est Veranius, *Ἰσμήνιχος* Aristoph. Ach. 954, qui v. 861 est *Ἰσμηνίας*, *Ἀμύντιχος* Theocr. 7, 132, qui v. 2 est *Ἀμύντας*. — 699. *opust seruo* A. — 700. *modo si*, cf. 701. Trin. 1187. Capt. 991 cum ann. — 701. *propere* cum antecedentibus iunxi; personæ nota a codd. abest. Hiatur et post *cito* et post *intro*. Sp. „properate" scripsit ex A. — Initia quattuor versuum 701—704 A servavit; in B lacunæ indicantur. — 702. Olympionis est mandata sua continuantis. *cum* versus causa addidi; sed fieri potest, ut „face, cena" scribendum sit. — *ebria*, cf. Capt. 109: „saturitate ebrius". — 703. Pro *ritu* in A Studemundus „bliteo" sibi legere videbatur, sed ut l, i, e incerta essent. Exstat hæc vox Trucul. 844, sed nec hoc nec alio adiectivo hic usus est, quare antiquam scripturam reliqui. — 704. *Stasne?* Olympio miratur, quod herus non ingrediatur domum suam; is vero Casinæ gladium timens, se morari malle dicit; *I tu iam sis* A. *hic habito* est hic maneo. — Extrema versus in codicum Palatinorum archetypo vix conspicua omisit B, qui etiam in principio proximi lacunam indicat; editores fere ea retinuerunt, quæ in l suppleta sunt, *gladios* autem principio proximi versus addiderunt; ego, quoniam huius vocis duæ primæ litteræ in A exstare dicuntur, aliter supplendum duxi. — 705. Hinc illud perspicio versuum genus, quod Reizianum vocarunt, v. Proleg. p. 191. Spengel. Reformvorschläge p. 294 sqq., qui posteriorem versus partem anapæsticam facit. — *qui*, cf. 517. — *interimat* A. — 706. *Scio* ironice. — *malas merces*, cf. 210. — 709 constat ex altera Reiziani versus parte bis repetita. — 710. *i* add. Geppertus — Tandem uterque victo timore ædes intrant.

711. Diverbium esse hanc scenam, in codd. BE significatur: senariis scripta est. Pardalisca ex ædibus exiens narrat, quomodo herus a mulieribus ludificetur. Cum his ludis ait nec Nemeos nec Olympios ludos comparari posse. — 713. *ludificabiles*, vox hoc uno loco inventa. *ludos facere alicui*, v. ad Most. 418; paulo sæpius „aliquem", v. ad Amph. 567. — 714. *nostro Olympioni vilico*, ordo verborum legitimus, v. ad Amph. 1093. — 717. *quin datis, si quid datis* dicitur ut „age, si quid agis", de quo v. ad Epid. 197. infra 777: „date ergo, si umquam daturae estis hodie". — 718. *oportuit* Ald. — 719. *hic*, hoc loco, in nostris ædibus, metri causa omitti non potest. Gepp. „is" substituebat. — 720. Hiatur in cæsura. *exornatus* em. Guietus. — 721 ex A restituit Gepp., qui ibi legit ..... LOEXORNANTD ... — 722. *nostra* codd., nisi quod E „uestra"; edd. „nostro". *vilico* exstat in A. — 722. *lepide* olim emendatum. — 723. Extrema, quæ in ceteris codd. exciderunt, habuit A, ubi Geppert. legit: ...... SI ..... ES .. AN., quod interpretatur: „quasi sei nesciant", unde edidit: „quasi nesciant"; sed desideratur vocabulum, unde pendeat genetivus *huius*; itaque scripsi: *quasi nihil sciant*. — 724. *Digne*, cf. „condigne" ad Aul. 457. „dignissimus" Cic. in Pison. 4, 8. — 728. *incenatum* A. — 729. *ambestrices* restituit Spengel. Plaut. p. 8. — *curbitam ubi* A, sed *corbitam* scribendum, sic enim dicitur navis grandis oneraria, v. ad Poen. 506. — 730. *Comesse possunt* A.

732 Senarii continuantur; diverbium esse indicant B et E. Senex moræ impatiens egreditur mulieres cenare iubens, quum cena tandem aliquando cocta fuerit; se ruri cenaturum. *tamen*, quamvis nos profecti simus, v. ad Amph. 538. — 734. Hiatus in cæsura ut in antecedenti versu; Camer. „ego" addebat. — 736. *nolup*, v. ad Amph. 951. — 737. *emittere*. Brix. Ann. phil. CI p. 763 „amittere" voluit, v. ad Asin. 604. — 738. *tandem*, v. ad Asin. 175. Langen. Beitr. p. 89 male cum antecedentibus iungit. — *luci*, v. ad Amph. 163. Post h. v. hiatus; Mueller. „rus luci" voluit. — 742. *ipsa*, cf. Aul. 348. — *serio* vulgo ancillæ dant; nos cum antecedenti iungimus, v. ad Trucul. 299. — 744. *hic* olim emendatum. *cunctas*, i. e. cunctaris,

v. Neue Formenl. II p. 282. — 747. *nullum* i. e. nihil, v. ad Rud. 1122. Douza „nullus" voluit. — 748. *lampade*, face nuptiali, cf. 785. — 749. *socius* olim recte emendatum. — *conpar*, cf. Pseud. 1028.

750. Scena trochaicis septenariis scripta in B diverbii nota signatur, errore, nisi fallor, v. Proleg. p. 172. Versus in A recte discribuntur; in ceteris divisio temere fit. Olympio progreditur cum tibicine, qui deductionem sponsæ cantu prosecuturus est; cf. Terent. Ad. 905: „Hoc mihi morae est, tibicina et hymenaeum qui cantent". *Hymenaeus* iam inde ab Homero (Il. XVIII, 493) notus sæpe apud antiquos scriptores nobis occurrit redeunte eodem carmine, ut Aristoph. Pac. 1335 sqq.: *Ὑμὴν ὑμέναι' ὦ.* Theocr. 18, 59: *Ὑμὴν ὦ ὑμέναιε.* Catul. 61: „O hymenaee hymen, (aut: „O hymen hymenaee io"), o hymen hymenæe". id. 62: „Hymen o hymenaee, Hymen ades o hymenaee". — 751 si additur „io", septenarius fit. — 752. A recte *io* priore loco; in exitu autem versus aut *hymenaee hymen* aut omisso ultimo „hymenaee io" scribendum. — 753. Extrema in ceteris codd. corrupta; in A Geppert. legit: HAUSI . . . . . UE . . unde effecit: „hau sic salueo". Spengelius ausus est: „hau salurio". Num: „haud sitim fero"? — 754. *nihili* Gepp. — „pericli" corruptum est. Gepp.: „nihili facio, amator, si peris". Sed desideratur, cui proxima sententia opponi possit; itaque ex cod. I „pereli" feci *perditust*; tuus, inquit, amor perit — 755. Post *Mihi* hiatur, v. Proleg. p. 224. — 756. *Nam*, cf. 608. — *remorantur remeligines* A et Festus p. 277: „Remeligines et remorae a remorando dictæ sunt a Plauto in Casina (hunc locum affert, sed pro „diu intus" habet „divinitus"), ab Afranio in Prodito: Remeligo a Laribus missa sum, hunc quae cursum cohibeam". Cf. Loewe, Prodrom. glossar. p. 262. — 757. *procedit* A teste Studem. Annal phil. 1876 p. 74. „tanto" omissum est ut Rud. 1288: „quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit". — 758. *occentem* Pylades em.; cetera Studemund. Annal. phil. Suppl. X p. 560 ex A, ubi legit: „Quid si etiam si offendam hymenaeum, si qui citius prodeant". Cf. Catul. 61: „prodeas noua nupta". *si qui*, v. 918. Rud. 880. 885. Trin. 121. 1145. — 761. *dirupi me* A, ut Cic.

Fam. VII, 1, 4: „dirupi paene me in iudicio Galli Caninii". cf. Capt. 14. — „licet" verum esse non potest, etiam si in proximo versu „sit" pro „est" scribatur. Scripsi *io*, *Et*, ut voluit Leo. Herm. XVIII p. 582. — 763. *equos*, cf. Mil. 1106. — 764. *Quo argumento?* cf. ad Asin. 300. — 766. *oboluit*, cf. Amph. 317. Men. 376. *procul*, v. ad Curc. 112.

767 sqq. Deductio sponsæ fit; sponsa autem Chalinus est in mulieris modum ornatus. Deducunt, ut in codd. legitur, ancillæ duæ; sed præterea ipsa Cleostrata adest, ut ex v. 781 apparet; huius igitur sermonem feci inde a 776. Hoc canticum accurate tractaverat Studemundus de Canticis p. 23 sq. et Berl. Zeitschrift f. Gymnasialwesen XVIII p. 526 sqq., sed ante quam palimpsestum inspexit eiusque scripturas Geppertus editione sua vulgavit. 767—68 iambici septenarii. 769—70 anapæstici tetrametri. 771—72 iambici septenarii. 773 dimeter iambicus cum penthemimere iambico. 774—75 tetrametri bacchiaci. 776 septenarius iambicus. 777 tetrameter bacchiacus (?). 778 tetr. bacch. 779 dimeter iambicus catalecticus. 780 iambus cum tripodia trochaica. 781 tetram. bacchiacus. 782 dimeter anap. catal. 783 tetram. bacchiacus. 784 trochaicus septenarius. 785 bacchius cum dimetro iamb. catal. 786—87 iambici octonarii. 788—96 senarii.

767. *super limen pedes attolle* Gepp. em. Iubetur sponsa sensim et caute pedes supra limen tollere, ne forte in eundo offendat, quod pessimum omen futurum erat; cf. Catul. 61, 166: „Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes". Ovid. Am. I, 12, 5: „Limen transire memento cautius atque alte sobria ferre pedes". Atque etiam plerumque mos erat, ut sponsa prosequentium manibus super limen tolleretur, v. Plut. Qu. Rom. 29. Lucan. II, 358 sq. Serv. ad Verg. Buc. 8, 29. — 768. *Sospes*, sine offensa. — *incipe* edd. — „uiro ut" Gepp. — *superstes*, non quæ ultra viri mortem suam vitam producat, nam *semper* additur. Necesse est propria quadam vi ponatur, ut sit superior. Gepp. „supernas" ed. — 769. *potior pollentia*, cf. Rud. 607. — *sis* A, *sies* Gepp. — 770 sqq. quinque versuum initia librarius cod. B legere non potuit et lacunas indicavit. I primum versum legit, in ceteris ne lacunas quidem indicavit; A omnia servavit. 770. *spolies*

Speng. numerorum causa; potuit etiam „eum" pro „nimium" scribi. — 771 affert Nonius p. 98: „*diu* pro die" cet., v. ad Aulul. 827. — 772. *Malo suo*, sc. hoc faciet, cf. ad Amph. 786. Aul. 117. — *tantillum* A. — 773. *Quae res?* cf. 133. 691. 788. — *Malae male mala* scripsi. — *monstrant* A. — 774. Versus causa Both. „mihi rem" transposuit; malim: „mihi hanc rem". — 776. Cleostratæ dedi, quem BE ancillæ dant. Versus iambicus est, sed ante catalexin spondeum habet, atque adeo *ab* scribendum ut v. 805. — 777 ut tetrameter bacchiacus fiat, omittatur „uxorem." — 779. *Impercito* et A et B Gepp. maluit: „Imperce. OL. Ita". — 782. affert Priscian. III p. 610 recte *melculum* scribens. — 784. „prior est" Both. Gepp. Speng. — 785 affert Priscian. VII p. 785. *lampadem* portat Olympio exiens, v. 748. — *hanc* et A et Priscianus, i. e. Casinam. — 786. *multa bona mihi* A. — 787. *fecisti* olim emendatum. Tum A: *O*, sed etiam post hoc litteras quasdam fuisse Geppertus putavit. — *malaculum* A, cf. ad Amph. 311. — *Mea uxorcula*. Ego *O* addidi. His dictis quum sponsam attrectat, Chalinus pedem eius suo pede graviter premit. — 788. *Quae res?* add. A. — *est* correptum; Speng. „plantam institit". *institit* autem transitive pro posuit, nisi forte „planta" scribendum. *Luca bos* A, i. e. elephas: nam Lucas boves elephantos appellabant Romani, ut putabatur a Lucania, quasi Lucanas, quod ibi primum eos viderant Pyrrhi regis bello, v. Plin. H. N. VIII, 16. Varr. L. L. VII, 39, qui hunc Nævii versum affert: „Atque prius pariet locusta Lucam bovem". Lucret. V, 1302. al. — 789. *aeque* addit A. — Post *est* in cod. Palat. 1 recentiore manu additur „corpus", quod edd. adsciverunt et Gepp. etiam in A sibi videre visus est. Immo audiendum videtur „planta". — 791. Olympionem iterum attrectare se conantem Chalinus cubito repellit. *ait* A. — Extrema pars huius versus ut proximorum duorum in A exstat, in ceteris desideratur. — 792. *dura manu* Studem. ex A, ubi sex priores litteras legerat. — 793. *non* tuetur Brix. Ann. phil. XCI p. 66, ac sic codd. Palatini, nisi forte periit syllaba. *licet* ultimam non producit. Gepp.: „nonne liceat", ut versus trochaicus septenarius sit. — 794. *Vah* A. — 795. *exposuit* A

et B. Cf. Trucul. 650: „hoc ictu exponam atque omnis eiciam foras". De „me" omisso v. ad Asin 392. — 796. *I belle belliatula* Studem. ex A, ubi tamen litteræ IAT parum certæ videbantur; ac sane forma mira vocis est. Ceterum cf. ad Asin. 669.

797. Exeunt mulieres comesta cena nuptiali, ut senem et vilicum ludibrio habitos rideant. Canticum, quod cod. E addita C littera signat, a tetrametris bacchiacis incipit. 797—806, quibus additur 807 clausula ex cretico dimetro et penthemimere trochaico constans. 808 tetrameter creticus. 809 dimeter iambicus cum penthemimere trochaico. 810 dimeter anapæsticus. 811 trochaicus trimeter catalecticus. 812 duo bacchii cum dimetro iambico.

797 sqq. cod. I ancillæ dat, Geppert. ex titulo palimpsesti Cleostratæ. Bothius recte Myrrhinæ. — 797. „huc in uia" non congruunt; Both. „hic" scripsit, ego *in uiam*. — 799. *adaeque*, cf. Langen. Beitr. p. 21. — 800. *hoc quod reliquum est*, sc. vitæ. De quadrisyllaba adiectivi mensura v. ad Asin. 231. Gepp. „relictum" ed. — 801. Priscian. VIII p. 789: „antiquissimi etiam activa significatione „nubo te" dicebant, unde Plautus in Casina: „Libet Charinum quid agat scire novum nuptum" et p. 783: „Plautus in Casina: Libet . . . nuptum, pro maritum". Immo pro nuptam, sed masculine, quia Chalinus est. Verum hic versus hoc quidem loco ferri non potest. Bothius post v. 798 posuit, nihilo aptius. Si genuinus est, post 803 poni debet. — 803. *atque*, v. ad Amph. 270. — *fabre*, v. ad Stich. 572. — 804. *Obtunso*, pugnis, ut Amph. 600. — 806. Post *Ne* hiatus. Gepp. „Nam ne" scripsit, Mueller. Pros. p. 748 „Nec". — *arbitro* Both., cf. ad Epid. 268. — 807. Ante *Nunc* in B spatium vacat notæ personæ destinatum, quam addidi. — *præsidem*, in præsidio, custodem, v. ad Rud. 1038. — 808 sq. Per quattuor versus membrana archetypi labem contraxerat, unde in codd. in principiis versuum spatia vacant, maius in primo, minus in ceteris. Et in ceteris quidem nihil desideratur; in primo excidisse aliquid apparet, ubi *Te uolo* supplevi. — 809. *soleus* v. Amph.

195. — 810 *quid* post *omnia* parum accurate infertur, ut non raro fit in sententiis relativis. v. ad Amph. 959. — 811. *Pone me*. Sensum intellexisse videtur Geppertus „Sta pone me" scribens. Mihi veri similius videtur, post *amabo* verbum *sta* excidisse, eiusque loco librarium, quum quid fuisset parum appareret, personæ notam, quæ toti versui præponi debebat, cum coniunctione „et", quæ huic loco parum convenit, posuisse.

813. Olympio exit turbato animo. Anapæsticis septenariis loquitur et octonariis (817—20). Sequuntur cretici 821 sqq 825 anap. trimeter. 826 anap. trim. hypercatal. 827—28 anap. octonarii.

814. *superauimus*, sc. ceteros omnes, cf. Stich. 366. — 815. *puleo*, sic antiquissimos dixisse testatur Priscianus Partition. XII versuum Æneidos p. 1249. — *inridiculo* A, cf. Poen. 1181. — 816. *quem* A. — 817. *pretium* exstat in A. — 818. *quae ego* cum hiatu legenda. — *turbami* A. — 819. *hac* Gepp. — *recta uia* A. — *in conclaue* scripsi. Gepp. in A legit: „in co . . . . claue", unde fecit: „in concubinaculum", quamquam, ut ait, locus huic voci non suppetit, nec vox ipsa credibilis est. Vulgo editur: „clauem obduxi"; verum non clavis, sed sera aut repagulum obducitur. — 820. „tamen" verum esse non potest; ex dittographia ortum puto. — *in puteo cum* A; in B et I lacuna indicatur. Tum *abstet* scripsi. Senex gladium timens appropinquare non audet. Coniunctivus ne quem offendat, v. ad Mil. 1280. Trucul. 161. — 821 sqq. Quattuor versuum exitus hausit lacuna; primo succurrit A *blandior* addens. — 822. *nuptias exsequar* suppleri potest. — 825. *stupri*, concubitus, quod Langen. Beitr. p. 195 male impugnare conatur. — 827. Alterum „iam" del. Weisius. Sed versus septem anapæstos habet, ut veri simile sit vocem excidisse. Speng.: „Enim iam crucior, magis iam adpropero", vix recte. *Enim*, cf. af Merc. 248. — 828. *forem obdo* manifesto corruptum est.

829 trimeter anapæsticus. 830—31 systema iambicum. 832 tetrameter anapæsticus. 833 trimeter anap. 834 tetr. anap. catal Quæ sequuntur nimis lacera sunt, quam ut versus

indicari possint; sed ex iis, quæ servata sunt, dubitari vix potest, quin tota scena anapæstica fuerit

829. Hiatus post *tu* et post *adi.* — 831. *in ordine*, v. ad Poen. 589. — *aequom* edd. — 833. Octo versuum initia perierunt. *Memora* suppleruut edd. — Post *hercle* hiatus in mutata persona. — Inde ab hoc versu per reliquam scenam contextum codicis B, quicum I et E consentiunt, ita expressimus, ut et versus servarentur et lacunarum spatia, quantum fieri posset, apparerent. — 834. *Postquam decubuisti* Lambinus em. — *te* add. Becker in Studem. Stud. I p. 150, sed post *memorare*. — 835. *At* olim suppletum est. Metri causa etiam ante *Caueбunt* excidisse „At" crediderim. — 840. *Gladium ne* add. Lang. — Post hunc versum in B unius versus spatium vacat, nec tamen quidquam interiisse credo. — 842. *esset* olim emendatum. — 845. *calamitas*, qualis olera et segetes aggredi solet, ut vesca fiant, cf. Ter. Eun. 79. — 847. *Ubi* et *inquit* corrupta sunt. Nihil aliud requiritur quam: „Blande appello Casinam". — 851. *estis*. Gepp. „mulieres" addit. — 853. *Uolo* sine dubio corruptum. — 854. *Nullum muttit etiam uerbum* Gepp. — 859 *labra* olim em. — 860. *astituto* olim emendatum. — 862. *proficiens*, i. e. progrediens, ut Cæs. B. G. I, 38. Plin. H. N. XXXII, 4: „quum e tota classe quinqueremis sola non proficeret". Vulgo notum „proficere in litteris". — *cum ornatu quo uides*, sc. me exire, ita ornatus ut vides, i. e. sine pallio, v. 864. Cf. ad Mil. 16. De omissa præpositione cf. 297. — 865. *adita* olim em., v. ad Aul. 370.

867. Lysidamus exit; uxorem ceterosque non videt. Tres primi versus trochaici septenarii videntur; proximi propter lacunas incerti. 876—78 tetrametri cretici. 879 dimeter creticus cum dimetro trochaico catalectico. 880 dimeter anapæsticus. 881 trimeter anapæsticus. 882—83 iambici octonarii. 884 iambicus septenarius.

867. Duos primos versus Brixius Ann. philol. CXXXI p. 202 quattuor catalecticos dimetros anapæsticos facit. — *quid agam meis rebus*, cf. Pseud. 783: „rebus quid faciam meis". — 868. *iam* versus causa addidi. — *dispudet* Geppert. em. — 869. *Mea quia* edidi; superiores „Omnia"; sed h. l. I ut 873 paulo plus

quam B servasse videtur. — 871 *nec* olim additum. — 872. *atque* Gepp. — 876. *intro ad uxorem eam* Seyffert. Philol. XXVI p. 722 ex Nonio p. 396 sq.: „*Sufferre* significat dedere vel supponere. Plautus Casina: intro ad uxorem meam sufferam quae et meum tergum ob iniuriam. Idem Poenulo (854): ut enim, ubi mihi uapulandum est, tu corium sufferas". Unde creticis tetrametris locum descripsit ut nos eum secuti. Brix. Ann. phil. CI p. 763 vv. 879—81 „nescio . . . redeo domum" quattuor dimetros trochaicos catalecticos facit. — 881. *neque enim* addidi; aut enim hoc faciendum aut proximo versu: „non licet" scribendum. — 882. *istuc* A. — *tamen Etsi*, v. ad Most. 1147. — 883. *me* add Gepp. praeeunte Douza, qui „dabo protinam me in fugam" voluerat. Alibi Plautus „in pedes" dixit, v. ad Capt. 121. — *Heus* vulgo Olympioni datur, equidem non dubito quin Cleostratæ sit. — *sta ilico* A, i. e. eo loco, ubi es, v. ad Bacch. 7. Rud. 825. Trin. 610. — 884. *Occidi* A. — *si* addidi.

885. Aufugere conanti obviam fit Chalinus ex ædibus exiens. Septenariis trochaicis scena scripta est. — Post *tu* hiatur, ut Men. 501. Mueller.: „tu's qui te" coll. Aul. 260. Curc. 162 Chalinus convicium seni facit, quasi pudicitiam suam tentare voluisset, virumque muliebria pati iussisset. *Massilienses* mores eum sequi dicit; nam Massiliæ incolæ, quamquam Strabo IV p. 181 *σωφροσύνην* eorum laudat, tamen vulgo effeminatiores habebantur, v. Athen. XII p. 523 c: *Μασσαλιῶται ἐθηλύνθησαν ἀσχημονοῦσι γοῦν διὰ τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς μαλακίαν, διὰ τρυφὴν γυναικοπαθοῦντες· ὅθεν καὶ παροιμία παρῆλθεν Πλεύσαις εἰς Μασσαλίαν*. Suidas: *Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις· ἐπὶ τῶν θηλυδριῶν καὶ τεθρυμμένων, παρ' ὅσον ἐκείνους φασὶ θηλύτερον στολίζεσθαι, μεμυρισμένους καὶ τὰς τρίχας ἀναδουμένους, καὶ διὰ ταύτην τὴν μαλακίαν ἀσχημονεῖν* — *postulas*, v. ad Amph. 357. — 887 ex A suppletus, quum in ceteris et hic mancus sit et post hunc octo versuum spatium pateat. Septem septenarios fuisse, ex A novimus, cuius vestigia primum Geppert., deinde Studemund. Herm. I p. 285 sqq. extricavit. *periisti* versus causa scribendum, i. e. perieris, cf. ad Capt. 743. Si in cubiculum, inquit, redieris, peribis profecto. Propius eum iubet ad se accedere, quod si fecerit, eum vapu-

laturum, v 889 sq. *Aequum arbitrum* se ait cum eo capturum; fustim autem intelligi proximus versus ostendit, non multo aliter ac Trucul. 620. *extra considium* Studem. p. 287 ex A elicuit, nam quintam nominis litteram necesse esse aut E aut I fuisse. *Considium* autem, quæ vox alibi non exstat, a considendo formatum, quod proprio quodam modo de iudicibus dicitur, v. Sueton. Calig. 38, consessum vel consilium iudicum interpretatur. Non sollemni et legitimo iudicio Chalinus opus esse ait; arbitro privato se contentum esse. — 889 ex A restituit Studemund. Ind. schol. Gryphisw. 1871—72 p. 15, et ex Nonio p. 7: „Deflaccare est atterere, tractum a vestibus sine flacco. Plautus in Casina: Perit flacco habebit iam illic homo lumbos meos". Vera vocis forma exstat Epid. 614: „duo defloccati senes". — 890. *lumbifragium*, cf. Amph. 450. — 891. Quum Lysidamus Chalini fustem metuens in alteram partem aufugere conetur, uxor ei occurrit. Sic in ancipiti periculo versatur, *inter sacrum saxumque*, v. ad Capt. 611. — 893. *Hac lupi, hac canes*, alterum proverbium, cf. Hor. Sat. II, 2, 64: „Hac urget lupus, hac canis, aiunt". — *scaeua* omen est, v. ad Stich. 163. Ab utraque parte, et a canibus et a lupis, i. e. et ab uxore et a servo, malum sibi portendi ait. — 894. Lacunæ supplendæ causa Geppertus „usurpabo" scripsit ut Cist. 330. Sed quod est hoc verbum vetus? nam „hac ibo" sic dici non potest. Mihi quidem fieri non posse videtur, ut v. 893 ab 895 separetur. Si versus genuinus est, necessario ante 893 ponendus est; supplevi autem *uerum inuenio*, quod magis convenit cum spatio palimpsesti. — 896. *dismarite* A, i. e. qui extra domum matrimonium quaeris; voc. hoc uno loco inventum. — *hoc ornatu* A. — 897. *scipione* edd. Viros in Græcia vulgo scipiones sive baculos gessisse constat. cf. quæ attuli in Actis Societ. Danic. Scient. III (1868) p. 203. — *pallium*. Geppert.: „pallio"; sed attractio nescio an ferri debeat, v. ad Merc. 227. — 898 Myrrhinæ dedit Camerarius; Joergensen. Chalino maluit. *moechissat* formatum quasi a μοιχίζω, quamquam Græci potius μοιχᾶν et μοιχεύειν dicunt, Romani moechari. Transitive etiam ad Græcorum morem ponitur. — 899. *Occidi* et *I in* A. — 901. *ergo*, ex errore scribendi ortum, omittit A,

de quo vid. Studem. Ann. phil. XCIII p. 59. — De *bacchis* v. ad Aul. 400. — 903. *Immo* scripsi pro „in“ Gepp. seni hæc tribuit: „Quin id fieri non potest?“ — 904. In extremo versu antiqui edd.: „palam est“, Studem. Stud. I p. 36 duce A: „palles male“. Sed Myrrhina Cleostratam alloquitur; itaque *pallet male* scribendum. — Post h. v novem versus in codd. ceteris scriptura vacant, in A Studemund. Ind. schol. Gryph. 1871—72 p. 15 intellexit octo septenarios fuisse, quorum sextus propter longitudinem bipertitus fuerit. Priorum paucæ et incertæ reliquiæ apparuerunt; ultimum hunc fuisse suspicatur: *Qui etiam me miserum famosum fecit flagitiis suis*, quem Nonius p. 305 ex Asinaria affert. „Verba“ inquit „sine dubio Olympionis sunt ad Lysidamum conversa, quæ ab hoc *Non taces?* verbis excipiuntur sive potius interrumpuntur“. — 913. *maxumo* et in proximo versu *opere* Cam. em. — 915. Edebatur: „LY. Tui amoris causa ego istuc feci. CL. Immo hercle illius“, ubi saltem: „Immo tui ipsius“ dicendum erat. Sed in A spatium est ante *ego*, ut hic novum sermonem incipere appareat. Hæc ergo Lysidami interrogatio est. Tum A: *ecastor*. Pro „illius“ autem Gepp. „pius“, quod non intelligo, ego: *prius*, ut Cleostrata dicat, se iam ante quam Olympionem hortaretur ut Casinam posceret, amorem eius in Casinam vidisse et procantem oppressisse. — 916. *oppressi* Cam. *Sed* ego. „dicta“ delevit Weis. — 918. *si qui* A. — *monebo*, alapis; quare respondet Lysidamus, se potius concessurum, ut dicat se vera esse credere quæ sibi obiiciant. — 920. Numeri vix sani Mueller. Prosod. p. 378: „Sed uxor, tuo uiro hanc da ueniam“. ego: „Sed tu, uxor, uiro da h. u.“ — 922. Pro *Ne* antiqui edd. „Nedum“. Gronov. recte animadvertit hac correctione opus non esse, nam „ne“ eadem vi poni, cf. ad Aulul. 426. Sed indicativus sequi non potest. Animadvertit etiam Madvigius Opusc. II p. 81 non „nedum“ hic requiri, sed „non modo“. Nos igitur cum Madvigio versum spurium habemus, ac iam Taubmannus adnotaverat, si absit, nihil deesse sententiæ. — 924. *ei* addidi versus causa; Mueller. „mecastor“ voluit. Post *ut* addidi *tu*; vulgo „uti“ editur, quod improbat Luchs. in Studem. Stud I p. 25: is coni. „ueniam hanc dandam ei“,

ut pronomen pro spondeo sit. Brix Ann. phil. CXXXI p. 206: „Ecastor hanc ueniam dandam censeo". — 925. *rem* in archetypo bis scriptum I et edd. posteriore loco delerunt; priore delere debebant, v. Madv. Advers. I p. 47. Opusc. ad Madvigium a discipulis miss. p. 224. — *prospero*, largior, cf. Pers. 262. Liv VIII, 9, 7: „uti populo R. Q. uim uictoriamque prosperetis". — 926. *ne* Camer., v. ad Most. 406. Negat tabulam ultra produci oportere. — 927. *Tuen fidei credo?* cf. Amph. 387. — 928 recte scribitur in IE. — 929. *si* add. A. — 930. *insignite* olim emendatum, v. ad Men. 989. — 931. *solet*, cf. ad Men. 142 et 739.

932. Finita iam fabula est; sed ne quis quærat, quid Casina ipsa factum sit, narratur, eam Alcesimo et Myrrhinæ filiam repertam esse atque Euthynico Lysidami et Cleostratæ filio in matrimonium dari. Quis hæc narraverit, parum certum est; nos vulgatam illam litteram fabulæ exitum indicantem (v. Proleg. p. 173) præfiximus. In editionibus Gregi histrionum hæc tribauntur, ac dicitur plurali numero „memorabimus". Unus tamen pro omnibus verba fecerit, necesse est; qui quoniam v. 934 Euthynicum nostrum erilem filium dicit, Chalinus esse videtur, cuius ultima fuerunt fabulæ verba, cuique hæc in codd. continuantur. — 932. *id* E; Camer. „hic" addiderat. — 934. *Euthynico* olim emendatum. — 935. *meritis*, i. e. histrionibus, dativo casu. — 936. *ducet* A. — *quod uolet*, v. ad Aul. 252. — 937. *qui* olim em. — 938. *nautea* A et qui locum affert, Donatus ad Ter. Eun. 5, 3, 3 („Huic pro scorto cet."); Festi locus p. 166 prope periit. Cf. ad Asin. 885.

COMMENTARIUS

IN

CISTELLARIAM.

Cistellaria fabula est, in qua agitur de cistella cum crepundiis, qua inventa agnoscitur filia olim supposita. Argumentum tale est. Sicyone, ubi fabula agitur, Phanostratam puellam ingenuam ante octodecim annos amaverat Demipho mercator Lemnius. Qui quum domum redisset aliamque ibi uxorem duxisset, Phanostrata puellam, quam peperit, exponere coacta est. Lampadio servus eius infantem in hippodromo proiecit, proculque aspiciens a muliere quadam tolli animadvertit. Hæc puellam Melænidi amicæ tradit, quæ eam pro sua educat et Selenium appellat. Adultam hanc Alcesimarchus, adolescens Sicyonius dives, amat et domi apud se habet. Sed pater eius aliam ei uxorem spoponderat, Demiphonis filiam ex Lemnia uxore natam; Demipho enim post huius uxoris mortem cum filia Sicyonem migraverat et cum Phanostrata, quam prius amaverat, novum matrimonium iunxerat. His auditis Melænis, quæ Selenium Alcesimarchi uxorem fore speraverat, eam ad se revocat. Ea autem quum nec matris imperio non parere auderet, nec Alcesimarcho absente ædes sibi creditas temere relinquere posset, amicam meretricem, Gymnasium, persuadet ut suo loco ædes Alcesimarchi servet. Sic adulescens redux pro amica, quam ægerrime desideraverat, aliam domi suæ mulierem invenit. Quo facto ira et ægritudine consternatus nec minis nec precibus Melænidem ad puellam reddendam perducere potest. Verum interim Demipho et Phanostrata iam iusto matrimonio iuncti filiam illam olim expositam recuperare cupientes, Lampadioni, qui eam exposuerat, mandant

ut, si fieri possit, investiget. Is mulierem, quæ eam sustulerat, invenit; ea autem Gymnasii mater est. Hæc primo omnia negat; tandem timore coacta, ne sua filia, Gymnasium, pro exposita illa Demiphoni tradatur, fatetur se eam et sustulisse et alii mulieri dedisse. Lampadioni heræ suæ hæc nuntianti forte auscultat Melænis, et re omni patefacta ipsa Selenium parentibus reddere constituit. Eo igitur se confert cum Selenio et ancilla cistellam cum crepundiis gerente; sed Alcesimarchus furibundus iis obviam factus Selenium vi secum abripit. Inter has turbas cistella in platea excidit. Eam inveniunt Phanostrata et Lampadio, quibus inventam mirantibus supervenit ancilla amissam quærens. Sic parentes et filiam inveniunt et eam comperiunt amore cum Alcesimarcho iunctam esse, quem sibi ipsi generum optaverant.

Hæc argumenti summa est, eorumque maxima pars in codicibus Plautinis semper lecta est; sed non pauca desunt. Hoc vel ex magno illo fragmentorum numero, qui ex hac fabula apud grammaticos affertur, intelligere potuerant viri docti, sed rem obscuravit Scaligeri commentum, qui ad Clitellariam quandam hæc fragmenta referebat, quæ numquam exstitit, v. Ladewig. Mus. Rh. III p. 525 sqq. Clarius res apparuit invento Ambrosiano palimpsesto, cuius reliquias Maius Mediolani 1815 edere conatus est. Is „quinque" ait „in codice reperi huius fabulæ folia inedita, quæ habent versus circiter 180", eorumque pauca quædam in lucem protulit. Plura Studemundus legit, et non nulla edidit Herm. I p. 298 sq. Accuratius idem vir doctus in Ind. schol. Gryphisw. 1871—72 p. 9 decem Ambrosiani folia ad Cistellariam pertinere docet, eorumque duo et tertii maiorem partem versus continere etiam in Palatinis inventos, reliqua nova esse, sed pessime habita, ut perpauca eorum legi possint. Itaque plus quam septem eiusmodi folia in Palatinis desunt, i. e., ut minimum dicamus, 260 versus. Incipit autem lacuna post v. 215; sed librarius archetypi nihil perisse suspicatus v. 215 et eum, qui nostræ editionis 317 est, ita coniunxit, ut eodem versu utrumque scriberet, quamquam illa scena anapaestis, hæc trochaeis scripta est, in illa Alcesimarchus nuper redux secum loquitur nondum comperto amicæ abitu.

in hac cum matre propter eam rem vehementissime altercatur. Hoc primus, quod sciam, Ladewigius animadvertit Mus. Rhen. III p. 529. Ex iis fragmentis, quæ exstant, etiam Alcesimarchi patrem, cuius, qui prologi vice argumentum narrant, mentionem faciunt (v. 99), in scenam exisse suspicatur, quippe qui, quum filium meretricis amore captum esse comperisset, in urbem properavisse videatur, veritus ne Demiphonis filiam, quam ei desponderat, ducere nolit, et cum Melænide collocutus consilium eius Selenii retinendæ confirmasse credendus sit. Ladewigius autem, quoniam ex iis Festi locis, qui ad v. 383 afferentur, Cistellaria altero nomine Syrus appellata videatur, etiam Syri servi in ea partes fuisse putat, hominis linguam ridiculi causa non continentis verbisque utentis infimæ plebi convenientibus. Sed quæ huius servi partes in argumento fabulæ esse possint, non intelligitur, nec tamen exiguas eas partes fuisse oportet, si eius nomine fabula appellata sit. Hoc quum recte intellexisset Winter. Plauti fabularum deperditarum fragment. p. 6 sq., cum C. O. Muellero eosdem versus in duabus fabulis, et in Cistellaria et in Syro, positos fuisse putavit; quod quum in versibus vulgaris sententiæ facile fieri possit, v. ad Asin. 185 et ad Pseud. 588, in locis coloris tam singularis fieri non posse iam Ritschelius recte iudicavit. Itaque illos quidem versus sine ullo dubitatione Lampadioni Cistellariæ tribuemus, duplicis autem nominis fabulæ alia explicatio quærenda est. Atque quum in Festi locis altero „in Syr.“ legatur, altero „in Sy . ., exitus autem nominis in neutro appareat, non Syrum fabulam appellatam credo, sed *Syram*, ut hoc nomen fuerit matri Gymnasii, quæ in codicibus proprio nomine carens „lena“ usurpatur, aut *Syras*, ut tam illa quam Melænis, amicæ et in puella exposita auferenda consciæ, ex Syria oriundæ fuerint.

Menandrum huius fabulæ auctorem principem fuisse, confidenter affirmamus, quoniam ab eo expressi sunt v. 87 sq. Quod autem propter similitudinem quandam argumenti cum Andria Terentiana Ladewig. Mus. Rhen. III p. 532 Perinthiam Menandri Cistellariæ prototypon fuisse censet, nimis leve est. — Recentiorum hanc fabulam imitatus dicitur Cecchi Italus

comoedia Gli Incantesimi, v. Ruth. Gesch. der italiänischen Poesie II p. 583.

Personarum nomina Græca sunt. Puella, cuius causa per totam fabulam agitatur, *Selenium* dicitur, i. e. *Σελήνιον*. Lunula, deminutiva forma nominis vulgo noti Selenæ, v. c. Cic. Verr. IV, 27, 61. Sueton. Calig. 26. Sed miro errore in editionibus omnibus „Silenium" scribitur, etiam apud Pareum, qui tamen nominis derivationem recte intellexit. Vera nominis forma plerumque legitur et in B et E et I, atque etiam in A; testimonia accurate collegit Studemundus Ind. schol. Gryphisw. 1871—72 p. 7. Quod autem apud Priscianum X p. 898 eadem Antiphila dicitur, id potius ex errore scribendi quam ex mutandi consilio ortum videtur, v. ad v. 1. Amica eius *Gymnasium* est; Ritsch. Opusc. II p. 484 „Guminasium" voluit, quod iure improbat Spengel. Reformvorschl. p. 264. *Melaenis* mater eius, quod, si supra recte Syram fuisse suspicati sumus, a fusco Syriscæ colore repeti potest. Servus est *Lampadio*, v. 428. 491. 608, vel deminutiva forma *Lampadiscus*, v. 375, cf. Studemund. Ind. schol. Gryphisw. 1871—72 p. 6, *Alcesimarchus* adolescens, i. e. *Ἀλκησίμαρχος*, quamquam codd. constanter „Alchesimarcum" præbent; cf. Alcesimus Casinæ.

Argumentum

acrostichon. 1. *Lemnius Sicyoniam* edd. — 2. *nuptiis*, iusto matrimonio. — 7. *spondet* Both., cf. Trin. 1157. — 8. *proiecticiae* edd., cf. 189. — 10. *Itaque* altera producta; „hanc" add. Ald. al. — 11. *ut erat nactus*, ut antea habuit.

Fabula a cantico incipit. 1—3 tetrametri bacchiaci. 4—5 trochaicus senarius cum septenario. 6—7 trochaicus octonarius cum septenario. 8 anapæsticus dimeter. 9 compositus ex duobus anapæstis et penthemimere iambico. 10 dimeter bacchiacus cum penthemimere iambico. 11 bacchiacus tetrameter.

12—13 systema constans ex sex dipodiis iambicis et syllaba. 14—15 trochaici senarii 16 iambicus senarius. 17—18 trochaici octonarii. 19—20 tetrametri bacchiaci. 21 iambicus octonarius. 22 tetrameter bacchiacus. 23 bacchius cum dipodia iambica. 24—25 anapæsticus octonarius cum septenario. 26 troch. octonarius. 27 iambica dipodia cum dimetro trochaico. 28—29 tetrametri bacchiaci. 30 trochaicus dimeter catalecticus. 31 troch. septenarius. 32 tetram. bacchiacus. 33 dimeter bacchiacus cum penthemimere iambico. 34 tetrameter bacchiacus. 35 tetr. bacchiacus. Sequuntur iambici septenarii.

1. Selenium, Alcesimarchi concubina, Gymnasium meretricem et matrem eius lenam prandio accepit. Cum iis dolorem suum communicat, quod ab eo viro, quem amet, iam discedendum sit, quia is uxorem ducere cogatur. Primum versum afferunt Varro L. L. VII, 98: „Apud Plautum „Quia ego antehac te amaui et mihi amicam esse creui“ creui ualet constitui“ et Priscianus X p. 898: „cerno creui. Non solum enim *τὸ κοσκινίζον κρίνω* sic facit præteritum, sed etiam cum pro video accipitur. Titinius . . . Plautus in Cistellaria: Cum ego te amaui, mea Antiphila, et mihi amicam esse creui“. Antiphilæ nomen fortasse ex „antidhac“ ortum est. — 4. *ire habitum*, cf. ad Aul. 729. — 6. *relictis rebus*. cf. ad Epid. 603. — *frequentem*. Varro L. L. VII, 99 „assiduam“ interpretatur; nec tamen quod sæpe se visitaverint, iis gratias agit, sed quod hoc ipso die sibi præsto fuerint. Itaque minus accurate vox ponitur, et ipse Varro addit: „qui adest, assiduus“; idem frequens dicitur, ut infrequens, qui non adest, Trucul. 228. — 7. *uos* addidi versus causa; Speng. Ref. p. 364 aut „uos magnam“ aut „permagnam“. In E ab initio fuit „meo“ pro „eo“, sed m erasum, unde Joergensenius „in eo“ scriptum putabat; sed rasuras sæpe ipsa manus prima fecisse videtur. — 8. *istoc pretio*, tali prandio. Varro L. L. VII, 99: „illud quod eaedem mulierculae dicunt: „Pol istoc quidem nos pretio perfacile est frequentare; Ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti“, apparet dicere: facile est curare ut assimus, quum tam bene nos accipias“. *nos* enim obiectum est, *frequentare* transitivum, frequentes reddere, ut Liv. XXXIII. 38, 13: „novos colonos adscribere et omni modo frequentare“.

Male autem editores pro *habere* „haberi" scripserunt. — 12. *que* coniunctionem aut abesse exspectaveris aut „et quidem" positum esse; sed v. ad Pers. 480. — 13. *expetessam* Gronov. em.; expetere est studere, cf. Cas. 409. — 14 sq. Charisius p. 45 et 111, ut ablativi formam *mare* probet: „Plautus in Cistellaria: secundo uento uectus est tranquillo mare". Varro L. L. V, 72: „Venelia a veniendo ac ventu illo, quem Plautus dicit: Quod ibi dixit qui secundo uento uectus est tranquillo mari, uentum gaudeo". Anus tam se adventu gaudere dicit, quam qui felici cursu mare traiecerit; simul autem putido verborum lusu ventum dupliciter dici commemorat. — *ecastor* per episynaloephen cum duobus antecedentibus vocalibus coniungitur. — 17. *Nec* edd. — *disciplina*, mos et institutum vivendi, cf. ad Asin. 200. Pseud. 1007. — *ibi* abundat, v. ad Curc. 475. — 18. „nimium" corruptum est, nam abhorret a persona dicentis; *enim* scripsi. — *dabat*, sc. pincerna, omisso subiecto, quod unum cogitari potest, quod apud Græcos sæpius fit, ut in σημαίνει, v. Madv. Syntax. Græc. 7 a, 5, Theogn. 473: οἰνοχοείτω. Cf. etiam Bacch. 135. — Mox vulgo addita coniunctione editur: „atque id merum"; *infuscare* autem dici censet Turnebus „quod, quum generosi vini nigrior sit color, dilutior mixta aqua fusciorque reddatur". Sed hoc verbum, si ad speciem refertur, contrarium significat; infuscatur enim aqua effuso atramento (Plin.), ruber color nigro (Gell.), uvæ, ubi nigrescere incipiunt (Colum.). Itaque non ad colorem, sed potius ad saporem referendum, ut Columella XII, 19, 2 vetat „quidquam vino permisceri, quo naturalis sapor infuscetur", ac fuit quum „et" pro „id" scribendum censerem, v. annot. ad Mil. 528. Sed fieri potest, ut translate vox dicatur, ut Cic. Planc. 9, 22: „vicinitas non infuscata malevolentia", et lena vini saporem infringi dicat, quia rarius ministretur. — 19. *Iusque fusque*, v. ad Amph. 7. Asin. 570. Rud. 367. Trin. 647. 826. 877. — 22. *Hunc ordinem*, meretrices, cf. 31. Ter. Eun. 234 parasitus: „Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis". Nomen collectivum sibi prædicatum pluralis numeri adsciscit, ut quisque, v. Capt. 498. Quum matronæ, inquit, inter se amicitiam colant, tanto magis nos oportet, quæ tali foedere plus egeamus. — 24. *summatis*, cf. Pseud.

228. — 26. *Si . . . faciamus.* Coniunctivus pravus est; Weis. „facimus“; sed potius totum colon pro spuria proximorum variatione habendum. His deletis octonarius trochaicus efficitur (*Si idem . . . summa*). Quæ sequuntur, non uncis includenda erant, ut in contextu factum est, sed suo versu scribenda. — 28. *nihil* Ald. — 29. *omnium rerum*, in omnibus rebus, v. ad Amph. 105. Duplex genetivus cum eodem voc. iunctus, sed diversa ratione, ut Cæsar. B. G. III, 18: „superiorum dierum Sabini cunctatio“, cf. Madv. Gr. Lat. § 288. — 34. *solere*, sc. rem habere, quod facile auditur. — 35. *eunt depressum*, cf. 4, et de vi verbi Most. 1151: „pessum premam“.

36—56 septenarii iambici. — 37. Post *te* hiatus in diæresi. — 38. *conuenticiis* Cam. em., i. e. ex incerto patre natam. Proximum „ego“ ex superiore versu irrepsit. — 39. *Ego* numerorum causa addidit Both. — *reppuli* scribendum, v. Neue Formenl. II p. 470 sq. — 40. *potius* abundat, cf. ad Asin. 683. Trin. 276. — 41. *cotidie.* Goetz. Act. Soc. Lips. VI p. 241 „quot dies“ voluit. — *nubit*, cf. Pseud. 315. — 43. *lugubri* Weis. — 45 sq. Lena filiæ verba alio torquens „Satis“ inquit „contenta sum, si semper ita futura es ut nolo; ego enim semper adolescentulam et quæstuosam te opto“. *aetate* olim emendatum; hausit homoeoteleuton posteriorem vocis partem. Sed quod „Hecate“ ex codd. editum est, nec illam nec ullam aliam deam antiqui nisi florente ætate sibi finxerunt; *Hecale* recte emendavit Salmasius, quod nomen ex Callimachi poemate nobilissimum erat. Fuit autem ea anus exacta ætate, quæ Theseum ad pugnam cum tauro Marathonio proficiscentem hospitio accepit et pro felici eius reditu sacra fecit; quibus factis, antequam rediit Theseus, mortem obiit. In eius honorem posteri Hecalesia celebrabant, v. Plutarch. Thes. 14. Ovid. Rem. Am. 747. — 48. Pro „saepe“, quod superiores versus causa varie traiecerunt, *semper* scripsi. — 49. Ladewig. confert Philemonis Pancratiast. 1: *καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας ἐπὶ τῇ τύχῃ χρή, παιδίον, πάντως ἔχειν.* — 50. *hercle* mulieri parum convenire, ait Gellius XI, 6: „in veteribus scriptis neque mulieres Romanæ per Herculem deiurant neque viri per Castorem“. Seyffert. Stud. p. 15 „hanc“ voluit; cf. tamen Phædr. III, 17, 7, ubi Minerva „At

me Hercules" ait „narrabit quod quis voluerit cet.". — *aufer* scripsi, cf. ad Aul. 630. Superiores corruptum locum magis etiam corruperant scribendo: „Sed quid tu". — 51. *oculus*, nominativus pro vocativo, v. ad Asin. 648. Pers. 764. Truc. 935. Most. 1116. — 52. *te abhorret*, a te remota est, omissa præpositione, cf. Tac. Ann. I. 54: „abhorrebat talibus studiis". — 53. *munda*, culta, cf. 111. Pseud. 172. — *Hoc sis uide*, v. ad Aul. 46. Hæc per parenthesin matri dicit; sermonem cum Selenio proximo versu „et pallida es" repetit. — 54. *suspiritum*, v. ad Trucul. 593. — 55. *uelis* edd. Quod sine discrimine coniunctivus ponitur, v. ad Amph. 17. Pers. 513. — 56. *exercitum imperare* non propria et solita significatione dicitur, ut Capt. 155, sed alio torquetur, ut enim exercere vexandi vim habet, ita exercitus pro vexatione vel ægritudine animi ponitur.

57 sqq. trochaici septenarii. 57. „Mea", quod librarii error anticipaverat, sed iterum suo suo loco posuit, delevi, et *male* addidi; alii aliter. — 58. *ab* præpositio non minus quam simplex ablativus dupliciter ponitur et de parte ægra, unde dolor proficiscitur, et de causa doloris, v. Madv. Gr. Lat. 253 not. 256 not. 1. Mil. glor. 633. — 59. *rapi* Gulielmus. — 60. *Indidem* pro ibidem, per attractionem, v. ad Amph 1002. — 63. *cordolium*, cordis dolor, cf. Poen. 296. Male archetypi librarius eandem vocem mox posuit, ubi simplex *cor* requiri et Rostius Opusc. Plaut. p. 152 et Spengelius Plaut. p. 17 sq. intellexerunt. A „Conmemora" autem novo versu incipiente discriptio versuum in codd. usque ad 73 turbata est. — *Qui* Spengelius et numeris et sermonis usu iubente. — 64. cf. Mil. 786. — *quisquam*, cf. ad Most. 596. — *perhibent*, cf. Epid. 626. Men. 260. Poen. 239. Stich. 274. — 65. Sive cor habeo, quod doleat, dolet, sive non habeo, pectus tamen mihi dolet. „autem" libenter deleverim. — 66. *Amat* cet.; lenæ edd. fere hæc tribuunt, cod. I rectius Gymnasio, cf. 115 sq.; a B in hac fabulæ parte personarum notæ absunt. Proxima quoque recte personis distribuit I. — *amarum*, quæsita soni similitudine. — 67. *Namque*, v. ad Capt. 599. — 68. *Gustatu* scripsi, nam syllabam excidisse numeri ostendunt. Superiores alia tentarunt, ut „Gustu qui" aut „Gustu uix". Both. et Mueller. „Gustui",

forma, nisi fallor, parum Plautina. — *dulce* et *amarum* substantive, v. ad Mil. 293 et ad Rud. 664 — *oggerit*, cf. Truc. 106. — 69. *Ad istam faciem*, cf. ad Merc. 420. — 70. *Ergo*, cf. ad Amph. 172. Quod perfidiosum amica Amorem dixerat, eum cum magistratu comparat pecuniam sibi creditam retinente; sic se quoque Amorem opibus et animi æquitate privasse. — 73. *spissum*, tardum, v. ad Poen. 505. — 74. *peius*, cf. ad Amph. 56. Trin 936. — 75. *aetatem* edd. — 76. Matrem Gymnasii hinc sermonis partes sumere vidit Bothius. — 79. *suam rem optinere*, cf. Men. 898. — 80. *Hoc uolo agatis*, cf. Asin. 1. — 82. *de ea re*, cf. ad Merc. 621. — *morigere*, i. e. morem gerendo, comiter; adverbium hoc uno loco legitur. Edd. „morigerae", contra sensum, nam Selenium matri non est obsecuta. — 83. *grauiter*, vehementer, cf. Cæcil. 163: „Placere occepit grauiter postquam est mortua". — *cum eo* postpositum, v. ad Amph. 181. Aul. 459. Men. 666. 885. Rud. 1053 — 84. *en umquam*, v. ad Men. 145. — 85. *nemine*, omisso „cum", cf. Cas. 297. — 86. *Obsecro* huic versui iure assignarunt editores, nam proximus hoc omisso integer septenarius est, nec hic non sanus est, si *pudicitiam* quadrisyllabum facias, v. Proleg. p. 211, Amph. 923. Epid. 105. Ter. Andr. 288. — 87. *Per Dionysia*, Dionysiis, ubi pompæ magnificæ ducebantur, velut quæ fiebat, quum simulacrum dei antiquissimum e Lenæo in Ceramicum portabatur (Philostr. Vit. Soph. II, 3 p. 549). Ceterum hunc locum a Menandro expressum esse, apparet ex Hermogen. de Invent. IV, 11 p. 177, qui turpia verecunde et modeste commemorari debere docens hoc affert Menandri exemplum (Meinek. IV p. 243.):

Πομπὴ γὰρ ἦν Διονυσίων
ὁ δέ μ' ἠκολούθησε μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν
ἔπειτα φοιτῶν καὶ κολακεύων μητέρα
ἔγνω με.

89. *conspicillo*, in conspectu. Nonius p. 84: „conspicilium, unde conspicere possis. Plautus [Parasito] Medico: in conspicillo adseruabam pallium, obseruabam". — 90. *insinuauit*, sc. se, cf. Cic. Fam. IV, 13, 6, al. — 92. *uorsarem*, v. ad Bacch. 762. — 93. Versus iusto longior; superiores aut „Selenium" delerunt aut „Quid est"; ego „et ille me", quod nec per se

ferri potest, nam adolescens iam antea amabat, nec hoc loco; nam dicendum erat: Coepit ille me amare et ego contra illum. Idem Mueller. vidit Prosod. p. 686 annot. — 94. *extempulo* olim em. — 97—100, versus in codd. non servantur. — 99. *subigit* Muell. em. — 101. „Eum ducturum esse aliam uxorem" Muell. p. 378. — *iniurium est*, v. ad Aul. 691 et Mil. 438. Sed quod in codd. antecedit „amore", corruptum est, nec quod editores substituerunt „amori" cum hoc loco convenit. Sensus id postulat, quod scripsi, *a matre*; matris ait in filiam nullam iniuriam esse. — 102. *te amabo* ed., i. e. te precor, v. ad Men. 415. — Excidisse aliquid, numeri ostendunt; ego *tantisper* addidi, dum absit Alcesimarchus; Both.: „Nunc ego ted amabo ut hanc hoc triduum". Muell.: „Nunc te amabo ut hanc hoc unum triduum s. s." — 103. *seruare*, v. ad Aul. 81. — 107. *inclamare*, obiurgare, v. ad Asin. 575. Aut post h. v. hiatur aut verborum ordo turbatus est; Muell.: „Inclamare eum". — *utut* et *mihi* B. — 109. *Accipe has* Mueller. em. — *promito* Cam. — 110. A „Gymnasium" codd. novum versum ordiuntur, et usque ad 114 turbata est versuum discriptio. — 114. *lubet* olim em. — 115. *Num quid me uis*, v. ad Amph. 538. — *intro*, ad Alcesimarchum.

118. Postquam abierunt adolescentulæ, lena anus sibi in memoriam revocat, se Selenium, quum recens exposita esset, inventam Melænidi meretrici, quæ mater eius habebatur, tradidisse, quam sibi supponeret, rem profundo silentio tacendam, cf. Trucul. 434 sq.: „Suppositionem pueri quae mihi credidit, Germanae quod sorori non credit soror"; sed prandio vinoque excitata linguam cohibere non potest, quin hæc clare eloquatur, ut saltem spectatores audiant. Senariis scena scripta est, et codd. I et E diverbium esse indicant, sed versus non servantur. — 119. „*saburratae*, cibo et potu onustæ" (cf. 121. Pseud. 1309). „Naves quum alio onere sunt vacuæ, saburra onerantur, ut sint adversus tempestatem et fluctus firmiores et stabiliores" Lamb. — 121 sqq. versuum ordinem in codd. turbatum Acidalius restituit; nam facile apparet, nec v. 121 ab 120 divelli posse nec 128 ab 127, ut dubitari non possit, quin librarius quattuor versus 121—24 iniuria omissos post 127 posuerit. —

121. *Quin ego*; post hæc aliud verbum exspectabatur, non „collibitum est mihi“, cf. Epid. 168 sq. ann. ad Bacch. 211. — *quia sum onusta* olim emendatum. — 122 *flore*, cf. Cas. 615. — 124. *quod tacito usus est*, v. ad Amph. 500. — 125. *illanc* Camer. — 127—130. Ritschelius Parerg. p. 137 not. Windischmannum secutus spurios habuit ut ex 188—91 confictos; equidem potius de proxima scena dubito, ad quam vid. — 132. *fecerat* Cam. — 134. *natum*, neutro genere, cf. Amph. 497. Trucul. 396. Ter. Andr. 219. — 136. *ei*, vel eii, spondeum facit, v. Proleg. p. 216. — 140. *quae malum quaerunt sibi*, cf. ad Aul. 475. — 141. *aibat* Both. — 145. *sic* edd. Idem legitur 195. — *si quis usus venerit*, cf. ad Bacch. 360. Langen. Beitr. p. 162 „quid“ postulat.

---

147. Perditis Selenii et Alcesimarchi rebus una res succurrere potuit, Deorum auxilium. Et adest numen illud, quo adiuvante palam fiet, puellam ingenuam natam esse iustisque cum adolescente nuptiis iungi posse. Exit ipse Deus, *Auxilium*, ne spectatores solliciti cura laborent; idemque prologi instar omnem rem exponit, ut ab initio acta sit. Prologus etiam hæc scena in codicibus dicitur; quod autem non primum fabulæ locum tenet, idem fit in Milite glorioso v. 79 sqq. et alia quoque in comparationem afferri possunt, ut fecimus Comment. ad Militem p. 233 et Proleg. p. 162. Sed quod ibi me dixi non dubitare, quin hæc ex Græco exemplari fluxissent, id hodie repetere non ausim; nam hæc quidem Cistellariæ scena et minime necessaria est, nec sine offensione ea, quæ superiore scena satis explicata sunt, hic iterum narrantur. Accedit quod totum dicendi genus infra Plauti vim et elegantiam subsistere videtur. Quare nescio an recte Vissering. Quæstion. Plautin. p. 24 sqq. totam scenam a Plauto abiudicaverit eique ætati tribuerit, qua nulla fabula prologo carere potuit, v. 200 autem, ubi bellum cum Poenis commemoratur, ad tertium, non ad secundum bellum Punicum referat. In eandem sententiam Teuffelius (Studien und Charakteristiken p. 261) incidit; sed parum intellexit, tum abiiciendam esse, quam simul amplecti conatur, Windischmanni

et Ritschelii sententiam, versus 127—30 spurios esse. Una contenti simus interpolatione, eamque solam damnemus scenam, in qua et orationis vitia et sententiæ ex aliis Plauti locis repetitæ scrupulum movent.

Scena senariis scripta est, ut E nota Dv indicat; sed versus iam ab archetypi librario sæpe longiores facti. 147. *Utrumque*, cf. Pseud. 714. Madv. ad Cicer. Fin. III, 17, 56. — 148. „Satine" vel, ut Both. versus causa scripsit, *Satin* fere idem valet atque nonne, v. ad Amph. 627. Hinc igitur genetivus *loci* pendere non potest. „Locum" scribendum erat aut, si genetivus retineretur, „satis". Sed ne sic quidem structura sana est; nam dicendum erat aut „non reliquit deo, quod loqueretur" aut „locum loquendi non reliquit". Quare fuit, quum locum a librario corruptum putarem et „logis" pro „loci" scribendum, ut significaretur eam suis logis, i. e. sua narratione, nihil deo reliquisse, v. ad Men 768. Sed quum totam scenam potius ab indocto histrione quam a Plauto profectam putem, orationis vitium relinquendum censeo. — 152. Ne post *mihi* hiatus sit, edd. „est Auxilio" scribunt. — 153. *perputem*, accurate exponam, vox hoc uno loco inventa, sed putare etiam considerandi vim habet, v. ad Aul. 519. — 154. *Sicyoni*, cf. 188, ablativo casu vel, si malis, locativo; v. Madv. Gr. Lat. 42 d. — *iam diu*, v. ad Capt. 975. Numerorum causa verba transponenda censet Muell. Pros. p. 170. — 157. *Ui* addidit Both. — *uinolentus* I, cf. Aul. 681. Ante „in uia" hiatus, v. Proleg. p. 183. — 159. *perfugium peperit*, sc. sibi, cf. Cæs. B. Civ. III, 69. — 160. Ante *tum* et B et I interpungunt; editorum plerique: „Ubi tum habitabat". — 161. Aut *post* aut *exacto* abundat. — 163. *participat*, v. ad Mil. 234. — 166. *qui eam proiecerat* supplevit Weis.; alii aliter. — 173. *facta morigera est uiro*; nam in comoediis semper mariti uxorum mortem optant, cf. ad Trin. 42. — 174. *Postquam* edd. — 177. *Ut* em. Weis. — 179. Hiatur post „gnatam"; Mueller. Pros. p. 530 postulat: „Peperisse se gnatam". — 186. *relicuum* quadrisyllabum, v. ad Cas. 800. — 187. *Ut expungatur nomen*, ex tabulis, quibus debitum perscriptum erat; luditur in duplici reliqui significatione, ut Capt. 16.

— 190. *dudum*, nuper, v. ad Amph. 654. — 191, cf. Mil. 101. — 192. Ne quis „Sed" requirat, v. ad Amph. 350. — 195. *sic res gesta* scripsi ut 145. — *Bene ualete* cet., cf. Casin. 87 sq. — 198. *nostra* scripsi, quamquam superiores nihil mutarunt. — 200 *Ut* edd.

---

201. Alcesimarchus adolescens in urbem redux amoris desiderium anapæstis queritur. Canticum, quod hac nota significatur in E, anapæsticum est, sed multa incerta, quare eam versuum discriptionem, quæ in codd. est, retinui. Tres primi septenarii anapæstici videntur. 204—5, si coniunguntur, octonarius cum septenario. 206 senarius anapæsticus. 207 et 208 trochaici septenarii. 209 anapæst. octonarius. 210 anap. septenarius. 211 trochaicus octonarius. 212 iambicus octonarius. 213 anapæsticus octonarius. 214 iambicus octonarius. 215 anapæst. dimeter catalecticus.

201. *conmentum*, cf. Casin. 223. Amorem ait se primum tormentorum omnium inventorem putare. — 202, cf. Cas. 206. — De scriptura „ui" v. ad Most. 106. *foris* olim emendatum. — 203. Septenarius constet, si aut „atque" deleatur aut „anteeo" legatur. — *cruciabilitates* hoc uno loco Plautus dicit, sæpius „cruciabilis" et „cruciabiliter". — 205. *nubilam*, nubibus involutam, ut, ubi simus, ægre conspiciamus. *mentem animi*, cf. ad Epid. 529. — 207. *mihi omnia ingenia sunt*, modo hoc modo illud mihi ingenium sive animus est. Ut versus anapæsticus fiat, Weis.: „ita mi omnia nunc ingenia insunt". — *lassum animi*, fatigato et fracto animo, cf. Ter. Andr. 304: „animus lassus cura confectus stupet". — „*adpetit*, invadit, petit, ut gladiator adversarium" Lamb., cf. Cæs. B. Civ. II, 35: „humerum apertum gladio appetit". Cic. p. domo 5, 13: „se lapidibus appetitum, etiam percussum esse". — 209. *lactat*, allicit, cf. Non. p. 16, qui explicat „inducere vel mulcere". — 210. *dissuadet* olim emendatum. *id* addidi, ut septenarius constaret. — 211. *experitur* iam ab antiquis editoribus correctum, v. ad Merc. 758. Poen. 1405. — *amantem* et cett. codd. et in B emendatum est. — 212. *eo pessum*, cf. ad Aul. 594.

Post v. 214 incipit magna illa lacuna, quam supra p. 174 commemoravimus. Eo pertinere videntur quæ, ut in A legerat, edidit Maius Plauti Fragment. Ambrosian. p. 17; sed et exiguam eorum partem legit, nec numquam in legendo erravit.

Prima scena trochaicis septenariis scripta fuit. Alcesimarchus domum suum introiturus ibi pro Selenio Gymnasium invenit. — 218. pro „tota" *tu* scripsi. Alcesimarchus Gymnasium vetare videtur suis rebus manum admovere; ea numquam respondet eum fideliorem custodem inventurum. — 225. *ut sic orbatus sim* pro corruptis, quæ edidit Maius, reponere ausus sum. — 227. „mecum" priore loco errore scriptum delevi. — 228. *Compecti sit* corruptum est; num „Compedes . ."? — Proxima quoque aut admodum corrupta aut male lecta videntur. V. 229 pro „tribus" fortasse „quibus" scribendum. 232 pro „est" Ladewig. „es" voluit, ut Alcesimarchus a Gymnasio quærat, quid sibi consilii det. Sed quod unum consilium dari potest, id v. 257 sq. legitur senariis scriptum, ut ad aliam scenam pertinere appareat, ac fieri potest, ut scribendum sit: „quis auctor nunc mihi est?"

Ut ut est, Alcesimarchus iam abisse videtur, ut Selenium suam quæreret; Gymnasium autem intro it, ut abitum ex ædibus Alcesimarchi, quas, postquam ipse rediit, iam relinquere potest (v. 264), præparet. Eius verba sunt 235 sq., quæ Nonius servavit corrupta illa quidem, sed ita ut facile emendari possint.

Alcesimarcho autem digredienti amicus quidam maior natu (v. 255) obviam factus videtur, quicum miserias suas communicat consilium et opem eius implorans. Trochaicis septenariis scripta fuit prior scenæ pars, quo pertinent 237—38 a Gellio servati, quibus adolescens amicum fortiter agere iubet, hic suum esse hoc negat. 238. *Potin es* scripsi. Adolescens magis magisque incensus iam in furorem vertitur, ut arma postulet et exercitum ad ædes lenæ expugnandas. Hæc mutato metro senariis scripta sunt. 240—260 Studemundus in Herm. I p. 299 edidit, cf. Ind. schol. Gryphisw. 1871—72 p. 9. — 240. Hiatus in cæsura ante *et*, nisi forte „arma mihi" transponendum. — 243 sq. Exercitum vult magnum, sed expeditum, *hastatos* et *velites*. Sequitur, si Studemundo credimus, hic et 248 „Multos cum

multis". Sine dubio fuit *cum peltis*, nam levis armaturæ milites vult, ut celeriter res agi possit; graviores milites abiicit. Itaque mox etiam *triarios* scripsi, quam vocem Varro L. L. V, 89 ex altero Plauti loco affert: „Agite nunc subsidite omnes, quasi solent triarii". Studemundus „precario" sibi legere visus erat. — Sententia interrumpitur; deest verbum „conquire" aut simile quid. Hoc non curat excitato animo adolescens; queritur quod exercitus nondum adsit. — 245. Amicus eum aut insanire dicit aut somniare. Quare hic suppleverim: „Uigilasse credo noctem". — 249. *postid*, v. ad Cas. 120. — 250. *omnia* Studem. supplevit, sed præterea „peruorse" voluit. — 252. *non praesens quidem*, abfuisse mentem suam significat, cf. 206. — 253. *Praestigiator*, cf. ad Amph. 775. Versus syllaba longior est; Studem. „es" delebat post „praestigiator"; ego malim: *non es atque es*. — 254. *toxico*, cf. Merc. 464. Fest. 355. — 258. *Expurges* sc. te, quod alibi additur, ut Mil. 499, cf. infra 260. Capt. 614. — *blande per precem* legendum esse docet Studem. Ind. sch. Gryphisw. 1871—72, p. 9, cf. Capt. 243. — 260. Hiatus in cæsura; S, quod in A ante „omnia" exstat, errori debetur; locum recte scriptum affert Nonius p. 164, Festus p. 274 corrupte et cum lacunis. *ad raucam rauim*, dum raucus fiam, v. ad Aul. 328.

261 sq. Fragmentum scenæ iambicis septenariis conscriptæ Maius ex parte legit, accuratius et plenius Studemund. Ind. schol. Gryphisw. 1871—72 p. 13. Postquam abiit ad Melænidem Alcesimarchus, pater eius senex advenisse videtur eum quærens. Qui quum Gymnasium ante ædes videt, statim pulchritudine eius capitur. — 261. *Mulierculam. Ea* scripsi; Maius p. 19 „Muliercula mea", ac fateor me hiatus rationem reddere non posse. *ornatula* quoque nescio utrum Latine pro „ornata" dici possit an librarii error sit; etiam numeri suadent, ut „ornata" scribatur. *scitast* scripsi, i. e. bella est, cf. ad Truc. 924. Ter. Phorm. 110. Andr. 486. Si ita ornatus esset, ut formam eius deceret, se eam amaturum esse dicit. — 262. *cantherius*, v. ad Aul. 487. — 263. *Adhinnire* Priscianus III p. 617 hunc versum afferens. Cum simplici accusativo verbum iungit etiam Apulei. Metam. VI, 28: „virginis delicatas

voculas adhinnire tentabam". — 264. *sola nulla inuitior solet esse*. Senex ipsam intelligit, Gymnasium aliud voluit; quæ quoniam sibi hoc opportune evenisse dicit, fieri non potest ut Selenium intelligatur; ipsius mater intelligenda est, quam brevi videbimus filiam suam arcessere. Gymnasium iam ante quam eam mater arcesset, in animo habuisse videmus, ut ad eam se conferat, ac, nisi fallor, ea de causa ex ædibus exiit. — 267. *exconcinnauit* Studem. l. l., voc. non alibi inventum, sed cf. „expoliuit" 269. „Talem" inquit „fere sententiam expresserat Gymnasium: Ut lepidum est unum amatorem amare posse, sic ut Selenio licet". Sed in principio versus 268 *Ut qui* lectum est, ut hæc potius sententia fuerit, non mirum esse Alcesimarchum ædes tam lepide ornasse, quippe qui Selenium perpetuo suam fore cogitaverit. Itaque tale quid suppleverim: „Ut qui amicam sperauerit" vel „Ut qui sancte iurauerit, eandem se amare semper". „desiderer" Maius legit, Studem. nihil; mox „duris" Maius, „duus" Stud. — 269 egregie restituit Stud. — 273. *Ita pol quom* de coniectura scripsi, nam quod Studem. legit „Ut postquam" ferri non potest. — *de opinione*, cf. Rud. 1079. — 275. *Hoc*, v. ad Pseud. 646. Pers. 774. — 276. *inlecebra*, v. ad Trucul. 182. — Reliqua, quæ ex Mai apographo solo nota sunt, intelligi non possunt. Addidimus ea fragmenta, quæ eundem versum, septenarium iambicum, ostendunt.

301—2 Gymnasii verba ad senem esse possunt. Metri causa „uos" delendum videtur. Tum *senices* scribendum, quamvis Priscianus altero loco etiam genetivum senicis Plautum protulisse dicat.

303 fortasse eiusdem Gymnasii verba sunt. Priscianus affert propter deminutivi formam *recula*, quam nuper etiam Ciceroni p. Sest. 51, 110 restituit Latendorf.: „rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosophorum reculam perduxit."

304. Nonius p. 72: „*Altili*, non solum pingue, ab alendo, uerum etiam opulentum. Plautus Cistellaria: Prohibet cett." Narrari videtur, Alcesimarchum magnis divitiis et grandi dote cogi ut uxorem ducat.

305 Gymnasii verba arbitror seni narrantis, se Selenium ut germanam sororem amare.

306. Senariis scripta erat scena, qua Gymnasii mater filiam ab ædibus Alcesimarchi secum abducit. In primo versu Prisciani codd. plerique „tunc" habent. — 307. Fest. p. 372: „Vegrande significare alii aiunt male grande, ut vecors, vesanus, mali cordis, maleque sanus, alii parvum, minutum, ut cum dicimus vegrande frumentum, et Plautus in Cistellaria: Qui nisi itures nimium is uegrandi gradu". Locum emendavit Gulielmus. — 308—9 ad illa respondere intellexit Ladewig. Mus. Rhen. III p. 529. Lena filiam properare iubet; illa meretricio more se excusat. *Cursura* sæpius apud Plautum legitur, atque etiam apud Varronem; *ad cubituram* (pro „ac c.") et *ad cursuram* (pro „a cursura") Muretus em. *cubitura* ad illius exemplar formatum.

310 sqq. Colloquium, atque adeo convicium, inter Melænidem et Alcesimarchum trochaicis septenariis compositum est. Initium periit, nisi quod pauca quædam in Ambrosiano (p. 323) legit Studemundus Ind. schol. Gryphisw. 1871—72 p. 11. — 310, qui septimum locum obtinet ante eum, qui in codd. Palatinis primus est, promissum vel ius iurandum habet adolescentis, se Selenium vel invito patre uxorem ducturum, cf. 323 et 327. — 311 veri similiter restituit Studemundus. Melænis ius iurandum amantis reiicit; malum ius esse dicit, ut in Pseud. 197 Ballio leno laniorum, „qui item ut nos iurando iure malo male quaerunt rem", non sine verborum lusu, v. comment. Hic eadem ratione amantis ius iurandum confusum esse ait, „quasi quom una multa iura confudit coquos" (Most. 271); *confusicius* alibi non exstat, sed recte formatum est, v. Studem. p. 12 annot. 10. — 317. *facetu's*; quid dixerit, ignoramus. — *Lemnia*, Demiphonis filia Lemni nata, v. 355. — 318 sqq. Opibus, inquit, et potentiæ tuæ cedo; sed ius iurandum, quod feci, me numquam filiam meam tibi dedituram (cf. 324), servabo; tu

peierasti, et si tibi dolebit, iure eveniet, quia deorum iram periurio provocasti. *factio*, cf. ad Aul. 160. — 322. Orationem adolescentis interrumpit lena, se idem optare dicens, sc. ut eum dii perdant. Sed interpellationem non curans Alcesimarchus orationem suam absolvit. v. ad Amph. 1136. — 323. *umquam mihi* A. — 324. Post *tibi* hiatus: Mueller. transp. „tibi umquam". — 325. *Patierin me periurare?* A. Iuraverat enim se Selenium uxorem ducturum. — *Atque*, v. ad Epid. 380. — 327. *Alibi quaere* A, v. Studem. Ind. schol. Gryph. 1871—72 p. 11. — *tuo iurando iuri* id., cf. Pseud. 197: „qui item ut nos iurando iure malo male quaerunt rem". Sic. p. Coel. 22, 54: „iurisque iurandi". Iuven. 13, 201 sq.: „fraudem iure tueri iurando". Alia quoque tentari posse ait Studem., velut „ubi iure iurando isti". — 328. *confregisti tesseram*. Amicitia et hospitium, quod antea inter nos fuit, exstinctum est; fracta est hospitalis tessera, v. ad Poen. 956. — 329. *Face periclum*, utrum fidem servaturus sim an non. — 330. *Inter nouam rem*, in nova re, cf. infra 553. Stich. 678: „inter illud negotium". Cic. p. Milon. 1, 2: „inter tantam vim armorum". — *uerbum uetus*, cf. Merc. 760. Asin. 202. — 331. *relicuum*, cf. 186. — 334. Commentando sive meditando se occupatam esse ait, ut audire non possit, quæ dicat. — 336. Errore codd. a voc. „igitur" Melænidis orationem incipiunt. Quum illa aliud se agere dixisset, Alcesimarchus *Quid agis agitur?* inquit, et comicorum modo ad aliam verbi vim transiens addit, se ei dicturum esse, quid agat, i. e. quid ex factis eius eventurum sit. — Post *animum* hiatus in cæsura. Mueller. „aduorte huc" scripsit, Speng. „uti". — 337 affert Priscianus II p. 581: „At ita me di deaeque superi inferi et medioximi". *At ita me*, sollemne iurandi principium, cf. Capt. 616. Curc. 577. al. — *medioxumi*, i. e. medii, cf. 445. Ut omnes omnino dei comprehendantur, superis et inferis adduntur etiam, qui medii inter utrosque interiecti sunt, ne terrestre numinum genus, velut Fauni Nymphæque, exclusum sit. — 338 sqq. Perturbatione animi commotus adolescens deorum rationes inter se confundit: Iunonem Iovis filiam dicit, Saturnum patruum, Opem aviam eius. 339 sq. affert Priscianus

VII p. 752 „eius patruus" scribens. — Melænis errores eius corrigit; quod postquam bis fecit, v. 341 mirabunda exclamans hos errores repetit. „et" post „patruus" errori debetur. *summus Iuppiter* aut nominativus pro vocativo est, v. ad 51, ut sit idem quod „summe Iuppiter" Amph. 773, aut sententia interrupta est, ut desit: „te perdat!" — 342. *delenis*, mentem perturbas, cf. ad Amph. 837. — 343. „Anne . . . sciam" codd. Hæc Alcesimarchi verba essent; sed quomodo fiet, ut qui ipse dicere pergat, consilium alterius comperiat? Both. „ut" delebat. Weis. „ut . . . . scias ed.; sed tum necessario scribendum: „quid consulturus sim". Ego interrogandi particula sublata totam orationem Melænidi continuavi. — 347. *minuti*, cf. Cas. 311. — *patellarii*. Vulgo interpretantur, quibus epulæ in patellis apponebantur, cf. Varr. ap. Non. p. 544: „oportet bonum civem legibus parere et deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας", cf. Preller. Röm. Mythol. p. 491. Nec habeo melius, nam quod Becker. Quæst. Plaut. p. 19 simulacra deorum in pateris efficta intelligit, coll. Cic. Verr. IV, 21 sq., minime est veri simile. Sed si vox ipsa incorrupta est, saltem numeri non sunt sani; Mueller. „patellularii" coni. — 348. *umquam dem* scripsi, ut lacunam explerem, quæ in cod. B indicatur. „dem" iam primi edd. addiderant. — 349. Numeri vitium arguunt, nec „meque" ferri potest. Satis iam exaggeratum est, quod ter se easdem interfecturum dicit, sed prorsus ineptum foret, si hoc etiam post suam mortem se facturum minaretur. Sine dubio scribendum: *Nisi ego teque filiamque tuam hodie o.* — 350. *Post* Both. — *cum primo luci*, v. ad Aul. 741. — 351. *Et equidem*, cf. Stich. 592. — *pedatu* Camer. ex Nonio, qui p. 64: „Pedato positum pro repetitu vel accessu, quasi per pedem, sicuti nunc quoque dicitur tertio pedato. Cato Originum lib. I: igitur tertio pedato bellum nobis facere. Idem in Dissuassione de feneratione: tertio autem pedatu item ex fenore discordia excrescebat". — *omnis*, qui in ædibus eius sunt, nisi forte „omnino" scribendum. — *efflixero*, cf. Asin. 811. — 352. *Nisi remittis*, cf. ad Cas. 692.

353. Postquam Alcesimarchus abiit, Melænis, quamvis se numquam cessuram affirmaverit, timere tamen incipit et ama-

torem placare cupit; sed una placandi ratio est, ut Selenium remittat. Hoc quum nolit, tamen quidvis patiendum ei videtur, ne insanus ferro grassetur et puellam interficiat. Mueller. Prosod. p. 38 iniuria totum locum a Plauto abiudicat. — 354. *ubi odium occeperit*; nam præ nova nupta veretur ne priorem odisse occipiat. — 356. *amens* B. quod verum videtur, quamvis offendat dactylus „persequar". Fleckeis. „ne amens" scribebat. — 358. *Non licet*, olim emendatum, sc. agere, cf. ad Mil. 222: „propere hoc, non placide decet". — *perdam operam*, quam impendam in placando amatore ita ut puellam non reddam. Cum his versibus Ladewig. Mus. Rhen. III p. 521 comparat Menandri fr. inc. 68: *ἐμὲ δ' ἀδικείτω πλούσιος καὶ μὴ πένης· ῥᾶον φέρειν γὰρ κρείττονος τυραννίδα*, sed hæc alio spectare videntur. — 359. *huc contendit* Both. Lampadionem currentem videt. Quid uelit ignorat, sed novum aliquem timorem animus ei præsagit.

361. Senarii, sed codd. longiores versus faciunt. Diverbium indicant BE. Lampadio servus matrem Gymnasii, quæ olim puellam expositam sustulerat, invenit. Negantem et omni ratione fallere conantem tandem promisso vini dolio eo perduxit, ut rem fateretur. — 362. *at* scripsi, nam „ut" cum „quot modis" parum congruit, nec quum multa abundantiæ exempla apud Plautum sint, huic simile inveni. — 363. Excidisse vocem numeri ostendunt; antiqui edd. „Sibi moderatrix" scripserunt, ego *linguae* addidi. — *immemorabilis* activa significatione (v. Madv. Gr. Lat. 185 ann. 1), quæ nihil memorare aut narrare velit; passiva vi Curc. 8, ubi vid. — 364. *blanditias*, sc. adhibui, zeugma, cf. Rud. 206. — 365. *admoenivi fabricas*, i. e. admovi, ut a quibusdam correctum est; sed nihil obstat quominus Plautus et Pseud. 385 „oppidum admoenire" dixerit et h. l. illud; alterum præpositioni, alterum verbo obiectum est. — 366. *exsculpsi*, extorsi, cf. Ter. Eun. 712: „Possumne ego hodie ex te exsculpere uerum?"

368. Audita servi voce Phanostrata ex ædibus suis egreditur, ut si quid investigaverit audiat. — 369. *Mei Lampadisci serui*, v. ad Amph. 1093. De deminutiva nominis forma v. ad Casin. 698. — 374. Post *pacto* hiatus in cæsura. —

Hippodromi equestrium certaminum causa apud plerasque Græcorum urbes erant, non magnifice exstructa aedificia, sed loci natura ad talem usum apti. — 375. „nostram filiam" Both., ne versus cæsura careat. — 376. „LE. Horret" B, sed LE. in rasura, ut hic quoque ab initio LA aut LAM fuisse videatur.

cor salit, cf. ad Capt. 631. — 380. *res sit gesta* scripsi; alii: „gesta res sit".

Post v. 380 quamvis in codicibus nihil significetur deesse, tamen maiorem lacunam esse apparet; nisi fallor, integrum folium excidit. Nam verbis v. 391 „Illaec te anus" cett. Lampadio Gymnasium se allocutum esse dicit, cuius rei in antecedentibus nulla mentio facta est. Narravit autem, se una cum anu filiam vidisse, quam illa ex Alcesimarchi ædibus arcessierat, eamque pro exposita puella habuisse. Hoc igitur loco inserui fragmenta quædam apud grammaticos servata, quæ ut intelligeretur qua ratione huc pertinere posse censerem, exempli causa supplementa cursivis litteris addidi. — 382 sqq. Servus, qui meretricem pro filia Phanostratæ habuit, animadvertit, eam vulgari scortorum generi minime similem fuisse. Harum autem foedam admodum speciem servili more depingit. Eas cum *limacibus* comparat, de quibus Varro: „limax a limo, quod ibi vivit". Ad 383 Varro: „*diobolares* a binis obolis, *schoenicolae* ab schoeno, nugatorio unguento, *miraculae* a miris, i. e. monstris". Festus autem p. 329: „Schoenicolas appellare videtur meretriculas Plautus propter usum unguenti schoeni, quod est pessimi generis". Immo *χαμαιτύπαις*, v. ad Poen. 265. — 384, quem Festus p. 329 cum antecedenti iungit, a Prisciano III p. 611 propter deminutivum *crusculum* affertur: „Plautus in Cistellaria: Cum extortis talis, cum todinis crusculis", sæpiusque apud Festum, Epit. p. 52: „Crocotillum valde exile; Plautus: Extortis talis cum crocotillis crusculis". p. 301 s. v. Sucrotilla: „[Plautus in de]scribendis mulierum cruribus in Syr[a: cum extortis] talis, cum sodellis cr." p. 352: „Todi sunt [aues paruae], quarum Plautus in Syr[a: cum extor]tis talis, cum todillis cru". *extortis* scribendum est, non „extritis", quoniam Festus p. 52 cum Prisciano congruit. Tali autem, quo exiliora crura sunt, eo magis apparent. Alterum adiectivum *todillis* apud Festum

p. 352 et Epit p. 353 recte scribi puto. Quod autem in duobus Festi locis hoc in Syr[a] Plauti scriptum dicitur, apud Priscianum in Cistellaria, eo minus dubitandum, quin eadem fabula significetur, quoniam, ut vidimus, Festus p. 329 huius versus initium cum eo iungit, quem ex Cistellaria Varro affert; v. supra p. 175.

Cum v. 384 non nulli editores coniunxerunt versum: *Scrattae, scrupipedae, strittiuillae, sordidae*, quem Varro L. L. VII, 65 „ibidem" exstare dicit, Gellius autem III, 3, 6 Nervolariæ vindicat, et Favorinum ait, quum eam fabulam legeret, delectatum faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium hæc dixisse: „Vel unus hercle hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse"; nec dubitari potest, quin Nervolariæ tribuendus sit, v. Ritsch. Parerg. p. 474. Sed nihil obstat, quo minus versum 384 excipiat is, quem affert Nonius p. 108: „Excissatum, laniatum, vulneratum. Plautus Cistellaria: capillo scisso atque excissatis auribus", quippe quas inter rixam amatores male vexaverint laniatis capillis et inauribus avulsis; *excissare* enim frequentativum est exscindendi.

386. *purgitent* scripsi; Both.: „purgitas". Ad eandem prostibulorum descriptionem hæc pertinere ratus vv. 387 sq. addidi.

389 affert Nonius p. 63 sq.: „Mustulentum et uinulentum ut feculentum. Plautus Cistellaria: nam . . . attigit"; ut sit odor musti aut musto oblitus ac madens" et p. 415: „Ventus etiam significat odorem. Plautus Cistellaria: Ita mustilentus ventus naris obtigit". Verior autem sine dubio ea est versus forma, quæ priore loco affertur. Hunc versum fuerunt qui cum 263 coniungerent, quasi de odore equæ senex loqueretur; sed hoc et metri genere et ipso palimpsesto redarguitur. Quid si servi verba sint cum foetidis scortis dulcem Gymnasii odorem comparantis? Totus versus cum Curc. 96 comparari potest; sed ad proprium vini odorem quomodo in hac fabula referam, non invenio. — *attigit* præsens videtur, v. ad Bacch. 442.

391 eodem modo antiqui editores suppleverunt. — 392 supplevi. — 394. *reuoco* olim emendatum. — 395. *condocere* Cam. — 396. *talenta magna*, v. ad Aul. 301. *uiginti*, ingens sane

summa, v. Geppert. Stud. I p. 48. *dotis*, v. ad Merc. 695. — 397. *Non enim*, v. ad Rud. 910. Sed locus corruptus. Acidalius „Non mane hic“ coniecit; ego: „Non enim duco (sc. te eo), ubi“, aut: „Non enim, ut hic, ibi“; sed tum exspectaretur „quaeres“. — *ex Tusco modo*, ex more Tuscorum. De Etruscis hoc alibi non legimus, de Lydis autem, unde Etruscos ortos credebant, Herodot. I, 93: *τοῦ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι συλλέγουσαι σφίσι φερνάς*. Cf. quæ Theopompus de Etruscorum impudicitia et luxuria narrat ap. Athen XII p. 517 d sqq. Horat. Od. III, 10, 11: „Non te Penelopen difficilem procis Tyrrhenus genuit parens.“ — 400. *ut sit de ea re*, quomodo hæc res se habeat, cf. 82. Ante *eloquar* hiatus, cf. Proleg. p. 183. — 401. *illam*, Gymnasium. — *suadela*, persuadendo. — 403. *deserat*, cf. ad Rud. 130. infra 470. — 408. *At me perditis*, quasi „servate“ indicativus esset, non imperativus. — 409. *Quoi* Cam. — 411. *oppido* add. antiq. edd. — 414. *Obsipat aquolam*, adspergit aquam. Fest. Ep. p. 311: „Supat, iacit, unde dissipat disicit, et obsipat obicit, et insipat, hoc est inicit“. — 416. *Perii, si* Ritsch. Neue Pl. Excurse p. 88. „ne“ ex initio proximi vocabuli ortum videtur. — *hoc longe*, tantillum, v. ad Most. 385. *destiti* olim emendatum. Numquam se desiisse ait, quo minus instaret — 416. *si hercle*, cf. ad Stich. 612. — 418. *monstrare*, cf. ad Asin. 597. — *At* B. — 420. *Suam beneuolentem*, v. ad Trin. 46. — *conuenire*, conventuram, cf. ad Asin. 439. — 422. *indicabit* Camer. — Post hunc versum versus excidit velut: „Quo seruet, meas res perdet. Timeo nunc iam“. Superiores proximum versum mutarunt, velut Camerrarius: „Ad meas miserias addet. PH. Fac me consciam. Quid“, parum feliciter. — 427. *in quaestione* Cam., v. ad Capt. 252. — 428. Versus causa *ego* aut delendum est aut transponendum, velut „Ad anum ego recurro“. — 429. *cura*, cf. Mil. 203. — *perfectum dabo*, cf. ad Mil. 210. — 430. *Deos teque spero*, cf. ad Cas. 325. — *abeas* edd. Sed „uti“ pravum est; *tu* scripsi. Brix. Annal. phil. CI p. 764 minus probabiliter: „Eosdem oro ego ut“.

431. Regressa in ædes Phanostrata Melænis, quæ omnia audivit, prodit et Lampadionem alloquitur. *Adulescentem*

eum appellat, ut accurate exigenti puer fuisse censendus sit quum Selenium exponeret. — 432 *ampliter*, v. ad Bacch. 674. — 437. „deiciam", quod B habet, est *dicam*. — 440. *Certo* codd., nec sequendi videntur, qui, credo ne pro adiectivo habeatur, „certe" scribunt. — 447. *uxor* priore correpta. Muell. „obit" — 448. *confragosum*, impeditum, cf. Men. 578. — 449 „et" del. vett. edd. — 456. *susum*, v. ad Amph. 1001. „iam" aut delendum aut „in" scribendum, ut Camer. — 457. „Ei" est *I*, v. ad Casin. 194. — 460. *necessus*, cf. ad Mil. 1112. — *ingratiis*, cf. Cas. 181; quid sibi velit, proxima uberius explicant.

---

465. Post breve intervallum, quod tibicen explevisse videtur, v. Proleg. p. 169, Melænis in scenam redit una cum Selenio, cui iam omnem rem narravit. Trochaicis septenariis scena scripta est. — 465 Seyffert. Philol. XXIX p. 402 „Sequere hac me" postulat, ut Trin. 1. — 468. Versus iusto brevior; vulgo ab initio „Meum" addunt, quo facile caremus; sed *consulam* per se non est aptum. Itaque *aequi* addidi, cf. „aequi bonique facio" Ter. Heaut. 788. „boni consulas" Truncul. 426. — 469. *Nam*, v. ad Asin. 122. — *crepundia*, v. ad Mil. 1391. — 471. Post *Halisca* hiatus in diæresi; edd. male „atque" addiderunt. — 472. *propere ocius*, Plautina abundantia, cf. ad Aul. 256; errant qui „propera" corrigunt.

473. Exit Alcesimarchus cum gladio se ipse interfecturus. — 474. *Periimus* Cam. — *me* codd., nec „mi" corrigendum. *hac* significat per pectus; dextrum latus non feriet, quoniam gladium dextra tenet. — 475. *tenet* Weis; Muell.: „ut ferrum tenet". — 476. *Ecquid agis?* Se hortatur ut strenue agat. — *Remorare*, cf. ad Mil. 942. Poen. 1227. 1230. — 477. Audita Selenii voce Alcesimarchus se convertit, subitoque accurrens eam arripit omnemque mortis mentionem abiicit. — 478. *si—seu*, v. ad Curc. 4. — 479. Apparet, inquit, te non voluisse severum illud iudicium exsequi, quod minatus eras v. 349 sqq., ut nos interficeres. Vulgo prave intelligunt „ut te interficeres", nam severum Nonio teste esse sævum, quod non ita est. — 481. „adglutinandam" scripserunt edd., et Lambinus interpre-

tatur: „Deliberatum est mihi eam dare totam ad me adglutinandam, hoc est eam totam ad me adglutinare"; quod vereor ut Lambinus ipse Latine dici posse crediderit. Immo scribendum ut feci: *adglutinabo, dum tibi*. De verbo cf. Men. 337. — 482. *pessuli* fores cum liminibus superiore et inferiore iungunt (v. ad Aul. 104), *repagula* cum postibus. Servos advocat, ut quum primum ædes intraverit, ianuam post se occludant. — 483 *Ilico ubi* scripsi. — 484 sq. *haec eadem*, quæ Phanostratæ narranda erant. — 485. *si* olim emendatum. „Sic" post rasuram et in B et in E correctum est; uterque ab initio „set" habuisse videtur. *si possum*, v. ad Trin. 921. add. Poen. 1061. Pers. 608. Rud. 880. Catul. 42, 23.

-

486. Lampadio Gymnasii matrem iterum convenit. Ea vero tantum abfuit ut Melænidem indicaret, ut iam omnia, quæ ante fassa erat, præfracte negaret *magis excruciabilem*, cruciatibus digniorem. De ordine verborum cf. ad Amph. 721. — 487. *quaene*, v. ad Amph. 690. Ordo legitimus esset: quaene infitias eat ea, quæ dudum fassa est, v. ad Mil. 1296. — 490. *Faciundum est puerile officium*, puerorum more agam, v. ad Asin. 172 et Stich. 18. Rhet. ad Herenn. IV, 34, 46: „canes funguntur officiis luporum". al. Nam ubi cistellam in terra iacentem conspicit, ut accuratius quid insit examinet, puerorum more inclinato corpore subsidit, id quod proprio nomine Græci ὀκλάζειν dicunt, Latini *conquiniscere*, v. ad Pseud. 868. Locus ex Nonio emendatus, qui p. 84: „Conquiniscere et oquiniscere inclinari significat. Plautus Cistellaria: faciundum est puerile officium; conquiniscam ad cistulam". Cf. Priscian. X p. 885: „Conquinisco conquexi; est autem conquinisco caput inclino. Pomponius in Vacca vel Marsuppio ait: Simul intro ueni, accessi ad patrem, prendi manum; In terram ut cubabat nudam, ad eum ut conquexi, interim Mulieres conspiciunt". Unde apparet turpiter errasse Salmasium, qui obscenam hic inesse significationem putaverit. — 491. Phanostrata quum primum servum redisse animadvertit, domo egreditur. — 493. *Super*, v. ad Cas. 234. — 494. „infitiare" codd. sed et activa huius verbi forma

inaudita est, et „ea“ plus quam abundat. Itaque scripsi *infitiari eam*. Camerarius dederat: „infitias ire“. Infinitivus ut antecedens a nuntiandi verbo pendet, nec opus aut cum Weisio „infitiatur ea“ aut cum Muellero „Quae omnia infitias eat“ scribere. — 495. *Quam* omissum esse, et ipse olim intellexeram et Seyffert. Stud. p. 17, qui hanc particulam ante „illam“ inserit; sed potius credo eius loco in codd. male „Nam“ scriptum esse. De ordine sententiarum cf. Bacch. 510. Cas. 112. — 499. *Pergin?* Cam. — 501. B post rasuram habet: „ecastor ais ha memoro“. *cassa* Cam. em., i. e. vana, cf. Lucret. III, 1049: „Sollicitamque geris cassa formidine mentem“. Cic. Tusc. V, 41, 119: „cassum quiddam et inani vocis sono decoratum“. — *Nam* interrogativum est, v. ad Amph. 548. Sed Lampadioni hæc danda sunt, cuius notæ spatium in codd. vacat. Editores priores omnia Phanostratæ continuarunt omisso eius nomine in medio v. 503, ubi in codd. exstat. — 502. *An quis* Seyff. Stud. p. 17. — 503. *subueni* scribendum; deam invocat, cf Bacch. 888. Merc. 855

504. Halisca ancilla redit cistellam, quam amisit, quærens. Canticum variis numeris conscriptum. 504 anapæsticus tetrameter. 505 iamb. senarius. 506 sq. tetrametri bacchiaci. 508 anapæst. trimeter catal. 509 iambicus dimeter cum dipodia trochaica. 510 iambus cum tripodia trochaico. 511 sq. tetrametri anapæstici. 513—19 tetrametri bacchiaci. 520 constat ex penthemimere iambico repetito. 521 tetr. anapæsticus. 522 dimeter anap. 523 tetram. creticus. 524 dimeter creticus cum tripodia iambica. 525—27 bacchiaci tetrametri catalectici. 528—29 iambici septenarii. 530—32 tetrametri anapæstici. 533—35. tetr. anap. catalectici.

504. *opis* olim emendatum. Syllaba versui deest; Muell. „ego habeo“ proposuit aut „mi exspectem“; Speng. „habebo“. — 505. *Itaque*, v. ad 12. — *petulantiam*, negligentiam. — 506. „ueniant“ BE, quod si verum esset, ante hunc versum lacuna statuenda esset, cuius equidem nullum video vestigium. — 507. *me* Both. — 508. „quamne“ si verum est, sententia abrumpitur post „cistellam“; sed ea in antecedentibus non commemoratur, ut legentes non possint non „quamne“ ad eram referre. Sine dubio *quam* scribendum; Mueller. p. 41: „Nam

quam". — *tenui atque accepi* olim emendatum. — 511. *audit* item. — 512. „Si" del. Both. Idem: „quis sustulerit". — *iter* olim emendatum. — 513. *scitior*, v. ad 74. — 514. Viros ait semper gaudere, ubi mulieribus male eveniat. *sunt lubentes* i. e gaudent, cf. Asin. 266. Terent. Ad. 756: „Hilarum ac lubentem fac te gnati in nuptiis". Cic. ad Attic. II, 4, 2: „animo æquo, immo vero etiam gaudenti ac libenti". Ac fortasse recte sic emendatum Pl. Pers. 759. — 515. *noscitabo*, cf. ad Epid. 536. — 516. Post *nemo* hiatus; Speng. „homo" addidit. — *præteriit*; Muell. Prosod. p. 358 „præteriisset" postulat, sed v. ad Pseud. 287. — 517. *Quid hic?* Taubm. explicat: „Quid hic iacere dico?" Immo, si vera scriptura est, potius explicaverim: „Quid hic faciendum?" ut alibi „quid istic?" v. ad Bacch. 1046. Quæ in BE lacuna indicatur, nihil aliud quam membranæ vitium fuisse videtur. Sed pro *periit*, quod metrum turbat, Speng. recte videtur *perii* scripsisse. — 518. *ilicet*, v. ad Amph. 334. Capt. 468. — *scelestam*, v. ad Asin. 473. — 519. *perdita*. Spengelii coniecturam Reformvorschl. p. 213: „periit" præter numeros nihil commendat. — 521. „*intus*, in pectore se pavore consumi, *foris*, in tergo verbera se metuere dicit", Taubm. — 522. *Illo* ineptum est; Mueller. „Nimis" substituit. — 524. „quae" una cum „illa" ferri non potest; hoc ex errore proximi vocis ortum videtur. *et* addidit Seyff. Stud. p. 18, cf. Rud. 1070. „Hoc neque isti usus est et illi miserae suppetias feret". — 525. *segnius* scripsi, nam „secius" a sensu abhorret. — 527. *inuestiges*, mutatio modi numeris debetur. — *augura*; exempla tam formæ quam significationis vid. ap. Non. p. 469. — 528. *Hem, quid est?* Cam. — „Haec quoi" transp. Both., recte credo. — 529. *locum* olim emendatum. Sed etiam „eccum" corruptum est; Both.: „eum locum signat". *eccum eum* et ego olim et Langen. Beitr. p. 9. — *signat*, digito. — *Apparet*. Hoc sine dubio iure editores Phanostratæ dederunt, proxima autem Haliscæ. Verum „Sed is" non habent, quo referantur, nec credi potest et v. 530 et 534 ab iisdem verbis incepisse; quare hoc loco delenda putavi. — 531. Ante *oculis* in B spatium plurium vocabulorum vacat, nec tamen quidquam sententiæ deest. Fortasse vitium

aliquod in membrana archetypi fuit; sed animadvertendum est. in proximis nec *modo* nec perfectum *obiecit* ferri posse; præsens tempus requiritur; quare potius credo verba ante „oculis" in archetypo parum clare scripta post h v. iterata esse. sed non sine errore. Plautum scripsisse arbitror: „hic meis turba tamen se obicit oculis". — 532. *prorsum*, porro, v. ad Mil. 1186. — *hinc* olim emendatum. — 533. *liquet hoc satis; at* scripsi de coniectura. Camerarius: „hi qui sunt? attat", ubi et interrogatio prorsus inepta est nec interiectio apta, v. ad Amph. 259 — *singulum* singulari numero etiam Gellius XIX, 8, 5 — — 534. *hinc* olim em. — 535. *Actam rem ago*, cf. ad Pseud. 262. — *cum* addidit Acidal.

536 sqq. iambici septenarii. — 538. Ante *Postremo* apparet desiderari non nulla. quamquam librarii non animadverterunt Horum partem aliquam ex Nonio p. 482: „Plautus Cistellaria: *malum aufer, bonum mihi opus est*" restituit Gulielmus. Quæ restant utrum eodem versu comprensa fuerint, an duorum partes effecerint, ignoramus. Exempli causa scripserim: „Malum aufer; bonum mi opust. Adeam an non adeam? Postremo ille", vel „abeo. Non abeo, nam postremo" omisso „ille". — 539. *plus*, v. ad Bacch. 188. — 540. *uidisti*; Lampadionem alloquitur, v. 551. Male Bothius „uidistis", quasi spectatores alloqueretur Corruptum „quaerere" Douza frustra defendere conatur „acquirere" interpretans. Lambinus „auferre" reposuit, alii *tollere*. — 542. Ne secundus pes anapæstus sit, Weis „ut dudum" scripsit; possis etiam „currimus" scribere. — *uita*, cf. ad Trucul. 513: „me interfecisti paene uita et lumine". — 543. *Interimeret* Both. — Lacunam sic supplevit Camer.: „tum mihi puto prae timore hic excidisse"; nos paulo aliter. — 544. *quid dicat, uideamus* ego; Cam.: „Haec mulier nostra est; quin operam damus". — 545. „meae erae" Cam et B fortasse eius manu; „meae" om. Both. — 549. *signa ut dicit*, cf. ad Cas. 291. — 551. *alias res geris*, quia aversus cum hera sua loquitur. — 552. *cibus*, cf. ad Aul 529. *quod* relativum paulo solutius additur, nec tamen ideo „istuc" scribendum. ut fecerunt editores, v. ad Amph. 959. — 554. *impetrabis* scripsi; superiores: „impera et tu", quod ferri non potest; Mueller. Pros. p. 354

not.: „si quid est tibi opus, dice inpera; at tu Quid quaeritabas?" — 555. Hiatus post „homo" non est veri similis; Muell. „Heus. mi homo" voluit; malim: „O mi homo" aut „et tu, mea mulier". — 557. Cam. supplebat: „Qua aufugit quaedam, nescio quo mihi. (Both.: nescio quam dicam.) PH. Quid id est? LA. Quid nam est?" Ego propius vestigia codicum secutus sum. Consulto obscurius loquitur, quasi non cistellam quærat, sed servam. — 558. Hic quoque versus longe aliter supplendus erat, quam superiores fecerant: Cam.: „Alienum quod damnum afferat et moerorem familiarem"; Both.: „Nescio, alienamne hoc ego anne memorem familiare". Halisca cistellam dicit, donec domum reverterit, maerorem familiae allaturam. — 559. *Mala mers*, v. ad Men. 745. — 561. *Inuoluolum*, convolvolum dicunt Cato R. R. 95 et Plinius H. N. XVII, 264, erucam Isidorus Orig. XII, 5, 9: „Eruca frondium vermis in oleribus vel in pampinis involuta ab erodendo dicta, de qua meminit Plautus: Imitatus nequam bestiam et maleficam involutam in pampino". *folio* edd. — 562. *intortam*, involutam et obscuram, cuius sententia per ænigmata significatur. — 563. *hinc* I recte. Camerarius ceterique ex BE: „Cistella mihi hic, mi adolescens, euolauit". — 564. *In cauea* Weisius emendavit. — 565. *Mirum quin*, v. ad Amph. 743. — *uenalium*, mancipiorum. — 566. *si dicat quidem*, sed nihil dicere velle videtur. Becker. in Studem. Stud. I p. 152 voluit: „Age loquere tu, quid ibi inerat". — 567. *Crepundia una* nihil præter crepundia, cf. ad Bacch. 827. — 569. *ille quidam*, cf. ad Merc. 450. — 570. *quidquam* emendavit v. Ijsendijk. de Persa p. 97. — 571. Camer. lacunam sic supplevit: „LA. At enim ille quidam argentum expetit. HA. At nequicquam argentum expetit". Bothius autem, ne octonarius fieret pro septenario: „HA. At enim expetit nequicquam". Ego assumpta o littera, quæ in B et E exstat: „operam ut det, aliud sibi quam argentum expetit". — 572. Edd. Lampadioni hunc versum dantes: „ille quidam. mulier, in nulla opera gratuita est", quasi eiusmodi verbis significare posset, se nihil gratis facere. Immo Haliscæ verba sunt promittentis, operam, quæ sibi præstetur, non gratuitam fore. *numquam* addidi, quamvis lacuna in codd.

non significetur. — 573. Camer.: „Commoda loquelam tuam: tibi nunc proderis". Both.: „PH. Commodo loquelam iam tibi. HA. Num proderis?" Mueller.: „Comprime loquellam. Tuam tibi nunc, mulier, confitemur", aut: „Comprime loquellam tu tuam. Tibi nunc nos confitemur". Brix. Ann. phil. CI p. 764: „Doma loquellam tuam. Tibi nunc do operam: Confitemur". Ego: *Commoda loquellast; tu tibi nunc prodes.* — 576. *mihi te* Both.. — 577. „quis es tu" scripserim, ne „ego" ultimam producat. — 578. *Hariolare*, vera suspicaris, v. ad Asin. 313.

579 sqq. senarii. — 580. *Eloquere cito* iungenda, v. ad Amph. 290. — 585. Post *uiri* hiatus, quem defendit Luchs. in Studemund Stud. I p. 22 sq.; Mueller. „habitat mei uiri" volebat. — 586. „Ne obloquere" dici potuit, ut v. 583, quamquam parum veri similis est repetitio; sed „rursum" cum sequentibus recte iungi non potest. Itaque Camerarius: „Obloquere rursum?" Antecedens „Nae" autem Lampadioni tribuit, qui si nihil aliud dixisset, non erat cur matrona quasi obloquentem obiurgaret. *Ne* potius antecedentis versus initium esse videtur, qui talis esse potuit: „Neque mulier illic habitat; nam abierunt modo". — Ante hunc versum Palmerius et Lambinus parum feliciter inseruerunt versus ex Prisciano petitos, quibus meliores locos nobis invenisse videmur 263 et 389. — 589—91. Lacuna medias trium versuum partes hausit. Camer. in primo supplevit: „ut numerus annorum attulit"; sed *attulit* non est probat; subiectum eius Halisca est, quare *ut numerum eius annorum* scripsi. Both. „annorum numerum ut attulit". — 590 sq. Cam. sic supplebat: „HA. Quod quaerebas, reperisti; iam quaero meam. LA. At pol hae suas nactæ sunt, quaero tertiam" Sed in codd. est *Quid*, quare Lampadionem credo, quum Halisca oculis investigare non cessaret, ad eam conversum interrogasse, quid quaereret. In responso autem supplendo fuit quum „iam" pro „lam" scriptum putarem, ut „cistellam" scribi deberet; sed cautius, ut nihil mutetur, suppleri potest: *Ego etiam quaero meam*, ut se nondum suam invenisse significet. — 591. qui scurrilem aliquem iocum continuisse videtur, servi fuerit necesse est; supplevi: *At pol ego, quom duae adsunt, quaero tertiam.* — 593. Excidisse aliquid apparet, quamvis

lacuna in codd. non indicetur. Camer.: „Aequom est tenere per fidem quod cet."; sed comparanti vv. 596 et 600 aptius videtur *Aequom est ut reddas*. Ut hera mea tibi filiam tuam reddit, ita tu, inquit, mihi cistellam reddas. — 594. *sit malo*, male eveniat. — 595. *alumna* Camer. — 596. *Era*, quod Cam. post „redditura" inserebat, ego potius credo in principio versus pro „Et" substituendum esse — 599. *istunc esse malo* olim emendatum. — 601. *Quid fit?* Cur non cistellam reddis? cf. ad Cas. 688. Lampadio vero heræ suadet, ut quod suum sit, retineat Quod extremo versu legitur *tuum*, vix verum est; „tibi" recte se haberet. — 602 sq. Lampadio, quoniam hera cistellam reddi vult, suadet, ne Haliscam abire sinat, sed secum in ædes introducat; *et* recte scribitur in B. In Alcesimarchi autem ædes intrant, v. 612. — 605. *quid*, v. ad Amph. 360. „nomen est" Camer., *est nomen* Studem. Herm. XIX p. 458. — 606. *i prae*, v. ad Amph 539.

607. Demipho domum rediens famam iam per totam urbem celebratam de filia sua inventa audivit. Extrema fabulæ scena, ut solet, trochaicis septenariis scripta est. 608. *Filiam mihi esse inuentam*; numerorum causa aut hoc aut alio modo verba transponenda sunt. *Lampadionem*. Is post v. 603 abiit — 609. *unde is?* v. ad Most. 536. — 610. *Enim* em. Weis., i. e. enimvero, v. ad Aul. 492. — 611. *adfinem*, generum, cf. ad Stich. 409. — 614. *praeuorti*, v. ad Pseud. 294.

615. Finita iam fabula est; nam quæ restant, quomodo Selenium a parentibus agnoscatur et Alcesimarcho in matrimonium detur, quivis facile cogitabit. Hæc igitur *intus* agentur, cf. Ter. Andr. 980: „Ne exspectetis, dum exeant huc; intus despondebitur; Intus transigetur, si quid est, quod restet", et spectatoribus narrantur, ut Casin. 931 sqq. Narrat autem, si codicibus fides, non una aliqua fabulæ persona, sed totus histrionum Grex aut qui eorum nomine verba facit; nam *Caterva* inscribitur ut in Captiv. 1024, v. Proleg. p. 173; cf. Cic. p. Sestio 55, 118: „Nam quum ageretur togata, Simulans, ut

opinor, caterva tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens contionata est „Huic, Tite, tua post principia atque exitus uitiosae uitae" Ribbeck. (Afran. 305). Sedebat exanimatus, et is, qui antea cantorum convicio contiones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus eiiciebatur". — 617. *Ornamenta*, histrionum, v. ad Amph. 85. — *postidea loci*, cf. ad Aul. 742. — 618. *Qui deliquit uapulabit*, v. ad Amph. 85.

Errata.

P. 19 v. 230 scribendum: satist, uxor;
- 30 var. script. 365 scrib.: Auge caue *BE*.
- 39 v. 472 scrib.: lopadas
- 61 v. 742 scrib.: serio?
- 64 v. 776 scrib.: ab nobis. In var. script. addendum: 776 a
- 67 v. 800 scrib.: risuram
- 84 vv. 26—27 sic scribenda:

  [Si idem istud nos faciamus]
  Si idem imitamur, ita tamen uix uiuimus cum inuidia summa.
  Suarum opum nos uolunt esse indigentes.
- 116 v. 529 scrib.: eccam
- 122 var. script. 599 scrib.: necesso *E* male *IE*
- 156 lin. 8 ab imo post „in digitum“ add.: ut Epid. 638.

T. MACCII PLAUTI

COMOEDIAE.

ITERUM RECENSUIT ET ENARRAVIT

IOANNES LUDOVICUS USSING.

VOLUMINIS TERTII

PARS ALTERA,

EPIDICUM MOSTELLARIAM MENAECHMOS

CONTINENS.

HAVNIÆ MDCCCLXXXVIII.

SUMPTIBUS LIBRARIAE GYLDENDALIANAE (HEGELIORUM PATRIS ET FILII).

TYPIS EXCUDERUNT JOERGENSEN ET SOCII

(M. A. HANNOVER).

Citius quam sperare ausus eram, mihi nuntiatum est, hanc Plauti mei partem divenditam esse novaque editione opus esse. Neque ego non libenter occasionem arripui tam errata corrigendi quam ea addendi, quæ postea aut alii invenerant aut ipse mihi melius intellexisse aut clarius exponere posse videbar; ab universo autem editionis consilio, quale ab initio conceperam, discedere nolui, ne una pars a reliquo opere nimis diversa esse videretur. Commentarius igitur superiori similis, sed multis locis emendatior prodit; contextus autem his fere locis a priore editione discrepat:

Epidic. 53. 97. 98. 165. 250. 337—39. 349. 351. 517. 525. 543. 624. 679.

Mostellar. 37. 43. 72. 81. 89—92. 114. 120 sq. 123. 125. 127. 136. 137. 141. 142. 156. 159. 182. 229. 259. 281. 299 sq. 304 (vid. Emendanda). 309. 311. 319. 320. 322. 323. 325. 338 sq. 360. 369. 374. 410. 411. 413. 443. 457. 507. 510. 585. 595. 615. 618 sq. 689. 698. 709. 711 sq. 713. 723—27. 772. 778. 783. 789. 829. 836. 850. 852. 853. 855. 865. 869. 874. 879. 943. 1022. 1034. 1044. 1130. 1133.

Menaechm. Arg. 10. ipsius fabulæ 70. 82 sq. 94. 105. 107 (cf. Emend.). 131. 135. 184. 185. 192—93. 233. 282 sq. 294. 305. 310 sq. 321. 361. 422. 498. 509. 524. 555. 605. 606. 610. 626. 673. 674. 676. 763. 809. 832. 892. 912. 913. 922. 997. 1048. 1075—78. 1097.

In priore voluminis tertii parte hæc addenda velim. Pag. 11. Casin. 172 varietati scripturæ addendum: „sint A“. Sic enim ibi legi docuit Studemundus apud A. Prehn. Quæstion. Plautin. de pronominibus indefinitis p. 1, qui in hoc Casinæ versu nihil excidisse statuit, sed v. 171 sq. octonarium anapæsticum cum versu ex duabus tripodiis trochaicis catalecticis consuto sic discribit:

Credo ecastor, nam uicinam neminem amo merito magis quam te,

Nec qua in plura sint mihi, quae ego uelim.

Casin. 503 Studemundus, ut testatur A. Prehn l. l. p. 2, codicis B scripturam tuetur:

„Cum cibo, cum quiqui facito ut ueniant, quasi eant Sutrium“, i. e. cum cibo cumque ceteris quibus opus est. Nam „cum quiqui“ simili fere modo a Plauto Poen. 535 et 587 positum videri, Buechelerus in Woelfflinii Archiv für lateinische Lexicographie 1 p. 279 docuit, qui Plauti verba l. l. „cum eo, cum quiqui“ Germanice vertit: „trotz dem und trotz allem sonst“.

EPIDICUS

ARGUMENTUM.

Emit fidicinam, filiam credens, senex
Persuasu serui, aliam qui conduct*ici*am
Iterum pro amica ei subiecit filii.
Dat erili argentum; eo sororem destinat
Inprudens iuuenis. *Mox* compressae ac militis
Cognoscit opera sibi senex os sublitum —
Ut ille amicam, haec quaerebat filiam —
Sed inuenta gnata seruolum emittit manu.

Discrepantia scripturæ codicis Palatino-Vaticani 1615 (B) et, ubi apparuit, palimpsesti Ambrosiani (A).

2 atque conductam. 5 mox *om.*

PERSONAE FABULAE.

Epidicus seruos
Thesprio seruos
Stratippocles adulescens
Chaeribulus adulescens
Periphanes senex
Apoecides senex
Miles
Fidicina
Philippa mulier
Acropolistis fidicina
Danista
Telestis uirgo

EPIDICUS THESPRIO, SERUI DUO.

Epidicus

Heus adulescens.

Thesprio

Quis properantem me reprehendit pallio?

Epidicus

Familiaris.

Thesprio

Fateor; nam odio es nimium familiariter.

Epidicus

Respice uero, Thesprio.

Thesprio

Oh!

Epidicumne ego conspicor?

Epidicus

Satis recte oculis uteris.

Thesprio

Salue.

Epidicus

Di dent quae uelis.

Uenire saluom gaudeo.

Thesprio

Quid, ceterum quod eo add*i* solet?

THESPRIO EPIDICUS *A* 1 prehendit *B* 3 deesprio *B*
5 Satis *om. B* Certe *B* 7 ceterum EP. quod *B* adsolet *A*, assolet *B*

Epidicus

Cena tibi dabitur.

Thesprio

Spondeo,

Epidicus

Quid?

Thesprio

Me accepturum, si dabis.

Epidicus

Quid tu agis? ut uales? Exemplum adesse intellego: euge.
Corpulentior uidere atque habitior.

Thesprio

Huic gratia.

Epidicus

Quam quidem te iam diu
Perdidisse oportuit.

Thesprio

Minus iam furtificus sum quam antehac.

Epidicus

Quid ita?

Thesprio

Rapio propalam.

Epidicus

Di inmortales te infelicent, ut tu is gradibus grandibus!
Nam ut apud portam te conspexi, curriculo occepi sequi:
Uix adipiscendi potestas modo fuit.

Thesprio

Scurra es.

Epidicus

Scio

Te esse equidem hominem militarem.

9 ut uales. TH. Exemplum *B* EP. Euge *B*. Eugae *A* 10 abilior *A*, agilior *B* 14 te *om.* *B* es 15 portum curculio 17 quidem *B*

Thesprio

Audacter quamuis dicito.

Epidicus

Quid ais? perpetuen ualuisti?

Thesprio

Uarie.

Epidicus

Qui uarie ualent,
Capreaginum hominum non placet mihi neque pantherinum genus.

Thesprio

Quid tibi uis dicam nisi quod est?

Epidicus

Ut id mi respon*ses* probe,
Quid erilis noster filius.

Thesprio

Ualet pugilice atque athletice.

Epidicus

Uoluptabilem mihi nuntium tuo aduentu adportas, Thesprio.
Sed ubi est is?

Thesprio

Aduenit simul.

Epidicus

Ubi is ergo est? nisi si in uidulo
Aut si in melina adtulisti.

Thesprio

Di te perdant!

Epidicus

Te uolo
Percontari. *Thesprio.* Operam da, opera reddetur tibi.

17 ditito *B* 18 Quid agis? 20 Ut illi respon...... probe *B* 21 ualet. TH. *B* 22 adtulisti *B* 23 ubi estis? TH. Adueni simul ubi is egost EPID. Nisi *B* 24 mellina 25 Thesprio *om.* reditur *B*

Thesprio

Ius dicis.

Epidicus

Me decet.

Thesprio

Iam tu autem nobis praeturam geris?

Epidicus

Quem dices digniorem esse hominem hodie Athenis alterum?

Thesprio

At unum a praetura tua, Epidice, abest.

Epidicus

Quidnam?

Thesprio

Scies:

Lictores duo, duo uiminei fasces uirgarum.

Epidicus

Uae tibi!

Sed quid ais?

Thesprio

Quid *me* rogas?

Epidicus

Ubi arma sunt Stratippocli?

Thesprio

Pol illa ad hostis transfugerunt.

Epidicus

Armane?

Thesprio

Atque quidem cito.

Epidicus

Serione dicis *is*tuc?

Thesprio

Serio, inquam; hostes habent.

27 dices A hominem *om.* A 30 me *om.* 32 dicis tu

Epidicus

Edepol facinus inprobum!

Thesprio

At iam ante alii fecerunt idem. Erit illi illa res honori.

Epidicus

Qui?

Thesprio

Quia ante aliis fuit. Mulciber, credo, arma fecit, quae habuit Statippocles; Trauolauerunt ad hostis.

Epidicus

Tum ille prognatus Theti,
Sine, perdat; alia adportabunt ei Nerei filiae.
Id modo uidendumst, ut materies suppetat scutariis,
Si in singulis stipendiis ad hostes exuuias dabit.

Thesprio

Supersede istis rebus iam.

Epidicus

Tu ipse, ubi lubet, finem face.

Thesprio

Desiste percontarier.

Epidicus

Loquere; ipse ubi est Stratippocles?

Thesprio

Est causa, qua causa simul mecum ire ueritust.

Epidicus

Quidnam id est?

Thesprio

Patrem uidere se neuolt etiam nunc.

34 antea 37 nærei 38 scrutariis 39 stipendiis is 40 Super sed ibi 43 senem non uult

Epidicus

Quapropter?

Thesprio

Scies:

Quia forma lepida et liberali captiuam adulescentulam
De praeda mercatust.

Epidicus

Quid ego ex te audio?

Thesprio

Hoc, quod fabulor.

Epidicus

Cur eam emit?

Thesprio

Animi causa.

Epidicus

Quot illic homo animos habet?
[Nam certo, priusquam hinc ad legionem abiit domo,
Ipse mandauit mihi, ab lenone ut fidicina,
Quam amabat, emeretur sibi. Id ei impetratum reddidi.]

Thesprio

Utcumque in alto uentust, Epidice, exim uelum uortitur.

[Epidicus

Uae misero mihi! male perdidit me!

Thesprio

Quid istuc? quidnam est?]

Epidicus

Quid istanc, quam emit? quanti eam emit?

Thesprio

Uili.

Epidicus

Haud istuc te rogo.

47 adlegationem 52 Vilei *Versus terminatur in* Haud *proximusque ante* Tot.

Thesprio

Quid igitur?

Epidicus

Quot minis *eam emit?*

Thesprio

Tot, quadraginta minis.

Id adeo argentum ab danista apud Thebas sumpsit faenore
In dies minasque argenti singulas nummis.

Epidicus

Papae!

Thesprio

Et is danista aduenit una cum eo *at*que argentum petit.

Epidicus

Di inmortales, ut ego interii basilice!

Thesprio

Quid iam? aut quid est,
Epidice?

Epidicus

Perdidit me.

Thesprio

Quis?

Epidicus

Ille, qui perdidit arma.

Thesprio

Nam quid ita?

Epidicus

Quia cottidie ipse ad me ab legione epistulas
Mittebat — Sed taceam optumumst. Plus scire satiust quam loqui
Seruom hominem; ea sapientiast.

Thesprio

Nescio edepol, quid tu timidus es.

53 Reddigitur eam emit *om.* 56 eo qui argentum 57 balisce 58—59 *uno versu* 60 Num 62—63 *uno versu.*

Trepidas, Epidice, ita uoltum tuum ....
Uideor. Uidere commeruisse hic me absente in te aliquid mali.

Epidicus

Potin ut molestus ne sis?

Thesprio

Abeo.

Epidicus

Adsta; abire hinc non sinam.

Thesprio

Quid nunc me retines?

Epidicus

Amatne istam, quam emit de praeda?

Thesprio

Rogas?
Deperit.

Epidicus

Ei! detegetur corium de tergo meo.

Thesprio

Plusque amat quam te umquam amauit.

Epidicus

Iuppiter te perduit!

Thesprio

Mitte nunc iam *me*; nam ille me uetuit domum uenire;
Ire ad Chaeribulum iussit huc in proximum. Ibi manere
Iussit, eo uenturust ipsus.

Epidicus

Quid ita?

Thesprio

Dicam. Quia patrem
Prius se conuenire non uolt neque *se* conspicari*er*,
Quam id argentum, quod debetur pro illa, dinumerauerit.

64—79 *turbata versuum discriptio. v. comm.* 64—65 tuum uideor 68 Ei *om.* 70 me *om.* 70—71 uenire ad 73 neque conspicari

Epidicus

Eu edepol res turbulentas!

Thesprio

Mitte me, ut eam nunc iam.

Epidicus

Haecine ubi scibit senex,
Puppis pereundast probe?

Thesprio

Quid istuc ad me*d* attinet,
Quo tu intereas modo?

Epidicus

Quia perire solus nolo; te cupio perire mecum;
Beneuolens sum beneuolenti.

Thesprio

Abi in malam rem maxumam a me
Cum istac condicione.

Epidicus

I sane, si quidem festinas magis.

Thesprio

Numquam hominem quemquam conueni, unde abierim lubentius.

Epidicus

Illic hinc abiit; solus es nunc. Quo in loco haec res sit, uides,
Epidice. Nisi quid tibi in tete auxilist, absumptus es.
Tantae in te inpendent ruinae: nisi suffulcis firmiter,
Non potes subsistere; itaque in te irruunt montes mali.
Neque, ego nunc quomodo
Me expeditum ex inpedito faciam, consilium placet.
Ego miser perpuli
Meis dolis senem, ut censeret, suam sese emere filiam.
Is suo filio
Fidicinam emit, quam ipse emundam abiens mandauit mihi.

78 me 81 cum beneuolente 82 quid *B* 85 *De versuum discriptione v. comm.* 93 quam ipse amat quam abiens

Si sibi nunc alteram
Ab legione abduxit animi causa, corium perdidi:
Nam ubi senex senserit
Sibi data esse uerba, uirgis dorsum despoliat meum.
At enim tu praecaues.
At enim, bat enim! nihil est istuc. Plane hoc corruptumst caput.
Nequam homo es, Epidice. —
Qui lubidost male loqui? —
Quia tu tete deseris. —
Quid faciam? — Men tu rogas?
Tu quidem antehac aliis solebas dare consilia mutua. 104
Aliquid aliqua reperiundum est. Sed ego cesso ire obuiam
Adulescenti, ut, quid negoti sit, sciam. Atque ipse illic est.
Tristis est. Cum Chaeribulo incedit, aequali suo.
Huc concedam, orationem unde horum placide persequar.

STRATIPPOCLES CHAERIBULUS, ADULESCENTES. EPIDICUS SERUOS. DV

Stratippocles
Rem tibi sum elocutus omnem, Chaeribule, atque admodum
Meorum maerorum atque amorum summam edictaui tibi.

Chaeribulus
Praeter aetatem et uirtutem stultus es, Stratippocles.
Idne pudet te, quia captiuam, genere prognatam bono,
In praeda es mercatus? Quis erit, uitio qui id uortat tibi?

97 despoliet 98 praecaue 99 At enim, bat enim *om.* *B* 105 ......quid? Aliq reperiperiundū st *B* 107 cheribolo 108 concede CHERIBOLUS 109 cribole *Post* 113 *B*:
ST. Qui inuident, omnes inimicos mihi illoc facto repperi.
At pudicitiae eius numquam nec uim nec uicium attuli.
CH. Iam istoc probior es meo quidem animo, cum in amore temperes.

Stratippocles

Nihil agit, qui diffidentem uerbis solatur suis;
Is est amicus, qui in re dubia re iuuat, ubi re est opus.

Chaeribulus

Quid tibi me uis facere?

Stratippocles

Argenti dare quadraginta minas,
Quod danistae detur, unde ego illud sumpsi faenore.

Chaeribulus

Si hercle haberem, *non negarem.*

Stratippocles

Nam quid te igitur rettulit
Beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est?

Chaeribulus

Quin edepol egomet clamore defatigor, differor.

Stratippocles

Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos quam foro.
Sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioso uelim,
Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo,
Nisi hodie prius comparassit mihi quadraginta minas,
Quam argenti fuero elocutus ei postremam syllabam.

Epidicus

Salua res est; bene promittit; spero, seruabit *f*idem.
Sine meo sumptu paratae iam sunt scapulis symbolae.
Adgrediar hominem. Aduenientem peregre erum Stratip-
poclem
Inpertit salute seruos Epidicus.

Stratippocles

Ubi is est?

Epidicus

Adest.
Saluom te aduenisse —

117 datur 118 haberem. STRATIPPOCLES Nam 120 differor diffatigor 121 mensos 126 idem 128 erum suum stratippoclen *B* 129 Salua impertit 130 te gaudeo huc aduenisse

Stratippocles

Tam tibi istuc credo quam mihi.

Epidicus

Benene usque ualuisti?

Stratippocles

A morbo ualui, ab animo aeger fui.

Epidicus

Quod ad me adtinuit, ego curaui; quod manda*ui*sti mihi.
Inpetratumst; empta ancillast, quod tute ad me litteras
Missiculabas.

Stratippocles

Perdidisti omnem operam.

Epidicus

Nam qui perdidi?

Stratippocles

Quia meo neque carast cordi neque placet.

Epidicus

Quid rettulit,
Mihi tantopere te mandare et mittere ad me epistulas?

Stratippocles

Illam amabam olim; nunc iam alia cura inpendet pectori.

Epidicus

Hercle miserum est, ingratum esse homini id, quod facias bene.
Ego quod bene feci, male feci, quia amor mutauit locum.

Stratippocles

Desipiebam mentis, quom illa scripta mittebam tibi.

Epidicus

Men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Ut meum tergum tuae stultitiae subdas succidaneum?

132 mandasti 133 emptast ancilla 137 impendit 138 *sq.* hominem Id quod facias bene ego quod feci bene 140 illas scriptas 142 stultitiæ tuae

Chaeribulus

Quid istic? Uerba facimus. Huic homini opust quadraginta minis
Celeriter calidis, danistae quas resoluat, et cito.

Epidicus

Dic modo, unde auferre me uis. A quo trapezita peto?

Stratippocles

Unde lubet. Nam ni ante solem occasum e *loculis prompseris*,
Meam domum ne inbitas; tu te in pistrinum *proieceris*.

Epidicus

Facile tu istuc sine periclo et cura, corde libero,
Fabulare; noui ego nostros; mihi dolet, quom ego uapulo.

Stratippocles

Quid? Tu nunc patierin ut ego me interimam?

Epidicus

Ne feceris.
Ego istuc accedam periclum potius atque † audaciam.

Stratippocles

Nunc places; nunc ego te laudo.

Epidicus

Patiar ego istuc quodlubet,

Stratippocles

Quid illa fiet fidicina igitur?

Epidicus

Aliqua res reperibitur;
Aliqua ope exsoluam, extricabor aliqua.

Stratippocles

Plenus consili es;
Noui ego te.

---

144 resoluas 146 elo..... 147 in pristinum..... 148 periculo 151 periculum 152 patiar istut *A* 153 Quid de illa *B* re *B* reppiribitur *A* 154 exsoluar *A* consilius *A*

Epidicus

Est Euboicus miles locuples, multo auro potens,
Qui, ubi tibi istam emptam esse scibit atque hanc adductam alteram.
Continuo te orabit ultro, ut illam tramittas sibi.
Sed ubi illa est, quam tu adduxisti tecum?

Stratippocles

Iam faxo hic erit.

Chaeribulus

Quid hic nunc agimus?

Stratippocles

Eamus intro huc ad te, ut hunc hodie diem
Luculente habeamus.

Epidicus

Ite intro; ego de re argentaria
Iam senatum conuocabo in corde consiliarium,
Quoi potissumum indicatur bellum, unde argentum auferam.
Epidice, uide, quid agas. Ita res subito haec obiectast tibi:
Noenum nunc tibi dormitandi neque cunctandi copiast.
Actutum senem oppugnare certum est consilium mihi.
Ibo intro, adulescenti dicam nostro erili filio,
Ne hinc foras exambulet neue obuiam ueniat seni.

APOECIDES PERIPHANES, SENES DUO

Apoecides

Plerique homines, quos quom nihil refert, pudet,
Ubi pudendumst, ibi eos deserit pudor,
Quom usus est ut pudeat.

156 tibi *om.* *A* 159 ST. *om.* *A* 160 luculentum *A* 162 Qui *A* 164 Non enim dormitandum *B* 164 sq. copia est tibi. 165 adeundum *A*, At eundem *B* 166 [illegible] abi *B* intro atque Dicam *B* 167 nec hic foras ambulet neue usquam obuiam *B* SENES DU *B*, *om* *A* 168—75 *quinque uersibus* *A* 170 usust *A*

Is adeo tu es. Quid est, quod pudendum siet
Genere natam bono pauperem domum
Ducere uxorem, praesertim eam, qua ex tibi
Commemores hanc, quae domi est,
Filiam prognatam?

Periphanes

Reuereor filium.

Apoecides

At pol ego te credidi
Uxorem, quam tu extulisti, pudore exsequi,
Quoius quotiens sepulcrum uides, sacrificas
Ilico Orco hostiis, neque adeo iniuria,
Quia licitum est eam tibi uiuendo uincere.

Periphanes

Oh!
Hercules ego fui, dum illa mecum fuit,
Neque sexta aerumna acerbior Herculi quam illa mihi obiectast.

Apoecides

Pulcra edepol dos pecuniast.

Periphanes

Quae quidem pol non maritast.

EPIDICUS SERUOS. PERIPHANES APOECIDES. SENES DUO C

Epidicus

St! Tacete, habete animum bonum.
Liquido exeo auspicio foras, aui sinistra.
Acutum cultrum habeo, senis qui exenterem marsuppium.

171 qui Des quod *B* 172 parem *A*, *sed in marg.* pauperem 173 Ducere te uxorem *A*. *Reliqua proximo uersui addit.* 174 domost *A* 175 familiam *B* 179 horco ostiis *A* 183 maritatast *B* SERUOS *om.* *A* APOECIDES PERIPHANES *B* 184 State taceto habete *B* 184—85 *uno uersu* *B* 185 foras auspicio

Sed eccum ipsum ante aedis conspicor *erum meum atque* Apoecidem
. . . . qualis uolo uetulos duo.
Iam ego me conuortam in hirudinem atque eorum exsugebo sanguinem,
Senati qui columen cluent.

Periphanes

. . . .

Apoecides

. . . .
Continuo ut maritus fiat.

Periphanes

Laudo consilium tuum;
Nam ego illum audiui in *a*morem haerere apud nescio quam fidicinam;
Id ego excrucior.

Epidicus

Di hercle omnes me adiuuant, augent, amant;
Ipsi hi quidem mihi dant uiam, quo pacto ab se argentum auferam.
Age nunc iam orna te, Epidice, et palliolum in collum conice.
Itaque adsimulato, quasi per urbem totam hominem quaesiueris.
Age, si quid agis. — Di inmortales, utinam conueniam domi
Periphanem, per omnem urbem quem sum defessus quaerere,
Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio atque in foro,
Per myropolia et lanienas circumque argentarias.
Rogitando sum raucus factus; paene in cursu concidi.

Periphanes

Epidice.

Epidicus

Epidicum quis est qui reuocat?

187 conspicor Apeciden 192 inmorem 193 excruor omnis 197 coueniam 202 AP. Epidice

Periphanes

Ego, sum Periphanes.

Apoecides

Et ego Apoecides sum.

Epidicus

Et ego quidem sum Epidicus. Sed, ere, optuma
Uos uideo opportunitate ambo aduenire.

Periphanes

Quid reist?

Epidicus

Mane *sis*; sine respirem, quaeso.

Periphanes

Immo adquiesce.

Epidicus

Animo male est.

Periphanes

Recipe anhelitum; clementer requiesce.

Epidicus

Animum aduortite.
A legione omnes remissi sunt domum Thebis.

Apoecides

Quis hoc
*Di*cit factum?

Epidicus

Ego ita factum esse dico.

Periphanes

Scin tu istuc?

Epidicus

Scio.

Periphanes

Qui tu scis?

---

202 pheriphanes 203 ambo aduenire opportunitate 205 sis *om.* 206 Recipiam anhelitum. PER. 207 Quis hoc *om.* 208 ..... scit

Epidicus

Quia ego ire uidi milites plenis uiis.
Arma referunt et iumenta ducunt.

Periphanes

Nimis factum bene.

Epidicus

Tum captiuorum quid ducunt secum! pueros, uirgines,
Binos, ternos unus quisque; fit concursus per uias;
Filios suos quisque uisunt.

Periphanes

Hercle rem gestam bene!

Epidicus

Tum meretricum numerus tantus, quantum in urbe omni fuit,
Obuiam ornatae occurreba*n*t suis quaeque *ibi* amatoribus.
Eos captabant. Id adeo qui maxume animum aduorterim?
Pleraeque eae sub uestimentis secum habebant retia.
Quom ad portam uenio, atque ego illam illi uideo praestolarier,
Et cum ea tibicinae ibant quattuor.

Periphanes

Quicum, Epidice?

Epidicus

Cum illa, quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit,
Ubi fidemque remque seque teque properat perdere.
Ea praestolabatur illum apud portam.

Periphanes

Uiden ueneficam?

Epidicus

Sed uestita, aurata, ornatu ut lepide! ut concinne! ut noue!

Periphanes

Quid erat induta? an regillam induculam an mendiculam?

212 alius quisque 215 occurrebat ibi *om.* 215—17 *duobus uersibus B* 216 animaduorterint *B* 218 portum *B* 220 quom *B* deamabat *B* 221 fidem quaerem quae *A* 222 beneficam *A* 223 ornamenta *B*

Epidicus
Inpluuiatam, ut istae faciunt uestimentis nomina.
Periphanes
Utin inpluuium induta fuerit?
Epidicus
Quid istuc tam mirabilest?
Quasi non fundis exornatae multae incedant per uias.
At tributus quom inperatus est, negant pendi potis;
Illis, quibus tributus maior penditur, pendi potest.
Quid, istae quae uesti quotannis nomina inueniunt noua!
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam aut crocotulam,
Supparum aut subminiam, ricam, basilicam aut exoticum,
Cumatile aut plumatile, carinum aut gerrinum; gerrae maxumae!
Cani quoque etiam ademptumst nomen.
Periphanes
Qui?
Epidicus
Uocant Laconicum.
Haec uocabula auctiones subigunt ut faciant uiros.
Periphanes
Quin tu, ut occepisti, loquere.
Epidicus
Occepere aliae mulieres
Duae sic post me fabulari inter se; ego abscessi sciens
Paulum ab illis; dissimulabam earum sermoni operam dare;

225 inpluuiata *A* istaec faci.. *B* 226 PER. *om.* Ut inpluuium *A* erit PER. *B* tam *om.* *B* 227 eundis *A* 228 potesse *B* 229 tributis *A* 230 uestei quodannis *A* 231 raliam *B* caesitium 232 crutulam *B* 233 Sub parum *B* subnimniam *A* exotium *B* 234 garinum *B* gerremaxume *A* 235 adeptust *A* EP. Qui PE. iubeant *A* 236 auctiones *B* uiri 237 AP Quin *B* occipere *B* 238 Quae *A* post me sic *B* inter sese solens *B* 239 dissimulabam me harum *B*

Nec satis exaudibam, nec sermonis fallebar tamen.
Quae loquerentur.

Periphanes

Id lubido est scire.

Epidicus

Ibi illarum altera
Dixit illi, quicum ipsa ibat —

Periphanes

Quid?

Epidicus

Tace ergo, ut audias.
Postquam illam sunt conspicatae, quam tuus gnatus deperit:
„Quam facile et quam fortunate euenit illi, obsecro,
Mulieri, quam liberare uolt amator.“ „Quisnam is est?“
Inquit altera illi. Ibi illa nominat Stratippoclem,
Periphanai filium.

Periphanes

Perii hercle, quid ego ex te audio?

Epidicus

Hoc, quod actumst. Egomet postquam id illas audiui loqui,
Coepi rursum uorsum ad illas pauxillatim accedere,
Quasi retruderet hominum me uis inuitum.

Periphanes

Intellego.

Epidicus

Ibi illa interrogauit illam: „Qui scis? Quis id dixit tibi?“ —
„Quia hodie adlatae tabellae sunt ad eam a Stratippocle:
Argentum sumpsisse apud Thebas ab danista faenore;
Id paratum, et sese ob eam rem id ferre.“

---

240 exaudiebam *A* 242 ibit *B* 245 liberare quam *B* 246 illa *om.* *B*, illi *A* Strathippoclem *A*, Stratippoden *B* *proximo versu.* 247 Perifani *A*, periphane *B* Peri *A* 248 quo actum egomet post ibi illas *B* 251 qui id *A* 252 Quin sunt tabellæ *B*, sunt *om.* *A* Strathippocle *A*, Stratippocle cum *A*

Periphanes

Certo ego occidi.

Epidicus

Haec sic aibat se audiuisse ex eapse adlata epistula

Periphanes

Quid ego faciam nunc? Consilium a te expetesso, Apoecides.

Apoecides

Reperiamus aliquid calidi conducibilis consili;
Nam ille quidem aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam adest.

Epidicus

Si aequom siet,
Me plus sapere quam uos, dederim uobis consilium catum,
Quod laudetis, ut ego opino, uterque.

Periphanes

Ergo ubi id est, Epidice?

Epidicus

Atque ad eam rem conducibile.

Apoecides

Quid istuc dubitas dicere?

Epidicus

Uos priores esse oportet, nos posterius dicere,
Qui plus sapitis.

Periphanes

Eia uero; age, dic.

Epidicus

At deridebitis.

Apoecides

Non edepol faciemus.

Epidicus

Immo, si placebit, utitor
Consilium; si non placebit, reperitote rectius.
Mihi istic nec seritur nec metitur, nisi ea, quae tu uis, uolo.

254 Cedo 255 sic aiebat sic audiui sese ab se atque epistola
257 Riperiamus callidi 260 opinor 263 Eiageuero age *B*

Periphanes

Gratiam habeo. Fac participes nos tuae sapientiae.

Epidicus

Continuo arbitretur uxor tuo gnato, atque ut fidicinam
Illam, quam is uolt liberare, quae illum corrumpit tibi,
Ulciscare, atque ita curetur, usque ad mortem ut seruiat.

Apoecides

Fieri oportet.

Periphanes

Facere cupio quiduis, dum id fiat modo.

Epidicus

Em,
Nunc occasiost faciundi, prius quam in urbem aduenit,
Sicut cras hic aderit; hodie non ueniet.

Periphanes

Qui scis?

Epidicus

Scio,
Quia mihi alius dixit, qui illinc uenit, mane hunc adfore.

Periphanes

Quin tu eloquere, quid faciemus.

Epidicus

Sic faciundum censeo,
Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia,
Quasique ames uehementer tu illam.

Periphanes

Quam ad rem istuc refert?

Epidicus

Rogas?
Ut enim praestines argento, priusquam ueniat filius,
Atque ut eam te in libertatem dicas emere.

Periphanes

Intellego.

---

271 Hem   273 uenerit   275 AP. Sic   278—84 *sex versibus*

Epidicus

Ubi erit empta, ut aliquo ex urbe amoueas; nisi quid tua
Secus sententia.

Periphanes

Immo docte.

Epidicus

Quid tu ais, Apoecides?

Apoecides

Qui*d* ego *d*iam? nisi te commentum nimis astute intellego.

Epidicus

Iam igitur amota ei *fu*erit omnes consultatio
Nuptiarum, ne grauetur quod uelis.

Periphanes

Tu ne sapis,
Et placet.

Epidicus

Tum tu igitur calide, si quid acturu's, age.

Periphanes

Rem hercle loquere.

Epidicus

Et repperi, abs te qui abscedat suspicio.

Periphanes

Sine me scire.

Epidicus

Scibis; audi.

Apoecides

Sapit hic pleno pectore.

Epidicus

Opus est homine, qui illo argentum deferat pro fidicina;
Nam te nolo neque opus factost.

---

281 sententia est tu autem Apoecides 282 Qui ego Iam 283 erit 284 AP. Uiue sapis. 285 calide quidquid acturus 286 repperri haec te 289 Nam telo non eque

Periphanes

Quid iam?

Epidicus

Ne te censeat
Fili causa facere,

Periphanes

Docte!

Epidicus

Quo illum ab illa prohibeas;
Ne qua ob eam suspicionem difficultas eueniat.

Periphanes

Quem hominem inueniemus ad eam rem utilem?

Epidicus

Hic erit optumus;
Hic poterit cauere recte, iura qui et leges tenet.

Periphanes

Epidico habeas gratiam.

Epidicus

Sed ego istuc faciam sedulo.
Ego illum conueniam atque adducam hu*n*c ad eum quoiast fidicina,
Atque argentum ego cum hoc feram.

Periphanes

Quanti potest minumo illa emi?

Epidicus

Ad quadraginta fortasse eam posse emi minumo minis;
Verum si plus dederis, referam — nihil in ea re captiost —
Atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies.

289 Nec 291 eueniat 294 Epidice facio 295 huc ad te quoi iast. 296 Quanti emi potest minumo? EP. Illane? 297 minas 299 decet

Periphanes

Qui dum?

Epidicus

Quia enim mulierem alius illam adulescens deperit,
Auro opulentus, magnus miles, Rhodius, raptor hostium,
Gloriosus; hic emet illam de te et dabit aurum lubens.
Face modo; est lucrum hic tibi amplum.

Periphanes

Deos quidem oro.

Epidicus

Inpetras.

Apoecides

Quin tu is intro atque h*u*ic argentum promis? Ego uisam ad forum.
Epidice, eo ueni.

Epidicus

Ne abitas, priusquam ego ad te uenero.

Apoecides

Usque opperiar.

Periphanes

Sequere tu intro.

Epidicus

I, numera; nihil ego te moror.

EPIDICUS SERUOS

Nullum esse opinor ego agrum in *omni* agro Attico
Aeque feracem, quam hic est noster Periphanes;
Quin ex occluso atque obsignato armario
Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.

300 Quid dum illam alius 302 *sq.* iubeas tace 303 impetra
304 hic 306 omni *om.* 309 Atque armario *proximo versu*

Quod pol ego metuo si senex resciuerit,
Ne ulmos parasitos faciat, quae usque adtondeant.
Sed me una turbat res ratioque, Apoecidi
Quam ostendam fidicinam aliquam conducticiam.
Atque id quoque habeo: mane me iussit senex
Conducere aliquam fidicinam sibi huc domum, *ut*
Dum rem diuinam faceret, cantaret sibi;
Ea conducetur, atque ei praemonstrabitur,
Quo pacto fiat subdola aduorsus senem.
Ibo intro: argentum accipiam ab damnoso sene

STRATIPPOCLES CHAERIBULUS, ADULESCENTES

Stratippocles

Exspectando exedor miser atque exenteror.
Quomodo mihi Epidici blanda dicta euenant.
Nimis diu maceror. Sitne quid necne sit,
Scire cupio.

Chaeribulus

Per illum copiam
Tibi parare aliam licet. Sciui equidem in principio ilico
Nullam tibi esse in illo copiam.

Stratippocles

Interii hercle ego *oppido.*

Chaeribulus

Absurde facis, qui angas te animi. Si hercle ego illum semel prehendero,
Numquam inridere nos illum inultum sinam seruom hominem.

315—17 *duobus versibus* 316 ut *om.* 320 dampnoso 321—25 *tribus versibus* 322 euenant 323 Sic nequit, nec nescit 324 *sq.* illam tibi copiam Copiam tibi parere 326 oppido *om.* 327 STR. Si 328 multimum

Stratippocles

Quid illum facere uis, qui, tibi quoi diuitiae domi maxumae sunt,
*Amic*is nummum nullum habes, nec sodali tuo in te copiast?

Chaeribulus

Si hercle habeam, pollicear lubens; uerum aliquando aliqua aliquo modo
Alicunde ab aliqui aliqua tibi spes est fore aliam fortunam.

Stratippocles

Uae tibi, muricide homo!

Chaeribulus

Qui tibi lubet mihi male loqui?

Stratippocles

Quippe tu mihi aliquid aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis,
Quod nusquamst, neque ego id inmitto in aures meas.
Nec mihi plus adiumenti das, quam ille qui numquam etiam natust.

EPIDICUS SERUOS. STRATIPPOCLES CHAERIBULUS, ADULESCENTES.

Epidicus

Fecisti iam officium tuum; me meum nunc facere oportet.
Per hanc curam quieto tibi licet esse; hoc quidem iam perïit,
Ne qui*d* tibi hinc in spem *tu* referas, oppido hoc polli*nc*tum est.
[Crede modo mihi; sic ego ago, sic egerunt nostri.]
Pro di inmortales, mihi hunc diem *ut* dedistis luculentum!
Ut facilem atque inpetrabilem! Sed ego hinc migrare cesso,

329 ferre 340 Is numinullum 331 uerum aliquid aliqua 332 Allicunde fore mecum fortunam 334 latis 336 adiumenti ades 337 tu tuum 338 perit 339 Niqui tibi tu *om.* pollitum 340—47 *septem uersibus* 341 diem dedisti loculentum

Ut inportem in coloniam hunc *meo* auspicio commeatum?
Mihi cesso, quom sto. Sed quid hoc? ante aedis duos sodalis,
Erum et Chaeribulum conspicor. Quid hic agitis? Accipe hoc sis.

Stratippocles

Quantum hic inest?

Epidicus

Quantum sat est et plus satis; superfit.
Decem minis plus adtuli, quam tu danistae debes.
Dum tibi ego placeam atque obsequar, meum tergum flocci facio.

Stratippocles

Nam quid ita?

Epidicus

Quia tuum patrem faciam parenticidam.

Stratippocles

Quid istuc est uerbi?

Epidicus

Nihil moror uetera et uolgata uerba.
Pera tu ductare*s*, at ego follitum ductitabo.
Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina; ego resolui;
[Manibus his dinumeraui, pater suam natam quam esse credidit.]
Nunc iterum ut fallatur pater tibique auxilium adparetur,
Inueni; nam ita suasi seni atque hanc habui orationem.

. . . .

Ut, quom redisses, ne tibi eius copia esset.

Stratippocles

Euge!

Epidicus

Ea iam domist pro filia.

343 hunc Hunc auspicio commeatum 346 super sit 351 peratum ductare 355 inueniam *antecedenti uersu.* Ita *cett. proximo: lacunae nullum indicium est.* 356 Euge *proximo uersu.* 357 pro illa. ST. Teneo EP. Nunc auctorem

Stratippocles

Iam teneo.

Epidicus

Nunc cautorem
Dedit mihi ad hanc rem Apoecidem — is apud forum manet me —
Quasi qui a me recte caueat.

Stratippocles

Haud male iam ipse cautor captust.

Epidicus

Ipse in meo collo tuus pater cruminam conlocauit.
Is adornat *ad*ueniens domi extemplo ut maritus fias.

Stratippocles

Uno persuadebit modo: si illam, quae adductast mecum,
Mihi adempsit Orcus.

Epidcus

Nunc ego astutiam hanc institui:
Deueniam ad lenonem domum egomet solus; eum docebo,
Si qui ad eum aduenient, ut sibi datum esse argentum dicat
Pro fidicina; argenti minas se habere quinquaginta.
Quippe ego qui nudiustertius meis manibus dinumeraui
Pro illa tua amica, quam pater suam filiam esse retur;
Ibi leno sceleratum caput suum inprudens adligabit,
Quasi pro illa argentum acceperit, quae tecum adducta nunc est.

Chaeribulus

Uorsutior es quam rota figularis.

Epidicus

Iam ego parabo
Aliquam dolosam fidicinam, nummo conducta quae sit,

359 quasi quæ amaret caueat 361 ueniens 363 hanc astutiam 364 eum ego docebo 365 Si quid ad eum adueniam ut sibi esse datum 367 denumeraui 369 sq. alligauit qui si 371 qua *B*

Quae se emptam simulet, quae senes duo docte ludificetur;
Eam ducet simul Apoecides ad tuum patrem.

Stratippocles

Ut parate!

Epidicus

Eam praemeditatam, meis dolis astutiisque onustam.
Mittam Sed nimis longum loquor; diu me estis demorati.
Haec scitis iam ut futura sint; abeo.

Stratippocles

Bene ambulato.

Chaeribulus

Nimis doctus ille *est* ad male faciundum.

Stratippocles

Me quidem certo
Seruauit consiliis suis.

Chaeribulus

Abeamus intro hinc ad me.

Stratippocles

Atque aliquanto lubentius, quam abs te sum egressus intus:
Uirtute atque auspicio Epidici cum praeda in castra redeo.

PERIPHANES APOECIDES, SENES DUO.

Periphanes

Non oris causa modo homines aequom fuit
Sibi habere speculum, ubi os contemplarent suum;
Sed qui perspicere possent [cor sapientiae;
Igitur perspicere ut possint| cordis copiam.
Ubi id inspexissent, cogitarent postea,
Uitam ut uixissent olim in adulescentia.

375 permeditata*m* 378 est *om.* met
Titulo B addit: MULIER FIDICINA
382 mo hominis 383 contemplaret 384 Sed id qui

Uel ego, qui *du*dum fili causa coeperam
Ego*met* me excruciare animi, quasi quid filius
Meus deliquisset me erga, aut quasi non plurima
Malefacta mea essent solida in adulescentia.
Profecto deliramus interdum senes.
[Fuit conducibile hoc quidem mea sententia.]
Sed meus sodalis it cum praeda Apoecides.
Uenire saluom mercatorem gaudeo.
Quid fit.

Apoecides

Di deaeque te adiuuant.

Periphanes

Omen placet.

Apoecides

Quin omini omnes suppetunt res prosperae.
Sed tu hanc iube sis intro abduci.

Periphanes

Heus, foras
Exite huc aliquis. Duce istam intro mulierem.
Atque audin?

Seruos

Quid uis?

Periphanes

Caue siris cum filia
Mea copulari hanc neque conspicere. Iam tenes?
In aediculam istanc seorsum concludi uolo;
Diuortunt mores uirgini longe ac lupae.

Apoecides

Docte et sapienter dicis; num*quam* nimis potest
Pudicitiam quisquam suae seruare filiae.

388 Uel quasi egomet qui dum 389 Ego me 390 Melius deliquisset med erga plurumum 393 *om. A* 396 sit adiuuant res propere. PERI 397 Qui nomini propere 397—99 *duobus uersibus* 398 lubens intro Abduci heus 400 EPID Quid cum 403—7 *tribus uersibus.* 402 istac sorsum 404 num

Edepol ne istam temperi gnato tuo
Sumus praemercati.

Periphanes

Quid iam?

Apoecides

Quia dixit mihi
Iam dudum se alius tuum uidisse hic filium.
Hanc edepol rem adparabat.

Periphanes

Planum hercle hoc quidem est.

Apoecides

Ne tu habes seruom graphicum et quantiuis preti.
Non carust auro contra. Ut ille fidicinam
Facete fecit nescire, esse emptam tibi!
Ita ridibundam atque hilaram huc adduxit simul.

Periphanes

Mirum, hoc qui potuit fieri.

Apoecides

Te pro filio
Facturum dixit rem esse diuinam domi,
Quia Thebis saluos redierit.

Periphanes

Rectam institit.

Apoecides

Inde orsus illi dixit, conductam esse eam,
Quae hic administraret ad rem diuinam tibi.
Ego illic me autem sic adsimulabam, quasi
Stolidus sim; bardum me faciebam.

406 tempore 408 alius uisse 409 Plane 412 Facete *om.* 414 hoc quod 416 *sqq. quattuor versus omissos in margine habet B.* 416 Recte 417 Immo ipsus *Post* 418: Facturum hoc dixit rem esse diuinam tibi domi 420 stolidum cumbardum

Periphanes

Immo haud decet.

Apoecides

Res magna amici apud forum agitur; ei uolo
Ire aduocatus.

Periphanes

At, quaeso, ubi erit otium,
Reuortere ad me extemplo.

Apoecides

Continuo hic ero.

Periphanes

Nihil homini amico est opportuno antiquius;
Sine tuo labore, quod uelis, actum est tamen.
Ego si adlegassem aliquem ad hoc negotium
Hominem minus doctum minusque ad hanc rem callidum,
Os sublitum esset mi, atque me albis dentibus
Meus derideret filius meritissumo.
Sed quis illic est, quem huc aduenientem conspicor,
Suam qui undantem chlamydem quassando facit?

MILES PERIPHANES FIDICINA

Miles

Caue praeterbitas ullas aedis, quin roges,
Senex ubi habitat Periphanes Plothenius.
Incertus tuum caue ad me rettuleris pedem.

Periphanes

Adulescens, si istunc hominem, quem tu quaeritas,
Tibi conmonstrasso, ecquam abs te inibo gratiam?

---

420 Immo stat decet 421 eum uolo 424 amititius 426—29 *tribus uersibus* 426 adligassem 427 minus hominem Quam doctum 428 esset itaque 429 deridet *Hunc v. sequuntur vv. 451—54* 430 quis hic est MILES SENEX PERIPHANES 432—34 *duobus uersibus* 433 platenius 436 commonstrauero

Miles

Uirtute belli ornatus promerui, ut mihi
Omnis mortalis agere deceat gratias.

Periphanes

Non repperisti, adulescens, tranquillum locum,
Ubi tuas uirtutes explices, ut postulas;
Nam strenuiori deterior si praedicat
Suas pugnas, prae huius illae fiunt sordidae.
Sed istum, quem quaeris, Periphanem Plothenium,
Ego sum, si quid uis.

Miles

Nempe quem in adulescentia
Memorant apud reges armis, arte duellica,
Diuitias magnas indeptum?

Periphanes

Immo si audias
Meas pugnas, fugias manibus dimissis domum.

Miles

Pol ego magis unum quaero, meas quoi praedicem,
Quam illum, qui memoret suas mihi.

Periphanes

Hic non est locus.
Proin tu alium quaeras, quoi centones sarcias.
— Atque haec stultitiast, me illi uitio uortere,
Egomet quod factitaui in adulescentia,
Quom militabam; pugnis memorandis meis
Eradicabam hominum auris, quando occeperam. —

Miles

Animum aduorte, ut, quod ego ad te uenio, intellegas.
Meam amicam audiui te esse mercatum.

437 armatus   438 deceat agere deceat   442 de illius   [illegible] periphanen placenium   446 indeceptam   447 demisis domum.
450 Quam *B*   tueras   451–54 *leguntur post 429*   451 stultitiast
455 aduenio *A*

Periphanes

Attatae,
Nunc demum scio ego hunc, qui sit: quem dudum Epidicus
Mihi praedicauit militem. Adulescens, itast,
Ut dicis; emi.

Miles

Uolo te uerbis pauculis,
Si tibi molestum non est.

Periphanes

Non edepol scio,
Molestum necne sit, nisi dicis, quid uelis.

Miles

Mihi illam ut tramittas, argentum accipias; adest.
Nam quid ego apud te uera parcam proloqui?
Ego illam uolo hodie facere libertam meam,
Mihi concubina quae sit.

Periphanes

Te absoluam breui.
Argenti quinquaginta mihi illa empta est minis;
Si sexaginta mihi dinumerantur minae,
Tuas possidebit mulier faxo ferias;
Atque ita profecto, ut eam ex hoc exoneres agro,

Miles

Estne empta mihi istis legibus?

Periphanes

Habeas licet.
Conciliauisti pulcre. — Heus, foras educite,
Quam introduxistis, fidicinam. — Atque etiam fides,
Ei quae accessere, tibi addam dono gratiis.
Age, accipe hanc sis.

461 Molestum non est *B* nihil *A* quod *A* 462 accipias. PER. habeas. MIL. Nam *B* 463—68 *quattuor uersibus* 463 uera *om. B*, uerba *A* 464 hodie uolo *B* 467 denumerantur 469—72 *tribus versibus* 470 empta tibi Hæc istis *B*

Miles

Quae te intemperiae tenent?
Quas tu mihi tenebras tradis? Quin tu fidicinam
Produci intus iubes?

Periphanes

Haec ergo est fidicina.
Hic alia nullast.

Miles

Non mihi nugari potes.
Quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem?

Periphanes

Haec, inquam, est.

Miles

Non haec, inquam, est. Non nouisse me
Meam rere amicam posse?

Periphanes

Hanc, inquam, filius
Meus deperibat fidicinam.

Miles

Haec non est ea.

Periphanes

Quid? non est?

Miles

Non est.

Periphanes

Unde haec igitur gentium est?
Equidem hercle argentum pro hac dedi.

Miles

Stulte datum
Reor et peccatum largiter.

Periphanes

Immo haec east;

474 te *om.* B 475 tradis B tr[illegible]s A 478 [illegible]cropolistidem
480 [illegible]am B esse A 484 et *om.* A haec est A

Nam seruom misi, qui illum sectari solet.
Meum gnatum; is ipse hanc destinauit fidicinam.

Miles

Em, istic homo te articulatim concidit, senex,
Tuus seruos.

Periphanes

Quid? concidit?

Miles

Sic suspiciost;
Nam pro fidicina haec cerua subposita est tibi.
Senex, tibi os est sublitum plane et probe.
Ego illam requiram iam, ubi ubi est.

Periphanes

Bellator, uale.
Euge, euge, Epidice, frugi — ita pugnasti homo es,
Qui me emunxisti mucidum, minumi preti.
Mercatus te hodie est de lenone Apoecides?

Fidicina

Fando ego istuc nomen numquam audiui ante hunc diem.
Neque me quidem emere quisquam ulla pecunia
Potuit; plus iam sum libera quinquennium.

Periphanes

Quid tibi negotist meae domi igitur?

Fidicina

Audies:
Conducta ueni, ut fidibus cantarem seni,
Dum rem diuinam faceret.

---

485 illum *om.* *B* 486 is *om.* *B* hanc fidicinam emit fidicinam *B* 487 Hem articulatum concidis *A* 488 Qui *A* 489 cerua *om.* *B* 490 sublatum *B* 491 PER Ego *B* 492 Eugae eugae *A*, Euge frugi *B* frugi es pugnasti homo es 494 Mercatumest te hodie est lenone Apoecides *A* 495 Fandum *A*, Eumeam *B* istunc hominem 496 me equidem *A* 498 negotii est *B* Adies *B* 499 cantare *B*

Periphanes

Fateor me omnium
Hominum esse Athenis Atticis minumi preti.
Sed tu nouistin fidicinam Acropolistidem?

Fidicina

Tam facile quam me.

Periphanes

Ubi habitat?

Fidicina

Postquam liberast,
Ubi habitet, dicere admodum incerte scio.

Periphanes

Eho an libera illast? Quis eam liberauerit,
Uolo scire, si scis.

Fidicina

Id quod audiui, audies:
Stratippoclem aiunt, Periphan*a*i filium,
Absentem curauisse ut fieret libera.

Periphanes

Perii hercle, si istaec uera sunt, planissume.
Meum exenterauit Epidicus marsuppium.

Fidicina

Haec sic audiui. Num quid me uis ceterum?

Periphanes

Malo cruciatu ut pereas atque abeas cito.

Fidicina

Fides non reddis?

---

502 prolistein mulierem fidicinam *A* cropolistidem *B* 501—5 *quattuor versibus* 503 ubertast *B* 504 habitet Dum incerto *B* 505 Eh eam *B* liberauit *A*, liberaui *B* 506 audiui eam audies *A* 507 Strathippoclem *A*, stratippoclem *B* aiunt *om. B* Periphani 508 ut fieret filia *A* 509 Peri *A* 510 exintrauit *B* Epidicus uerat uppiam Epidicus *A* 511 nunc si quid uis me *A* 512 ut cruciatu ut *A*

Periphanes

Neque fides neque tibias.
Propera sis fugere hinc, si te di amant.

Fidicina

Abiero.
Flagitio cum maiore post reddes tamen.

Periphanes

Quid nunc? qui in tantis positus sum sententiis,
[Eumne ego sinam inpune? Immo, etiam si alterum
Tantum perdundum est, perdam potius, quam sinam
Me inpune irrisum esse habitum, depeculatum]
Ei sic data esse uerba praesenti palam!
Atque me minoris facio prae illo, qui omnium
Legum atque iurum fictor, conditor cluet.
Is etiam sese sapere memorat! Malleum
Sapientiorem uidi excusso manubrio.

PHILIPPA MULIER. PERIPHANES SENEX

Philippa

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat miser ex animo,
Id ego experior, quoi multa in unum locum
Confluunt, quae meum pectus pulsant simul.
Multiplex aerumna exercitam *med* habet;
Paupertas, pauor territat mentem animi;
Neque, ubi meas spes conlocem, habeo usquam munitum locum;
† Ita gnata mea hostiumst potita, neque, ea nunc ubi sit, scio.

---

514 Propera igitur *B* tesi *A* 516 Qui nunc quin tantispositus seis sententeis *A* 517—19 *absunt ab A.* 520 Eis *B* 521 memineris *B* faciofacio *A* pro *B* 522 uirum *A* condictor *A* 524 Sapientiorem .... manubrio *B. Tum in B titulus scena om.* 525 animo est 528 aerumnam med *om.* 530 collocem spes 531 sit nescio

Periphanes

Quis illaec est mulier timido pectore peregre adueniens, quae ipsa se Miseratur?

Philippa

In his dictust mihi locis habitare Periphanes.

Periphanes

Me nominat haec. Credo ego, illi hospitio usus meo uenit.

Philippa

Peruelim mercedem dare, qui monstret eum mihi hominem, aut ubi habitet.

Periphanes

Noscito ego hanc; nam uideor, nescio ubi, uidisse prius *eam*

Estne ea an non east, quam animus retur meus?

Philippa

Di boni, uisitaui *hunc an non* antidhac?

Periphanes

Certo east, quam in Epidauro pauperculam memini conprimere,

Philippa

Plane hic illest, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit.

Periphanes

Quae meo conpressu peperit filiam, quam domi nunc habeo. Quid si adeam?

Philippa

Haud scio, an congrediar.

Periphanes

Si haec east,

Philippa

Si is est homo,

533 miseretur locis habitare mihi 534 usus inuenit 536 ubi me uidisse eam *om.* 537—40 *octo uersus fuisse uidentur in A.* 537 non est *B* 538 uisitaui . . . . . antidhac 540 Plane hic illest 542 MUL. Quid SEN. Haud congrediar si 542 sq ML. Sin est is homo sicut anni multi de ubi andant. SEN.

Periphanes

Anni multi dubiam *red*dunt.

Philippa

Longa dies meum incertat animum.

Periphanes

Hanc congrediar astu.

Philippa

Muliebris adhibenda malitia.

Periphanes

Conpellabo.

Philippa

Orationis aciem contra conferam.

Periphanes

Salua sis.

Philippa

Salutem accipio mihi et meis.

Periphanes

Quid ceterum?

Philippa

Saluos sis; quod credidisti, reddo.

Periphanes

Haud accuso fidem.

Nouin ego te?

Philippa

Si ego te noui, animum inducam, ut noueris.

Periphanes

Ubi te uisitaui?

---

543 *extremo additur*: sin east qam incerto animo *B*, sedneast *A* 544 adhibenda mihi malicia nunc est 545 Conpellabo SENEX 546 seis *A* 548 MUL. Nouin *B*, *indeque in proximis personae permutatae.* uti *B*

Philippa

Inique iniuriu's.

Periphanes

Quid iam?

Philippa

Quia
Tuae memoriae interpretari me aequom censes.

Periphanes

Conmode
Fabulata es.

Philippa

Mira *ni* me noris.

Periphanes

Em istuc rectius.
Meministin?

Philippa

Quid?

Periphanes

Meministin tu in Epidauro

Philippa

Ah guttula
Pectus ardens mihi adspersisti.

Periphanes

Uirgini pauperculae
Tuaeque matri me leuare paupertatem?

Philippa

Tun is es,
Qui per uoluptatem tuam in me aerumna*m* obseuisti grauem?

Periphanes

Ego sum. Salue.

551 mira memoras. MUL. Hem 552 Meministein? Id memini Q . . . . n . u Epidauro Ha guttula A. Meministin? MUL. memini id SEN. in Epidauro. MUL. ah guttula *B* 553 pectus A 555 mea aerumna

Philippa

Salua sum, quia te esse saluom sentio.

Periphanes

Cedo manum.

Philippa

Accipe. Aerumnosam et miseriarum conpotem
Mulierem retines.

Periphanes

Quid est, quod uoltus turbatust tuus?

Philippa

Filiam, quam ex te suscepi,

Periphanes

Quid eam?

Philippa

Eductam perdidi;
Hostium est potita.

Periphanes

Habe animum lenem et tranquillum; tace;
Domi meae eccam saluam et sanam. Nam postquam audiui ilico
Ex meo seruo illam esse captam, continuo argentum dedi,
Ut emeretur; ille eam rem adeo sobrie et frugaliter
Adcurauit, ut *is* ad alias res est inpense inprobus.

Philippa

Fac uideam, si me uis *saluam, obsecro.*

Periphanes

Eho, istinc Canthara
Iube Telestidem huc prodire filiam ante aedis meam,
Ut suam uideat matrem.

Philippa

Remigrat animus nunc demum mihi.

558 quod duo itus te turbat tuus 560 face 562 captiuam 564 ut alias *B* 565 saluam, obsecro *om.* 566 Acropolistidem huc *om. B*

ACROPOLISTIS	PERIPHANES	*PHILIPPA*
FIDICINA	SENEX	MULIER

Acropolistis

Quid est, pater, quod me exciuisti ante aedis?

Periphanes

Ut matrem tuam

Uideas, adeas, *ad*uenienti des salutem atque osculum.

Acropolistis

Quam meam matrem?

Periphanes

Quae exanimata exsequitur adspectum tuum.

Philippa

Quis istaec est, quam tu osculum mihi ferre iubes?

Periphanes

Tua filia.

Philippa

Haecine?

Periphanes

Haec.

Philippa

Egone osculum huic dem?

Periphanes

Cur non, quae ex te nata sit?

Philippa

Tu homo insanis.

Periphanes

Egone?

Philippa

Tu ne.

ACROPOLISTIS *et* PHILIPPA *om.* 569 uenenti 571 fere 572 natast

Periphanes

Cur?

Philippa

Quia ego istanc, quae siet,
Neque scio neque noui, neque ego hanc oculis uidi ante hunc diem.

Periphanes

Scio, quid erres. Quia uestitum atque ornatum inmutabilem
Habet haec . . . .

Philippa

. . . . aliter catuli longe olent, aliter suis,
Ne ego meam nouisse *nequeam.*

Periphanes

Pro deum atque hòminum fidem,
Quod ego lenocinium facio, qui habeam alienos domi
Atque argentum egurgitem domo prorsum? Quid tu, quae patrem
Tuum uocas me atque oscularis, quid stas stupida? quid taces?

Acropolistis

Quid loquar uis?

Periphanes

Haec negat se tuam esse matrem.

Acropolistis

Ne fuat,
Si non uolt; equidem hac inuita tamen ero matris filia.
Non me*d* istanc cogere aequomst meam esse matrem, si neuolt.

574 quia Ego hanc 576—79 habet haec
Aliter catuli longe olent, aliter suis ne ego eam nouisse
Atque hominum fidem Quid *B*
580 prosus *A* 581 osculari *B* 584 me

Periphanes

Cur me igitur patrem uocabas?

Acropolistis

Tua istaec culpa est, non mea.
Non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me appelles filiam?
Hanc quoque etiam, si me appellet filiam, matrem uocem;
Negat haec, filiam me suam esse; non ergo haec mater mea est.
Postremo haec mea culpa non est; quae didici, dixi omnia.
Epidicus mihi fuit magister.

Periphanes

Perii, plaustrum perculit.

Acropolistis

Num quid ego ibi, pater, peccaui?

Periphanes

Si hercle te umquam audiuero
Me patrem uocare, uitam tuam ego interimam.

Acropolistis

Non uoco.
Ubi uoles pater esse, ibi esto; ubi noles, ne fueris pater.

Philippa

Quid? ob eam rem hanc emisti, quia tuam gnatam es ratus?
Quibus de signis agnoscebas?

Periphanes

Nullis.

Philippa

Quare filiam
Credidisti nostram?

Periphanes

Seruos Epidicus dixit mihi.

589—92 *tribus versibus B* 590 Magister fuit austrum perculi 591 pater peccaui *om. B* audiuero *om. B* 593 esse pater esto *A* 594 es *om. B* 595—97 *om. A*

Philippa

Quid si seruo aliter uisum esset, non poteras nosse, obsecro?

Periphanes

Quid? ego qui illam, ut primum uidi, numquam uidi postea?

Philippa

Perii misera.

Periphanes

Ne fle, mulier; intro abi; habe animum bonum
Ego illam reperiam.

Philippa

Hinc Athenis ciuis eam emit Atticus.
Adulescentem equidem dicebant emisse.

Periphanes

Inueniam; tace.
Abi modo intro atque hanc adserua Circam, Solis filiam.
Ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo.
Si inuenio, exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem.

STRATIPPOCLES ADULESCENS. SERUOS EPIDICUS. DANISTA. *UIRGO.*

Stratippocles

Male morigerus mihi est danista, qui a me argentum non petit
Neque illam adducit, quae empta ex praeda est. Sed eccum incedit Epidicus.
Quid illud est, quod illi caperat frons seueritudine?

---

597 uisum est nouisse 598 primam qui uidi *B* 599 PER. *om.* *A* habeto *B* 602 obserua *A* circa solus *A* 604 exitiabilem ego faciam ut hic fiat dies *A* UIRGO *om.* 605 quod me *A*, quid me *B* 606 quæ est .... preda 607 illuc illic aperat

Epidicus

Si undecim deos praeter sese secum adducat Iuppiter,
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora uidi; ibi aderat una Apoecides.
Nunc homines me quaeritare credo. Senserunt; sciunt,
Sibi data esse uerba.

Stratippocles

Quid agis, mea conmoditas?

Epidicus

Quod miser.

Stratippocles

Quid est tibi?

Epidicus

Quin tu mihi adornas ad fugam uiaticum,
Priusquam pereo? nam per urbem duo defloccati senes
Quaeritant me; in manibus gestant copulas secum simul.

Stratippocles

Habe bonum animum.

Epidicus

Quidni? ego, quoi libertas in mundo sitast.

Stratippocles

Ego te seruabo.

Epidicus

Edepol me illi melius, si nancti fuant.
Sed quis haec est muliercula et illic rauastellus, qui uenit?

Stratippocles

Hic est danista, haec illa est autem, quam emi de praeda.

Epidicus

Haecine est?

---

610 Periphanen aderat ibi *B* 612 quid agitis *A* 613 ad *om A* 614 *post 615 pon. B* 615 te *A* secum siam *B* 616 Quippe 618 raustellus *A*, ille grauas tellusque *B* 619 quam ego emi *A*

Stratippocles

Haec est. Estne, ita ut tibi dixi, — adspecta et contempla, Epidice —
Usque ab unguiculo ad capillum summum festiuissuma?
Estne consimilis quasi quom signum pictum pulcre adspexeris?

Epidicus

Ex tuis uerbis meum futurum corium pulcrum praedicas,
Quem Apella atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis.

Stratippocles

Di inmortales, sic te iussi ad me ire pedibus? Palmipes
Qui perhibetur, prius uenisset, quam tu aduenisti mihi.

Danista

Haec edepol remorata med est.

Stratippocles

Si quidem istius gratia
Id remoratu's, quod ista uoluit, nimium aduenisti cito.

Danista

Age, age, absolue *me* atque argentum numera, ne comites morer.

Stratippocles

Pernumeratumst.

Danista

Tene cruminam; huc inde; capit.

Stratippocles

An tu neuis
Opperiri, dum effero ad te argentum?

---

620 ista *A*, *om.* *B* aspecta hæc contempla epydice *B* 621 ungulo *A* summum est 822 Estne considera ..... signum *B* uideris *B* 624 appelles pincent ulmis 625 scio iussi admirer pulmunes 629 me *om.* numera numera 630 Pernumeratust inde. ST. Sapienter uenis. 631 Operire

Danista

Matura.

Stratippocles

Domi est.

Epidicus

Satin ego oculis utor? aciem optineo sincere an parum?
Uideon ego Telestidem te, Periphan*a*i filiam,
E Philippa matre natam Thebis, Epidauri satam?

Uirgo

Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras et meum?

Epidicus

Non me nouisti?

Uirgo

Quod quidem nunc ueniat in mentem mihi.

Epidicus

Non meministi, me auream ad te adferre natali die
Lunulam atque anellum aureolum in digit*ul*um?

Uirgo

Memini, mi homo.
Tune is es?

Epidicus

Ego, et istic frater, qui te mercatus*t*, tuus.
. . . . alia matre, uno patre.

Uirgo

Quid pater meus? uiuost?

Epidicus

Animo liquido et tranquillo es; ualet.

631 ST. *om.* 632 utilitatem optineo 633 *proximo postponit B* tepbere pani *B* 634 natam asthebis 636 nouistis quod *B* 637 *proximo postponit B* 638 lunnlam *B* aureolam *A* digitum 639 *sq.* Ego sum et istic frater tuus est in alia *B* 641 tace

Uirgo

Di me ex perdita seruatam cupiunt, si uera autumas.

Epidicus

Non habeo ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler.

Stratippocles

Accipe argentum hoc, danista; hic sunt quadraginta minae;
Si quid erit dubium, inmutabo.

Danista

Bene fecisti. Bene uale.

Stratippocles

Nunc enim tu mea es.

Uirgo

Soror quidem edepol, ut tu aeque scias.
Salue, frater.

Stratippocles

Sanan haec est?

Epidicus

Sana, si appellat suum.

Stratippocles

Quid? ego modo *sum* huic frater factus, dum intro eo atque *inde* exeo?

Epidicus

Quod boni est, id tacitus taceas tute tecum et gaudeas.

Stratippocles

Perdidisti et repperisti me, soror.

Epidicus

Stultu's; tace.
Tibi quidem, quod ames, domi praestost fidicina *illa*, opera mea;
Et sororem in libertatem idem opera concilio mea.

645 erit erit *B* 646 æquæ 648 sum *om.* atque ea eo 649 Quid bini 650 stultus 651 illa *om.*

Stratippocles

Epidice, fateor —

Epidicus

Abi intro ac iube huic aquam calefieri.
Cetera haec posterius faxo scibis, ubi erit otium.

Stratippocles

Sequere me, soror hac.

Epidicus

Ego ad uos Thesprionem iussero
Huc transire. Sed memento, si quid saeuibunt senes
Suppetias mihi cum sorore ferre.

Stratippocles

Facile istuc erit.

Epidicus

Thesprio, exi istac per hortum; adfer domum auxilium mihi:
Magnast res. — Minoris multo facio quam dudum senes.
Remeabo intro, ut adcurentur aduenientes hospites.
Eadem haec intus edocebo, quae ego scio, Stratippoclem.
Non fugio; domi adesse certumst, neque ille haud obiciet mihi,
Pedibus sese prouocatum. Abeo intro: nimis longum loquor.

PERIPHANES. APOECIDES. EPIDICUS.

Periphanes

Satine illic homo ludibrio nos uetulos decrepitos duos
Habet?

Apoecides

Immo edepol tu quidem miserum me*d* habes miseris modis

654 ubi *om.* *B* 655 hac me soror *B* 656 saeuiunt *A*, saeuiunt *B* senex *A* 657 Supetias 658 ortum 659 Magnas tres facito senex 661 hac *B* 663 habeo

SENES II. SERVVS. MVLIER *B*

664 ille hic homo ludribrio 665 me

Periphanes

Tace; sine modo me hominem apisci.

Apoecides

Dico ego tibi iam, ut scias.
Alium tibi te melius comitem quaerere; ita, dum te sequor,
Lassitudine inuaserunt misero in genua flemina.

Periphanes

Quot illic homo hodie me exemplis ludificatust atque te!
Ut illic autem exenterauit mihi opes argentarias!

Apoecides

Apage illum a me; nam ille quidem Uolcani iratist filius;
Quaqua tangit, omne amburit; si adstes, aestu calefacit.

Epidicus

Duodecim di et plus quam in caelo deorum est inmortalium,
Mihi nunc auxilio adiutores sunt et mecum militant.
Quidquid ego male feci, auxilia mihi et suppetiae sunt domi.
Apolactizo inimicos omnis.

Periphanes

Ubi illum quaeram gentium?

Apoecides

Dum sine me quaeras, quaeras mea causa uel medio in mari.

Epidicus

Quid me quaeris? quid laboras? quid hunc sollicitas? Ecce me,
Num te fugi? num ab domo absum? num oculis concessi tuis?
Neque . . . .

666 Tace sis modo sine 667 te melius comitem te melius 668 Lassitudinem *B* 669 Quod illi hodie *B* 672 si propius astesta es tu 673 deis plus 674 auxilo 677 quæras *semel B* uel *om. A* 678 quæras 680 *om. B*

Nec tibi supplico. Uincire uis; em, ostendo manus
Tu habes lora: ego te emere uidi. Quid nunc cessas?
Conliga.

Periphanes

Ilicet; uadimonium ultro mihi hic facit.

Epidicus

Quin conligas?

Apoecides

Edepol mancipium scelestum!

Epidicus

Te profecto, Apoecides,
Nihil moror mihi deprecari.

Apoecides

Facile exoras, Epidice.

Epidicus

Ecquid agis?

Periphanes

Tuon arbitratu?

Epidicus

Meo hercle uero, atque haud tuo,
Conligandae haec sunt tibi hodie.

Periphanes

At non lubet; non conligo.

Apoecides

Tragula*m* in te inicere adornat: nescio quam fabricam facit.

Epidicus

Tibi moram facis, quom ego solutus adsto. Age, inquam, conliga.

---

681 uincere 983 facis. APOECID. Quid *B* coligas *A* 684 PER macipium *B* 685 depræ facilex oras 686 uero . . . hau *A*, uerbo atque aud *B* 687 hae *A* *Sequitur in B 690 suo loco redens.* 688 Tragula fecit *B* 689 solutus asto alege inquam *B*

Periphanes

At mihi magis lubet solutum te rogitare.

Epidicus

At nihil scies. 690

Periphanes

Quid ago?

Apoecides

Quid agas? Mos geratur.

Epidicus

Frugi es tu homo, Apoecides.

Periphanes

Cedo manus igitur.

Epidicus

Morantur nihil. Atque arte conliga.
Nihil uolunt obnoxiae esse.

Periphanes

Facto opere arbitramino.

Epidicus

Bene hoc habet. Age nunc iam ex me exquire; rogita, quod lubet.

Periphanes

Qua fiducia ausu's primum, quae emptast nudiustertius,
Filiam meam dicere esse?

Epidicus

Lubuit; ea fiducia. 696

Periphanes

Ain tu? lubuit?

Epidicus

Aio. Uel da pignus, ni ea sit filia.

---

691 PERI. Frugi es tu homo. SER. *B* 693 Nihil uero obnoxios se 695 Quae ausus 697 uel ad pingnus

Periphanes

Quam negat nouisse mater?

Epidicus

Ni ergo matris filia est,
In meum nummum, in tuum talentum pignus da.

Periphanes

Enim istic captiost.
Sed quis east mulier?

Epidicus

Tui gnati amica, ut omnem *rem* scias.

Periphanes

Dedin tibi minas triginta ob filiam?

Epidicus

Fateor datas,
Et eo argento illam me emisse amicam fili fidicinam
Pro tua filia. Is te, fateor, tetigi triginta minis.

Periphanes

Quomodo me ludos fecisti de illa conducticia
Fidicina?

Epidicus

Factum hercle uero, et recte factum iudico.

Periphanes

Quid postremo argento factum est, quod dedi?

Epidicus

Dicam tibi:
Neque malo homini neque bono, gn*at*o tuo dedi Stratippocli.

Periphanes

Cur dare ausu's?

Epidicus

Quia mihi lubitum est.

699 iste 700 rem *om.* 701 Diden *B* 702 Et ego argento 703 iste abore tetigi minas 704 ludo 707 neque benigno tuo dedist ippocli 708 Quor *A*

Periphanes

Quae haec, malum, inpudentiast?

Epidicus

Etiam inclamitor quasi seruos?

Periphanes

Quom tu es liber, gaudeo.

Epidicus

Merui, ut fierem.

Periphanes

Tu meruisti?

Epidicus

Uise intro; ego faxo scies,
Hoc ita esse.

Periphanes

Quid est negoti?

Epidicus

Iam ipsa res dicet tibi.
Abi modo intro.

Periphanes

Ei, non illuc temere est. — Adserua istum, Apoecides.

Apoecides

Quid illuc, Epidice, est negoti?

Epidicus

Maxuma hercle iniuria
Uinctus adsto, quoius huic hodie opera inuentast filia.

Apoecides

Ain tu te illius inuenisse filiam?

Epidicus

Inueni, et domi est.
Sed ut acerbum est, pro benefactis quom mali messim metas;

---

708 inpudentiast *om.* 709 indamitor que si seruus. SER. cum 710 Uisse 712 Ibi 714 cuius hæc hodie inuenta si filia 716 cum malis me sim met as

Apoecides

Quamne hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere?

Epidicus

Ego sum defessus reperire, uos defessi quaerere.

Periphanes

Quid isti oratis opere tanto? *Sic* meruisse intellego,
Ut liceat merito huius facere. Cedo tu, ut exsoluam manus.

Epidicus

Ne attigas.

Periphanes

Ostende uero.

Epidicus

Nolo.

Periphanes

Non aequom facis. 721

Epidicus

Numquam hercle hodie, nisi supplicium mihi das, me solui sinam.

Periphanes

Optumum atque aequissumum oras. Soccos, tunicam, pallium
Tibi dabo.

Epidicus

Quid deinde porro?

Periphanes

Libertatem.

Epidicus

At postea
Nouo liberto opus est, quod pappet.

Periphanes

Dabitur; praebebo cibum. 725

---

719 istis *B* Sic *om.* 721 atticas

Epidicus

Numquam hercle hodie, nisi me orassis, solues.

Periphanes

Oro te, Epidice,
Mihi ut ignoscas, si quid inprudens culpa peccaui mea.
At ob eam rem liber esto.

Epidicus

Inuitus do hanc ueniam tibi;
Nisi necessitate cogor. Solue sane, si lubet.

Ω

Hic is homo est, qui libertatem malitia inuenit sua.
Plaudite et ualete. Lumbos porgite atque exsurgite.

---

726 orasseis *A* 727 ignoscans *A* 729 cogar solues *A* 730 POETA *rubro B* eis *A* qua *A* 731 et *om. B* purgite *A*, surgite *B* extollite *B*

MOSTELLARIA.

ARGUMENTUM.

Manumisit emptos suos amores Philolaches,
Omnemque absente rem suo absumit patre.
Senem, ut reuenit, ludificatur Tranio;
Terrifica monstra dicit fieri in aedibus
Et inde pridem emigratum. Interuenit
Lucripeta fenus fenerator postulans,
Ludosque rursum fit senex; nam mutuum
Acceptum dicit pignus emptis aedibus.
Requirit, quae sint; ait uicini proxumi;
Inspectat illas. Post se derisum dolet;
Ab sui sodale gnati exoratur tamen.

Discrepantia scripturae codicis Palatino-Vaticani 1615 (B) et Heidelbergensis (C) et, ubi apparuit, palimpsesti Ambrosiani (A).

INCIP̃ PLAUTI MUSTELLARIA *B*, Argumtum mustell. *C*
1 eptos *C* 2 absiunt *C* 3 ludicatur *C* 4 dici . . . leri *B*, dicit sileri *C* 5 primum 6 Lucra peta *C* 8 Acceptum tum eptis *C* 11 exorator

PERSONAE FABULAE

Grumio seruos
Tranio seruos
Philolaches adulescens
Philematium meretrix
Scapha ancilla
Callidamates adulescens
Delphium meretrix
Sphaerio puer
Theopropides senex
Misargyrides danista
Simo senex
Phaniscus seruos
Alter Callidamatis seruos.

GRUMIO TRANIO, SERUI II.

Grumio

Exi e culina sis foras, mastigia,
Qui mihi inter patinas exhibes argutias.
Egredere, erilis pernicies, ex aedibus.
Ego pol te ruri, si uiuam, ulciscar probe.
Exi, inquam, nido, uolturi; nam quid lates?

Tranio

Quid tibi, malum, hic ante aedis clami*t*atiost?
An ruri censes te esse? abscede ab aedibus.
Abi rus; abi dierecte; abscede ab ianua.
Em; hocine uolebas?

Grumio

Perii. Cur me uerberas?

Tranio

Quia uiuis.

Grumio

Patiar. Sine modo adueníat senex;
Sine modo uenire saluom, quem absentem comes.

Tranio

Nec ueri simile loquere nec uerum, frutex,
Comesse quemquam ut quisquam absentem poss*i*et?

3 herdes pernicies *C* 5 iuquam *C* nidore cupinam 6 clamat iost 8 directe *C* inua *B* 9 En *B*, in *C* 10 uiuus *C* pacia sine *C* 11 saluos *B*, saluus *C* 13 posset

Grumio

Tu urbanus uero scurra, deliciae popli,
Rus mihi tu obiectas? Sane credo, Tranio,
Quod te in pistrinum scis actutum tradier.
Cis hercle paucas tempestates, Tranio,
Augebis ruri numerum, genus ferratile.
Nunc, dum tibi lubet licetque, pota, perde rem.
Corrumpe erilem adulescentem optumum.
Dies noctesque bibite, pergraecamini;
Amicas emite, liberate; pascite
Parasitos; opsonate pollucibiliter
Haecine mandauit tibi, quom peregre hinc it, senex?
Hocine modo hic rem curatam offendet suam?
Hocine boni esse officium serui existumas,
Ut eri sui corrumpat et rem et filium?
Nam ego illum corruptum duco, quom his factis studet.
Quo nemo adaeque iuuentute ex omni Attica
Antehac est habitus parcus nec magis continens.
Is nunc in aliam partem palmam possidet.
Uirtute id factum tua et magisterio tuo.

Tranio

Quid tibi, malum, me, aut quid ego agam, curatiost?
An ruri quaeso non sunt quos cures boues?
Lubet potare, amare, scorta ducere;
Mei tergi facio haec, non tui fiducia.

Grumio

Quam confidenter loquitur! Fu.

Tranio

At te Iuppiter
Dique omnes perdant! oboluisti allium,

14 populi *C* 15 obiecta *B* 16 sis 22 liberaui te *C* 23 pollucibiter *C* 24 iit 25 Effundet *C* 27 et semet *C* 30 contineas *B* 33 mea ut 34 bouis 37 fue *B*, fut *C*

Germana inluuies ruris, stercus, hara sui*s*,
Canes capro commixta.

Grumio

Quid uis fieri?
Non omnes possunt olere unguenta exotica,
Si tu oles, neque superior † accumbere,
Neque tam facetis, quam tu, uiuo uictibus.
Tu tibi istos habeas turtures, piscis, auis;
Sine me alliato fungi fortunas meas.
Tu fortunatu's, ego miser; patiunda sunt;
Meum bonum me, te tuum maneat malum.

Tranio

Quasi inuidere mihi hoc uidere, Grumio,
Quia mihi bene est et tibi male est. Dignissumumst;
Decet me amare et te bubulcitarier,
Me uictitare pulcre, te miseris modis.

Grumio

O carnifici*i*um cribrum, quod credo fore;
Ita te forabunt patibulatum per uias
Stimulis, si huc *saluos noster* reueniat senex.

Tranio

Quis scis, an tibi istuc eueniat prius quam mihi?

Grumio

Quia numquam merui; tu meruisti et nunc meres.

Tranio

Orationis operam compendi face,
Nisi te mala re magna mactari cupis.

Grumio

Eruom daturi*n* estis, bubus quod feram?

39 rusticus hircus hara sui 40 canem capram commixtam 42 superior quam erus accumbere *B* 43 uiuis 45 aleato 50 Licet amare *C* 52 carnificum 53 patibulatitur *C* 54 Stimuliis *B* saluos noster *om* 59 Seruom daturi

Date aes, si non est. Agite, porro pergite,
Quoniam occepistis; bibi*te*, pergraecamini,
Este, ecfercite uos, saginam † caedite.

Tranio

Tace atque abi rus; ego ire in Piraeum uolo
In uesperum parare piscatum mihi.
Eruom tibi aliquis cras faxo ad uillam adferat.
Quid est, quod tu me nunc optuere, furcifer?

Grumio

Pol tibi istuc credo nomen actutum fore.

Tranio

Dum interea sic sit, istuc 'actutum' sino.

Grumio

Ita est, sed unum hoc scito: nimio celerius
Uenit, quod nolis, quam illud, quod cupide petas.

Tranio

Molestus ne sis; nunc iam i rus; te amoue.
Ne tu erres, praeterhac mihi non facies moram.

Grumio

Satin abiit neque quod dixi flocci existumat?
Pro di inmortales, obsecro uostram fidem,
Facite, huc ut redeat noster quam primum senex,
Triennium qui iam hinc abest, prius quam omnia
Periere, et aedes et ager; qui nisi huc redit,

60 Data es inonestis *B*, date es inhoneste *C* 61 occepisti *C* bibi 62 ec ferite *B*, ecferute *C* cedite *C* 63 pyreum uos *C* 65 ad uillam faxo, *sed correcto errore C* 66 Quid est quid *C* 68 intereas 69 scelerius *B*, ceclerius *C* 70 Uenire quod moleste quam 72 erres hercle facias 73 *proximo postponit C* 77 pertere *C*

Paucorum mensum sunt relictae reliquiae.
Nunc rus abibo; nam eccum erilem filium
Uideo, corruptum ex adulescente optumo.

PHILOLACHES ADULESCENS.

Philolaches

Recordatus multum et diu cogitaui,
Argumentaque in pectus multa institui
Ego atque in meo corde, si est quod mihi cor,
Eam rem uolutaui et diu disputaui,
Hominem quoius rei, quando natust,
Similem esse arbitrarer simulacrumque habere;
Id repperi iam exemplum.
Nouarum aedium esse arbitror similem ego hominem,
Quando hic natus est; ei rei argumenta dicam.
Atque hoc haud uidetur ueri simile uobis;
At ego id faciam esse ita ut credatis.
Profecto esse ita ut praedico uera uincam.
Atque hoc uosmet ipsi, scio, proinde uti nunc
Ego esse autumo, quando dicta audietis
Mea, haud aliter id dicetis.
Auscultate, argumenta dum dico ad hanc rem;
Simul gnaruris uo*s* uolo esse hanc rem mecum.
Aedes quom extemplo sunt paratae, expolitae,
Factae probe examussim,
Laudant fabrum atque aedis probant; sibi quisque inde exemplum expetunt,
[Sibi quisque] simile suo is sua † sumptu operam parcunt suam.

78 mensuum 79 equum *B* 82 in pectus *om.* *C* 85 natus est 88 arbitro *B* 90 nobis *C* 91 Atque *C* 92 95 *tribus versibus* *B* 92 ita esse 97 gna ruri suo hanc *om.* *C* 99 probae examissim *B* 100 extemplum expetant *B* 101 sumptum *C* pascunt sua *C*

Atque ubi illo inmigrat nequam homo, indiligens,
Cum pigra familia, inmundus, *in*strenuus,
Hic iam aedibus uitium additur, bonae quom curantur male.
Atque illud saepe fit: tempestas uenit,
Confringit tegulas imbricesque; ibi
Dominus indiligens reddere alias neuolt,
Uenit imber, lauit parietes; perpluunt;
Tigna putrefacit, per*dit* operam fabri;
Nequior factus iam est usus aedium.
Atque *ea* haud est fabri culpa, sed magna pars
Morem hunc induxerunt: si quid nummo sarciri potest,
Usque mantant neque id faciunt, donicum
Parietes ruunt. Aedificandae aedes totae denuo.
Haec argumenta ego aedificiis dixi; nunc etiam uolo
Dicere, ut homines aedium esse similis arbitremini.
Primumdum parentes fabri liberum sunt.
Ei fundamentum substruunt liberorum,
Extollunt, parant sedulo in firmitatem
Et, ut in usum boni et in speciem populo sint
Sibique, *h*aud materiae reparcunt
Nec sumptus *s*ibi sumptui esse ducunt.
Expoliunt, docent litteras, iura, leges sumptu suo et labore.
Nituntur, ut alii sibi esse illorum similis expetant.
Ad legionem adminiclum eis danunt
Tum iam aliquem cognatum suum.
Eatenus †abeunt a fabris. Unum ubi emeritum est stipendium,
Igitur tum specimen cernitur, quo eueniat aedificatio.
Nam ego ad illud frugi usque et probus fui,
In fabrorum potestate dum fui.
Posteaquam inmigraui in ingenium meum,

102 indiligensque 103 strenuus 104 aditur *C* 109 per operam 111 ea *om.* 112 Moram hanc *C* nummos acciri *B* 113 doncum *C* 114 aedificatur *B*, aedificantur *C* 115 et ego *B* 116 hominis 117 parietes *C* 118 Et 120 usu *B* populo sint *proximo uersu* 121 aut 122 illi 125 comita adminiculum 127 habeunt 128 spetiem *B*

Perdidi operam fabrorum ilico oppido.
Uenit ignauia; ea mihi tempestas fuit;
Mihi aduentu suo grandinem imbremque adtulit.
Haec uerecundiam mihi et uirtutis modum
Deturbauit*que* detexitque a me ilico,
Postilla optigere eam neglegens fui.
Continuo pro imbre amor aduenit;
Is usque in pectus permanauit, permadefecit cor meum
Nunc simul res, fides, fama, uirtus, decus
Deseruerunt; ego sum in usu factus nimio nequior.
Atque ita ede*pol* tigna umid*itat*e putent, non uideo*r* mihi
Sarcire posse aedis meas, quin totae perpetuae ruant,
Quom fundamenta perierint, nec quisquam esse auxilio queat.
Cor dolet, quom scio, ut nunc sum atque ut fui:
Quo neque industrior de iuuentute erat
Quisquam nec clarior arte gymnastica,
Disco, hastis, pila, cursu, armis, equo.
Meo animo haud uictitabam uolup;
Parsimonia et duritia discipulinae aliis eram;
Optumi quique expetebant a me doctrinam sibi.
Nunc postquam nihili sum, id uero meopte ingenio repperi.

PHILEMATIUM MERETRIX. SCAPHA ANCILLA. PHILOLACHES ADULESCENS.

Philematium

Iam pridem ecastor frigida non laui magis lubenter,
Nec quom me melius, mea Scapha, rear esse deficatam.

132 opido *B* 136 deturbauit texit detexitque 137 opticere 138 aduenit in cor meum 140 uirtus decusque *B*, uirtusque decus *C* 142 ita haec . . tingna umide putan. *B*, ita hec ita tigna umida putant *C* uideo 143 perpetue 144 Quin cum fundamento
147—49 Arte gymnastica disco hastis filia
Cursu armis equo . . uictitabam uolup
149 uolupe *C* 150 Parsimoniae eduritia discipuli nealieis 151 tam edoctrinam 154 rea res . . de . ficatam *B*, reares edeficatam *C*

Scapha

Euentus rebus omnibus, uelut horno messis magna

Philematium

Hui! Quid ea messis adtinet ad meam lauationem?

Scapha

Nihilo plus quam lauatio tua ad messim.

Philolaches

O Uenus uenusta!
Haec illa est tempestas mea, mihi quae modestiam omnem
Detexit, tectus qua fui; nam mihi amor et cupido
In pectus perpluit meum, neque iam umquam optigere possum;
Madent iam in corde parietes; periere haec oppido aedes. 161

Philematium

Contempla amabo, mea Scapha, satin haec me uestis deceat.
Uolo me placere Philolachi, meo ocello, meo patrono.

Scapha

Quin tu te exornas moribus lepidis, quom lepida tute es?
Non uestem amatores amant mulieris, sed uestis fartum.

Philolaches

Ita me di ament, lepidas*t* Scapha; sapit scelesta multum.
Ut lepide omnis *mo*res tenet sententiasque amantum.

Philematium

Quid nunc?

Scapha

Quid est?

Philematium

Quin me adspice et contempla, ut haec me dece*a*t.

Scapha

Uirtute formae id euenit, te ut deceat quidquid habeas.

155 uelud *C* 156 Fuit. PH. Quid 158 mihiq. molestiam *C*
159 tectus que fui quam mihi 160 ptingere 161 hae *C* edis
163 meo placere Philolacheti 164 tute lapida es *C* 165 fartum
166 lepida Scapha 167 omnes res 168 decet 169 forma *B*

Philolaches

Ergo ob istuc uerbum te, Scapha, donabo ego hodie aliqui,
Neque patiar te istanc grat*i*s laudasse, quae placet mi.

Philematium

Nolo ego te adsentari mihi.

Scapha

Nimis tu quidem stulta es mulier.
Eho *an* mauis uituperari*er* falso quam uero extolli?
Equidem pol uel falso tamen laudari multo malo
Quam uero culpari aut meam speciem alios inridere.

Philematium

Ego uerum amo; uerum uolo dici mihi; mendacem odi.

Scapha

Ita tu me ames, ita Philolaches tuus te amet, ut uenusta es.

Philolaches

Quid ais, scelesta? quomodo adiurasti? ita ego istam amarem?
Quid? 'ita haec me' id cur non additumst? Infecta dona facio.
Perit istud, quod promiseram tibi; dona perdidisti.

Scapha

Equidem pol miror tam catam, tam doctam te et bene *e*ductam
Nun*c* stultam stulte facere.

Philematium

Quin mone quaeso, si quid erro.

Scapha

Tu ecastor erras, quae quidem illum exspectes unum atque illi
Morem praecipue sic geras atque alios asperneris.
Matronae, non meretricium est unum inseruire amantem.

---

170 ob hoc uerbum 171 hanc *C* gratis laudes seque *B* mihi 172 mihi te assentari *C* quidem tu *C* 173 an *om.* uituperari 174 PHILE. Equidem 176 PHILE. *om.* 177 mea me sita *B* amat *C* 179 Quid ista haec me cura *B*, me id cura *C* 180 Per . . . sti *B*, Peristi *C* 181 captam docta *B* bene doctam 182 Non stai tam 184 Moram *B* gerens *C* asperneres 185 mericricium *C*

Philolaches

Pro Iuppiter, nam quod malum uorsatur meae domi illud?
Di deaeque omnes me pessumis exemplis interficiant,
Nisi ego illam anum interfecero siti fameque atque algu.

Philematium

Nolo ego mihi male te, Scapha, praecipere.

Scapha

Stulta es plane,
Quae illum tibi aeternum putes fore amicum et beneuolentem.
Moneo ego te: te ille deseret aetate et satietate.

Philematium

Non spero.

Scapha

Insperata accidunt magis saepe quam quae speres.
Postremo, si dictis nequis perduci ut uera haec credas,
Mea dicta ex factis nosce: me uide, quae sim et quae fui ante.
Nihilo ego quam nunc tu *minus* sum amata, atque uni gessi morem,
Qui pol me, ubi aetate hoc caput colorem commutauit,
Reliquit deseruitque me; tibi idem futurum credo.

Philolaches

Uix conprimor, quin inuolem illi in oculos stimulatrici.

Philematium

Illi me soli censeo esse oportere obsequentem;
Solam ille me soli sibi suo *aere* liberauit.

Philolaches

Pro di inmortales, mulierem lepidam et pudico ingenio.
Bene hercle factum, et gaudeo mihi nihil esse huius causa.

186 mea edomillu 187 me *om* B 188 gelu C 189 mei 190 putas C 192 insperatam C 194 nosce rem uides 195 tu amata sum atque uni modo gessi 196 capud calorem C 197 Reliquid 199 Solam illi meo soli illi censeo C 200 aere *om*

[Scapha

Inscita ecastor tu quidem es.

Philematium

Quapropter?

Scapha

Quae istuc *cures*.
Ut te ille amet.

Philematium

Cur obsecro non curem?

Scapha

Libera es iam.
Tu iam, quod quaerebas, habes; ille te nisi amabit ultro,
Id, pro capite tuo quod dedit, perdiderit tantum argenti.

Philolaches

Perii hercle, ni ego illam pessumis exemplis enicasso.
Illa hac corrumpit mulierem malesuada cantilena.

Philematium

Numquam ego illi possum gratiam referre, ut meritust de me.
Scapha, id tu mihi ne suadeas, ut illum minoris pendam.

Scapha

At hoc unum facito cogites: si illum inseruibis solum,
Dum tibi nunc haec aetatulast, in senecta male querere.

Philolaches

In anginam ego nunc me uelim uorti, ut ueneficae illi
Faucis prehendam atque enicem scelestam stimulatricem.

Philematium

Eundem animum oportet nunc mihi esse, gratum ut inpetraui,
Atque olim, priusquam id extudi, quom illi subblandiebar.

203 Inciste castor *C* quia propter *C* cures *om.* 205 quot *C* 208 hanc malesuadam uitilena *B*, malesuada Uttilena *C* 211 inseruiis *B* 213 aginam *B* me uerti uelim *C* beueficae *B* 214 stimulatricem scelestam *C* 215 inpetrauit *B*, imperauit *C* 216 extuli *C*

Philolaches

Di me faciant quod uolunt, ni ob istam orationem
Te liberasso denuo et ni Scapham enicasso.]

Scapha

Si tibi sat acceptum est, fore tibi uictum sempiternum
Atque illum amatorem tibi proprium futurum in uita,
Soli gerundum censeo morem et capiundas crinis.

Philematium

Ut famast homini, exin solet pecuniam inuenire.
Ego si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues.

Philolaches

Si quidem hercle uendundust pater, uenibit multo potius,
Quam te me uiuo umquam sinam egere aut mendicare.

Scapha

Quid illis futurumst ceteris, qui te amant?

Philematium

Magis amabunt,
Quom *me* uidebunt gratiam referre *bene merenti*.

Philolaches

Utinam meus nunc mortuus pater ad me nuntietur,
Ut ego exheredem me bonis faciam atque haec *ut* sit heres.

Scapha

Iam ista quidem absumpta res erit; dies noctesque estur, bibitur,
Neque quisquam parsimoniam adhibet; sagina plane est.

Philolaches

In te hercle certumst principe, ut sim parcus, experiri;
Nam neque edes quidquam neque bibes apud me his decem diebus.

218 nicaspam 219 sat *om. A* 221 capiendos *C* 222 sole *C* 224 uendundum si pater 226 amantur *C* 227 me *om.* referr ..i *B*, referenti *C* 228 nunc meus *C* 229 faciam bonis *C* ut *om.* sit res *C* 230 quidem absumpta quidem 232 principium 233 me isdec *B*, me isdem *C*

Philematium

Si quid tu in illum bene uoles loqui, id loqui licebit;
Nec recte si illi dixeris, iam ecastor uapulabis.

Philolaches

Edepol si summo Ioui boues argento *eo* sacrificassem,
Pro illius capite quod dedi, numquam aeque id bene locassem.
Ut uideo eam medullitus me amare. Oh, probus homo sum:
Quae pro me causam diceret, patronum liberaui.

Scapha

Uideo te nihili pendere prae Philolache omnis hominis.
Nunc, ne eius causa uapulem, tibi potius adsentabor.

Philematium

Cedo mihi speculum et cum ornamentis arculam actutum.
Scapha,
Ornata ut siem, quom huc ueniat Philolaches uoluptas mea.

Scapha

Mulier quae se suamque aetatem spernit, speculo ei usus est;
Quid opust speculo tibi, quae tute speculo speculum es
maxumum?

Philolaches

Ob istuc uerbum, ne nequiquam, Scapha, tam lepide dixeris,
Dabo aliquid hodie peculi tibi, Philematium mea.

Philematium

Suo quique loco uide capillus satin conpositust commode.

Scapha

Ubi tu commoda es, capillum commodum esse credito.

---

236 ioui bo agent o....*B*, ioui ioui argento *C* 237 collocassem 238 uideas 241 causam *B* *Post* 241 *scribitur* Is acceptum sat habes tibi fore illum amicum sempiternum 243 sim 244 speculo elusa est 247 perculi *B*, Ferculi *C* 248 uiden capillus satis 249 commodes

Philolaches

Uah, quid illa pote peius quidquam muliere memorarier?
Nunc adsentatrix scelesta est, dudum aduorsatrix erat

Philematium

Cedo cerussam.

Scapha

Quid cerussa opus nam?

Philematium

Qui malas oblinam.

Scapha

Una opera ebur atramento candefacere postules.

Philolaches

Lepide dictum de atramento atque ebure. Euge, plaudo
Scaphae.

Philematium

Tum tu igitur cedo purpurissum.

Scapha

Non do; scita es tu quidem,
Noua pictura interpolare uis opus lepidissumum.
Non istanc aetatem oportet pigmentum ullum adtingere,
Neque cerussam neque melinum neque aliam ullam offuciam.

Philematium

Cape igitur speculum.

Philolaches

Ei mihi misero; sauium speculo dedit.
Nimis uelim lapidem, qui ego illi speculo diminuam caput.

Scapha.

Linteum cape atque exterge tibi manus.

Philematium

Quid ita, obsecro?

---

250 potest *C*   mulieri *B*   morarier   252 opos *B*, opust *C*
254 ebore *C*   caphae *B*   255 purpurissimum   258 offugiam   259
dedi *B*   260 dim minuat *B*, imminuat *C*   capud *B*

Scapha

Ut speculum tenuisti, metuo ne olant argentum manus;
Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.

Philolaches

Non uideor uidisse lenam callidiorem ullam alteram.
Ut lepide atque astute in mentem uenit de speculo malae.

Philematium

Etiamne unguentis unguendam censes?

Scapha

Minume feceris.

Philematium

Quapropter?

Scapha

Quia ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet.
Nam istae ueteres, quae se unguentis unctitant, interpoles,
Uetulae, edentulae, quae uitia corporis fuco occulunt,
Ubi sese sudor cum unguentis consociauit, ilico
Itidem olent, quasi quom una multa iura confudit coquos.
Quid olant, nescias, nisi id unum, ut male olere intellegas.

Philolaches

Ut perdocte cuncta callet; nihil hac docta doctius.
Uerum illud esse maxuma adeo pars uostrorum intellegit,
Quibus anus domi sunt uxores, quae uos dote meruerunt.

Philematium

Agedum, contempla aurum et pallam, satin haec *me* deceat,
Scapha.

Scapha

Non me istuc curare oportet.

262 oleant 264 alteras 265 male *B*, mane *C* 266 unguntis *B* 268 iste *B* 269 occultant 271 unam 272 Quid oleas nimale 274 est maximum *C* 276 me *om.* 277 curare istuc

Philematium

Quem, obsecro, igitur?

Scapha

Eloquar.

Philolachem: is ne quid emat, nisi quod tibi placere censeat
Nam amator meretricis mores sibi emit auro et purpura.
Quid opus est, quod suum esse nolit, *id* ei ultro ostentarier?
Purpura aetati occultandaest natum turpi mulieri;
Pulcra mulier nuda erit quam purpurata pulcrior.
[Postea nequicquam exornatast bene, si moratast male
Pulcrum ornatum turpes mores peius caeno conlinunt.]
Nam si pulcrast, nimis ornatast.

Philolaches

Nimis diu abstineo manu*m*.
Quid hic uos agitis?

Philematium

Tibi, me exorno, ut placeam.

Philolaches

Ornata es satis.
Abi tu hinc intro atque ornamenta haec aufer. Sed, uoluptas mea,
Mea Philematium, potare tecum conlubitumst mihi.

Philematium

Et edepol mihi tecum; nam quod tibi lubet, idem mihi lubet.

Philolaches

Mea uoluptas, istuc uerbum uile est uiginti minis.

Philematium

Cedo amabo decem; bene emptum tibi dare hoc uerbum uolo.

---

278 Philolachemus ne C 280 nollite ultro *B*, nolit te ultro *C* 281 aetate occultanda est aurum turpe *B* 284 contiaunt 285 nisi *B*, ne si *C* manu 286 uos diu agitis 287 uoluntas *C* 288 philomatium *B*, philomaticum *C* 289 Lubet et 290 uoluptas eam istuc minus *C* 291 decum

Philolaches

Etiam nunc decem minae apud te sunt; uel rationem puta:
Triginta minas pro capite tuo dedi.

Philematium

Cur exprobras?

Philolaches

Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id obprobrarier,
Nec quidquam argenti locaui iam diu usquam aeque bene?

Philematium

Certo ego, quod te amo, operam nusquam melius potui ponere.

Philolaches

Bene igitur ratio accepti atque expensi inter nos conuenit.
Tu me amas, ego te amo; merito id fieri uterque existumat.
[Haec qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono;
Qui inuident, ne umquam eorum quisquam inuideat prosus commodis.]

Philematium

Age adcumbe igitur. Cedo aquam manibus, puere; adpone hic mensulam;
Uide, tali ubi sint. Uin unguenta?

Philolaches

Quid opust? cum stacta adcubo.
Sed estne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua?
Is est. Callidamates cum amica *ec*cum incedit, euge, oculus meus.
Conueniunt manip*u*lares eccos, praedam participes petunt.

294 oprobarier 295 tam 296 opera manus quam 298 merito di fieri *C* 299 qui *om. C* 300 *proximo postponitur.* inuidi at *C* commodi *C* 301 puer mensam 302 opus est PHILO. *om.* 304 cum amica cum 305 manuplares ptunt *C*

CALLIDAMATAS ADULESCENS. DELPHIUM MERETRIX. *PHILOLACHES. PHILEMATIUM.*

Callidamates

Aduorsum ueniri mihi ad Philolachem
Uolo temperi; audi; em, tibi imperatum est.
Nam illi ubi fui, inde effugi foras;
Ita me male conuiui sermonisque taesumst.
Nunc comissatum ibo ad Philolachetem, ubi nos
Hilari ingenio et lepide accipient.
Ecquid tibi uideor ma—ma—madere?

Delphium

Semper istoc modo! More alio uti debebas.

Callidamates

Uisne ego te ac tu me amplectare?

Delphium

Si tibi cordi est facere, licet.

Callidamates

Lepida es.
Duce me amabo.

Delphium

Caue ne cadas; adsta.

Callidamates

O—o—ocellus es meus, tuus sum alumnus, mel meum.

Delphium

Caue modo, ne prius in uia adcumbas
Quam illi, ubi lectust stratus, quo imus.

Callidamates

Sine sine cadere me.

---

306 uenire 307 audiem 308 fuit 309 me ibi male *C* tesunt 310 commissatum ubi nos *proximo versu* 311 et lepida *B*, elepida *C* accipiet 312 Hec quid 312—13 mammam adire. DEL Semper istoc modo moratus uite debebas 314 amplectere 315 corde 317 ..ho hocellus *B*. O ho hocelles *C* tuus suum alumnus 318 accubas 319 lectus es stratus comus

Delphium

Sino.

Callidamates

Sed *ne sine* hoc, quod mihi in manu est.

Delphium

Si cades, non cades, quin cadam tecum.

Callidamates

Iacentis tollet postea nos ambo aliquis.

Delphium

Madet homo.

Callidamates

Tun me ais ma—madere?

Delphium

Cedo manum; nolo equidem te adfligi.

Callidamates

Em tene.

Delphium

Age i simul.

Callidamates

Quo ego eam?

Delphium

Non scis?

Callidamates

Scio; in mentem uenit modo. Nempe domum eo
Comissatum.

Delphium

Immo istuc quidem.

Callidamates

Iam memini.

Philolaches

Num non uis me obuiam his ire, anime mi?

---

320 sinos & hoc quod mihi in manus est 321 non clades *B*, non dades *C* 322 ambos 323 CAL. *om.* meā . is *B*, mea his *C* mammam adere 324 CAL. 325 *Delphio totus datur.* age n *B*, ageu *C* simul quod camanscis *B*, eam an scis *C* 356 uenit. DEL. modo meo *B* 327 Commissatum CAL. quidem iam 328 DEL. eire

Illi ego ex omnibus optume uolo.
Iam reuortar.

Philematium

Diu est 'iam' id mihi.

Callidamates

Ecquis hic est? Adest, eu, Philolaches.
Salue, amicissume mihi omnium hominum.

Philolaches

Di te ament. Adcuba, Callidamates.
Unde agis te?

Callidamates

Unde homo ebrius probe.

Philolaches

Quin amabo adcubas, Dephium mea?
Da illi quod bibat.

Callidamates

Dormiam ego iam.

Delphium

Num mirum aut nouom quidpiam facit?
Quid ego hoc faciam postea?

Philolaches

Sic sine eumpse. Age tu interim
Da ab Delphio cito cantharum circum.

TRANIO SERUOS. PHILOLACHES. (*PHILEMATIUM*) CALLIDAMATES. DELPHIUM.

Tranio

Iuppiter supremus summis opibus atque industriis
Me perisse et Philolachetem cupit erilem filium.

329 CAL. Ilico ex 330 DEL. Iam reuertar CAL. 331 DEL. Hecquis hic est? CAL. 332 PHI. 333 PHI. *om.* callidamentes C 334 *sq.* Probe quin 335 accumbas C 337 PHILO. 338 postea mea sic sine eum ipse age tu interim *proximo uersu*

Occidit spes nostra; nusquam stabulum est confidentiae.
Nec salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest;
Ita mali maeroris montem maxumum ad portum modo
Conspicatus sum: erus aduenit peregre; periit Tranio.
Ecquis homo est, qui facere argenti cupiat aliquantum lucri,
Qui hodie sese excruciari meam uicem possit pati?
Ubi sunt isti plagipatidae, ferritribaces uiri,
Vel isti, qui hosticas trium nummum causa subeunt sub falas,
Ubi aliqui † quique denis hastis corpus transfigi solet?
Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit;
Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia;
Ubi id erit factum, a me argentum petito praesentarium.
Sed ego sumne infelix, qui non curro curriculo domum?

Philolaches

Euge, adest opsonium; eccum Tranio a portu redit.

Tranio

Philolaches.

Philolaches

Quid est?

Tranio

Et ego et tu

Philolaches

Quid et ego et tu?

Tranio

Peri*i*mus.

Philolaches

Quid ita?

Tranio

Pater adest.

342 est stabulum est *B* 344 Itam aliam eroris *B*, Itam alim erroris *C* potcum *C* 347 meamm *B*, me ammo *C* 349 qui hastis trium nummorum falsa 350 Uel *B* 354 sumne ille infelix 355 Euge *om.* aedit 356 *Et om.* perimus 357 adatest

Philolaches

Quid ego *ex* te audio?

Tranio

Absumpti sumus;

Pater, inquam, tuus uenit.

Philolaches

Ubi is est, obsecro?

Tranio

In portu iam adest.

Philolaches

Quis id ait? quis uidit?

Tranio

Egomet, inquam, uidi.

Philolaches

Uae mihi.

Quid ego ago núnc?

Tranio

Quid tu, malum, me rogitas, quid agas? Adcubas.

Philolaches

Tun uidisti?

Tranio

Egomet, inquam.

Philolaches

Certe?

Tranio

Certe, inquam.

Philolaches

Occidi,

Si tu uera memoras.

Tranio

Quid mihi sit boni, si mentiar?

---

357 ete 358 in portu iam *om* 360 agam? TR. Num *B*, agam num *C* rogitet *C* accubans 341 Tui inuisti *C* Certe *alterum om.* 362 mentirer

Philolaches

Quid ego nunc faciam?

Tranio

Iube haec hinc omnia amolirier.
Quis istic dormit?

Philolaches

Callidamates. Suscita istum, Delphium.

Delphium

Callidamates, Callidamates, uigila.

Callidamates

Uigilo. Cedo bibam.

Delphium

Uigila; pater aduenit peregre Philolachis.

Callidamates

Ualeat pater!

Philolaches

Ualet ille quidem atque *ego* disperi*i*.

Callidamates

Bis peristi? qui potest?

Philolaches

Quaeso edepol *te*, exsurge; pater aduenit.

Callidamates

Tuus uenit pater?
Iube *ab*—abire rursum; quid illi reditio et—etiam huc fuit?

Philolaches

Quid ego agam? pater iam hic me offendet miserum adueniens ebrium,
Aedis plenas conuiuarum et mulierum. Miserumst opus
Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet,
Sicut ego aduentu patris nunc quaero, quid faciam miser.

---

364 Quid 365 cedo ut bibam 366 Philolache 367 atque disperi 368 te *om.* 369 Iube abire reditio etiam *B* 370 offendit 372 *om.* *C* fodere fondere *B*

Tranio

Ecce autem *iterum* hic deposuit caput et dormit. Suscita.

Philolaches

Etiam uigilas? Pater, inquam, aderit iam hic meus.

Callidamates

Ain tu, pater?
Cedo soleas mihi, ut arma capiam; iam pol ego occidam patrem.

Philolaches

Perdis rem; tace amabo. Abripite hunc intro actutum inter manus.

Callidamates

Iam hercle ego uos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis.

Philolaches

Perii.

Tranio

Habe bonum animum; ego istum lepide medicabor metum.

Philolaches

Nullus sum.

Tranio

Taceas; ego, qui istaec sedem, meditabor tibi.
Satin habes, si ego aduenientem ita patrem faciam tuum,
Non modo ne intro eat, uerum etiam ut fugiat longe ab aedibus?
Uos modo hinc abite intro atque haec hinc propere amolimini.

Philolaches

Ubi ego ero?

Tranio

Ubi maxume esse uis, cum hac, cum istac eris.

374 iterum *om.* deposuit suscitat 375 adherit tu *om.* *C* 378 mihi *om.* *C* 379 meditabor *B*, meditabo *C* mecum *C* 380 Nullum ista hec 381 tuum Non modo hinc abite intro atque hec inquid 382 intro at

Delphium

Quid si igitur abeamus hinc nos?

Tranio

Non hoc longe, Delphium.

Nam intus potate haud tantillo hac quidem causa minus.

Philolaches

Ei mihi, quam, istaec blanda dicta quo eueniant, madeo metu!

Tranio

Potin ut animo sis quieto et facias quod iubeo?

Philolaches

Potest.

Tranio

Omnium primum, Philematium, intro abi, et tu Delphium.

Delphium

Morigerae tibi erimus ambae.

Tranio

Ita ille faxit Iuppiter!

Animum aduorte nunc iam tu, quae uolo adcurarier.
Omnium primumdum aedes iam face occlusae sient.
Intus caue muttire quemquam siueris.

Philolaches

Curabitur.

Tranio

Tamquam si intus natus nemo in aedibus habitet.

Philolaches

Licet.

Tranio

Neu quisquam responset, quando hasce aedis pultabit senex.

Philolaches

Num quid aliud?

385 Quid est igitur? habeamus linge *C* delephuum *B*, delephyum *C* 386 Namentus *C* hautantillo *B*, haut ancillo *C* 387 quom ista hec 388 animo ut fatias *B* 389 delphum *B*, delpym *C* 390 morigera et ibi 391 tu iam *B*, tulam *C* accurrarier *C* 392 fac 393 mutire 394 stintus 395 putabit *B*

Tranio

Clauem mi harunc aedium Laconicam
Iam iube ecferri intus; hasce ego aedis occludam hinc foris.

Philolaches

In tuam custodelam meque et meas spes trado, Tranio.

Tranio

Pluma haud interest, patronus ac cliens † proprior sciet.

. . . . . .

Homini quoi nulla in pectore est audacia;
Nam quoiuis homini uel optumo uel pessumo
Quamuis desubito facile est facere nequiter;
Uerum id uidendum est, id uiri docti est opus,
Quae dissignata sint et facta nequiter,
Tranquille cuncta ut proueniant et sine malo,
Ne quid patiatur, quam ob rem pigeat uiuere.
Sicut ego efficiam, quae facta hic turbauimus,
Profecto ut liqueant omnia et tranquilla sint
Neque quidquam nobis pariant ex se incommodi.
Sed quid tu egredere Sphaerio?

Puer

Em clauim.

Tranio

Optume
Praeceptis paruisti.

Puer

Erus iussit maximo
Opere orare, ut patrem aliquo absterreres modo,
Ne intraret aedes.

Tranio

Quin etiam illi hoc dicito,

396 harumcedium iaconicam *C* 398 custodiam 399 addiens *C* 400 est in pectore 401 cuius homine *Post* 402 Clauem cedo atque abii intro atque occludi ostium 403 docte est 404 dissignita *C* nequitia 405 *proximo postponitur* et ut prouenant sinemo malo 406 Ni *B* potiatur 407 turbabimus 408 linqueant 409 pariant nobis *C* exeis *B*, exei *C* 410 egrederes perso iamiam optime 411 erus *om.* 412 Opete 413 intro iret adest

Facturum *me*, ut ne etiam adspicere aedis audeat,
Capite obuoluto ut fugiat cum summo metu.
Clauim cedo atque abi hinc intro Occlude ostium,
Et ego hinc occludam. Iube uenire nunc iam;
Ludos ego hodie uiuo praesenti hic seni
Faciam, quod credo mortuo numquam fore.
Concedam a foribus huc; hinc speculabor procul,
Unde aduenienti sarcinam inponam seni.

THEOPROPIDES SENEX. TRANIO SERUOS.

Theopropides

Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi,
Quom me amisisti a te uix uiuom modo.
Uerum si posthac me pedem latum modo
Scies inposisse in undam, hau*d* causa ilico est,
Quod nunc uoluisti facere, quin facias mihi.
Apage, apage te a me nunc iam post hunc diem;
Quod crediturus tibi fui, omne credidi.

Tranio

Edepol, Neptune, peccauisti largiter,
Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.

Theopropides

Triennio post Aegypto aduenio domum;
Credo, exspectatus ueniam familiaribus.

Tranio

Nimio edepol ille potuit exspectatior
Uenire, qui te nuntiaret mortuum.

---

414 me *om.* audiat *B* 415 obuolutu 416 intro atque occlude 417 nuntiam *C* 418 hodi *B* sene 419 quo do edo *C* 420 *tamquam novæ scenæ superscribitur* TRANIO *supra* 422 THEUROPIDES. 422 nepune *C* 423 ad te 424 Uirum 425 Sies hau 427 Apage ac age *C* 428 omni *C* 431 aegipto

Theopropides

Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius.
Pultabo. Heus, ecquis istas aperit mihi foris?

Tranio

Quis homo est, qui nostras aedis accessit prope?

Theopropides

Meus seruos hic quidemst Tranio.

Tranio

O Theopropides,
Ere, salue. Saluom te aduenisse gaudeo.
Usquin ualuisti?

Theopropides

Usque, ut uides.

Tranio

Factum optume.

Theopropides

Quid uos, insanin estis?

Tranio

Qui dum?

Theopropides

Sic quia
Foris ambulatis. Natus nemo in aedibus
Seruat, neque qui recludat *ostium usquam adest.*
Pultando paene confregi hasce ambas *foris.*

Tranio

Eho, an tu tetigisti has aedis?

Theopropides

Cur non tangerem?
Quin pultando, inquam, paene confregi foris.

436 eus hecquis istaperit in fores 438 theuropides 439 Eregalue saluem *C* 440 Usque ualuisti 443 recludat neque quis respondeat 444 Pultando pedibus pene confrigiasce ambas *C* foris *om.* 445 Eo ante te tetigistis *C* 446 confragi *B*, confrigi *C*

Tranio

Tetigistin?

Theopropides

Tetigi, inquam, et pultaui.

Tranio

Uah!

Theopropides

Quid est?

Tranio

Male hercle factum.

Theopropides

Quid est negoti?

Tranio

Non potest
Dici, quam indignum facinus fecisti et malum.

Theopropides

Quid iam?

Tranio

Fuge, obsecro, atque abscede ab aedibus.
Fuge huc, fuge ad me propius. Tetigistin foris?

Theopropides

Quo modo pultare potui, si non tangerem?

Trario

Occidisti hercle

Theopropides

Quem mortalem?

Tranio

Omnis tuos.

Theopropides

Di te deaeque omnes faxint cum istoc omine —

449 facimus *C* 451 propitius *C* 453 hercule *C* onis *C*
454 omnis axint *C* isto homine

Tranio

Metuo, te atque istos expiare ut possies.

Theopropides

Quam ob rem? aut quam subito rem mihi adportas nouam?

Tranio

Ere, heus, iube illos illinc ambo abscedere.

Theopropides

Abscedite.

Tranio

Aedis ne adtigatis. Tangite

Uos † quoque terram.

Theopropides

Obsecro hercle, quin † eloquere?

Tranio

Quia septem menses sunt, quom in hasce aedis pedem
Nemo intro tetulit, semel ut emigrauimus.

Theopropides

Eloquere, quid ita?

Tranio

Circumspicedum, num quis est,
Sermonem nostrum qui aucupet.

Theopropides

Tutum probest.

Tranio

Circumspice etiam.

Theopropides

Nemo est; loquere nunc iam.

Tranio

Capitalis caedes facta est.

Theopropides

Non intellego. √

457 Et heus amabo 458 atigate tangere C 463 Sermonum acupet C 464 nuntiam 465 Capitali scedis TH Quid est? non

Tranio

Scelus, inquam, factum est iam diu antiquom et uetus.

Theopropides

Antiquom?

Tranio

Id adeo nos nunc factum inuenimus.

Theopropides

Quid istuc est sceleris aut quis id fecit? cedo.

Tranio

Hospes necauit hospitem captum manu.
Iste, ut ego opinor, qui has tibi aedis uendidit

Theopropides

Necauit?

Tranio

Aurumque ei ademit hospiti,
Eumque hic defodit hospitem ibidem in aedibus.

Theopropides

Quapropter id uos factum suspicamini?

Tranio

Ego dicam; ausculta. Ut foris cenauerat
Tuus gnatus, postquam rediit a cena domum,
Abimus omnes cubitum, condormiuimus.
Lucernam forte oblitus fueram exstinguere,
Atque ille exclamat derepente maxumum.

Theopropides

Quis homo? an gnatus meus?

Tranio

St, tace; ausculta modo.
Ait uenisse illum in somnis ad se mortuum.

467 TH. *et* TR. *om.* 468 sceleste 469 negauit 470 oppinor astib . . *B*, hastibus *C* 471 Cecauit *C* et 472 en *C* 474 aut *C* 475 redit 476 gubitum 479 Sitace 480 adesse *C*

Theopropides

Nempe ergo in somnis?

Tranio

Ita; sed ausculta modo.
Ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuum —

Theopropides

In somnis?

Tranio

Mirum, quin uigilanti diceret,
Qui abhinc sexaginta annis occisus foret.
Interdum inepte stultus es, *Theopropides.*

Theopropides

Taceo.

Tranio

Sed ecce, quae ille in quiete *praedicat*:
'Ego transmarinus hospes sum Diapontius.
Hic habito; haec mihi dedita est habitatio;
Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit,
Quia praemature uita careo. Per fidem
Deceptus sum; hospes me hic necauit, isque me
Defodit insepultum clam in hisce aedibus,
Scelestus, auri causa. Nunc tu hinc emigra;
Scelestae hae sunt aedes, inpia est habitatio.'
Quae hic monstra fiunt, anno uix possum eloqui.

Theopropides

St!

Tranio

Quid, obsecro hercle, factum est?

Theopropides

Concrepuit foris.

---

483 qui diceret C 485 Theopropides *om.* 486 ille inquit
488 habeto C 489 Nam ine C orchus 490 hare opertidem C
491 hic me 492 clam ibidem in hiscedibus C 494 inpla
495 monstra 496 Sedet. THE. Quid TR. Concrepuit fores

Tranio

Hicine percussit? Guttam haud habeo sanguinis:
Uiuom me accersunt Acheruntem mortui.
Per*ii*; illisce hodie hanc conturbabunt fabulam.
Nimis quam formido, ne manifesto hic me opprimat.

Theopropides

Quid tute tecum loquere?

Tranio

Abscede ab ianua;
Fuge, obsecro hercle.

Theopropides

Quo*r* fugiam? Etiam tu fuge.

Tranio

Nihil ego formido; pax mihi est cum mortuis.

Intus

Heus, Tranio.

Tranio

Non me adpellabis, si sapis. —
Nihil ego conmerui, neque istas percussi foris.

Theopropides

Quaeso, *mihi dicas, sermonem* quid segreges.

Tranio

Ego non percussi.

Theopropides

*Quae r*es te agitat, Tranio?
Quicum istaec loquere?

Tranio

An quaeso tu adpellaueras?

497 TR. *om* THE. guttam 498 adacheruntem *B*, adcheruntem *C* 499 Per 500 opprimant 501 TRA. Quit te tu cum TR. *om.* 502 quo fugies *B*, fuges *C* 504 THE. Heus Tranio non 505 quommerui fores
506 sq. Quaeso . . . . Quid segreges
. . . . este agitat Tranio
508 TRA. Quicum ista hec loquere an

Ita me di amabunt, mortuum illum credidi
Expostulare, quia percussissem foris.
Sed tu etiamne adstas, nec quae dico optemperas?

Theopropides

Quid faciam?

Tranio

Caue respexis; fuge, operi caput.

Theopropides

Cur non fugis tu?

Tranio

Pax mihi est cum mortuis.

Theopropides

Scio. Quid modo igitur? cur tanto opere extimueras?

Tranio

Nihil me curassis, inquam: ego mihi prouidero.
Tu, ut occepisti, tantum quantum quis fuge
Atque Herculem inuoca.

Theopropides

Hercules, te inuoco.

Tranio

Et ego, tibi hodie ut det, senex, magnum malum.
Pro di inmortales, obsecro uostram fidem,
Quid ego hodie negoti confeci mali!

DANISTA. THEOPROPIDES SENEX. TRANIO SERUOS.

Danista

Scelestiorem ego annum argento faenori
Numquam ullum uidi, quam hic mihi annus optigit.

509 amabant mortuo C 510 percussisses B [illegible] C foris 511 astas B, a tris C 512 fuge atque operi 515 prouideo C 516 fuges B, tu C 517 [illegible] inuoca C 518 ego ut [illegible] 520 malum

A mani ad noctem usque in foro dego diem;
Locare argenti nemini nummum queo.

Tranio

Nunc pol ego perii plane in perpetuum modum.
Danista adest, qui dedit *argentum faenore*,
Qui amica est empta quoque *opus in sumptus fuit.*
Manifesta res est, nisi quid occurro prius,
Ne hoc senex resciscat. Ibo huic obuiam.
Sed quidnam hic sese tam cito recipit domum?
Metuo ne de hac re quidpiam in*d*audiuerit.
Accedam atque adpellabo. Ei, quam timeo miser!
Nihil est miserius quam animus hominis conscius,
Sicut me*us* *nunc* habet. Verum utut res sese habet,
Pergam turbare porro; ita haec res postulat.
Unde is?

Theopropides

Conueni illum, unde hasce aedis emeram.

Tranio

Num quid dixisti de illo, quod dixi tibi?

Theopropides

Dixi hercle uero omnia.

Tranio

Ei misero mihi!
Metuo ne techinae meae perpetuo perierint.

Theopropides

Quid tu*te* tecum?

Tranio

Nihil enim. Sed dic mihi:
Dixtin quaeso *hercle*?

523 mane 526 dedit... 527 quoque.... 528 quod 529 resciscat [illegible] C 530 sese C 531 inaudiuerit 532 et 534 me habet res esse se 536 his hascedis *C* 537 dixit 538 U & *B*, et *C* *Sequuntur 542 et 546–48 suo loco redeuntes* 539 perierint *C* 540 tu tecum dic *C* 541 Dixtin *C* [illegible] *om*

Theopropides

Dixi, inquam, ordine omnia.

Tranio

Etiam fatetur de hospite?

Theopropides

Immo pernegat.

Tranio

Negat?

Theopropides

Negat, inquam.

Tranio

*Quam sit ini*quom cogita;
Non confitetur?

Theopropides

Dicam, si confessus sit.
Quid nunc faciundum censes?

Tranio

Ego quid censeam?
Cape, obsecro hercle, cum homine una iudicem;
Sed eum uideto ut capias, qui credat mihi;
Tam facile uinces, quam pirum uolpes comest.

Danista

Sed Philolachetis seruom eccum Tranium,
Qui mihi neque faenus neque sortem argenti danunt.

Theopropides

Quo te agis?

Tranio

Eccum, quo abeo. Ne ego sum miser,
Scelestus, natus dis inimicis omnibus.
Iam illo praesente adibit. Ne ego homo sum miser;

---

543 Necat C Negat ... ini *om.* 544 Non confitetur? *om.* dicam *om. B* 545 Egon 546 cum eo una 548 uinces C 549 seruom eccum *B*, seruo mecum *C* 551 Nec quoquom abeo 552 delis

Ita et hinc et illinc mihi exhibent negotium.
Sed occupabo adire.

Danista

Hic ad me it. Saluos sum;
Spes est de argento.

Tranio

Hilarus est; frustra est homo.
Saluere iubeo te, Misargyrides, bene.

Danista

Salue et tu. Qui*d* de argento est?

Tranio

Abi sis, belua;
Continuo adueniens pilum iniecisti mihi.

Danista

Hic homo est inanis.

Tranio

Hic homo certe est ariolus.

Danista

Quin tu istas mittis tricas?

Tranio

Quin, quid uis, cedo.

Danista

Ubi Philolaches est?

Tranio

Numquam potuisti mihi
Magis opportunus aduen*ire quam* aduenis

Danista

Quid est?

---

554 exibent 555 ad me is salus 556 TR. *toti versui præp.* 557 mi sarcirites *B*, misartirites *C* 558 qui argentos *C* 559 Eontinuo *B*, Continu *C* 560 homo inanis est TR. Hic homo est certe 561 mittistis *C* 563 Magius *B*, Ma us *C* aduen . . . . . aduenis

Tranio

Concede huc.

Danista

*Quin mihi faenus red*ditur?

Tranio

Scio te bona esse uoce; ne *clama nimis.* 565

Danista

Ego hercle uero clamo.

Tranio

Ah, gere morem mihi.

Danista

Quid tibi ego morem uis geram?

Tranio

Abi quaeso hinc domum.

Danista

Abeam?

Tranio

Redito huc circiter meridiem.

Danista

Reddeturne igitur faenus?

Tranio

Reddetur; tu abi.

Danista

Quid ego huc recursem aut operam sumam aut conteram?
Quid, si hic manebo potius ad meridiem? 571

Tranio

Immo abi domum; uerum hercle dico; abi domum.
Ait hic tibi . . . .

---

561 conde *C* huc . . . . ditur 565 ne . . 566 clamabo *C* ge . . n *B* cherem *C* 567 ceram 568 hunc mer . . *BC* 569 Reddeturne *B* Reddetur, nunc . . 570 summam 572 *cetr.* . . . . . . *BC* 573 *om* *BC*

Danista

Quin uos mihi faenus date. Quid hic nugamini?

Tranio

Eu hercle ne tu abi modo; ausculta mihi.

Danista

Iam hercle ego illum nominabo . . . .
. . . .

Tranio

Euge strenue.
Beatus uero es nunc, quom clamas?

Danista

Meum peto.
Multos me hoc pacto iam dies frustramini.
Molestus si sum, reddite argentum; abiero.
Responsiones omnis hoc uerbo eripis.

Tranio

Sortem accipe.

Danista

Immo faenus, id primum uolo.

Tranio

Quid ais tu, omnium hominum taeterrume?
Uenisti huc te extentatum? Agas quod in manu est.
Non dat, non debet.

Danista

Non debet?

Tranio

Ne frit quidem
Ferre hinc potes. An metuis, ne quo abeat foras

576 illunc *BC* 576—77 *lacuna non indicatur* strenuo *C* 578 damus *C* DA. *om.* puto *C* 579 DA. multos *B* 580 sim *C* 581 eripit *BC* 583 ais *om. BC* hominem omuium *BC* 585 nec erit quidem 586 Ferre hoc potes in . . . . . Quo habeat foras *BC*

Urbe exsulatum faenoris causa tui.
Quoi sortem ac*cip*ere *ia*m licet?

Danista

Quin non peto
Sortem; illuc primum, faenus, reddundumst mihi.

Tranio

Molestus ne sis; nemo dat; age quod lubet.
Tu solus credo faenore argentum datas.

Danista

Cedo faenus, redde faenus, faenus reddite.
Daturin estis faenus actutum mihi?
Daturin faenus?

Tranio

Faenus illic, faenus hic.
Nescit quidquam nisi faenus fabularier
Unose; neque ego taetriorem belu*a*m
Uidisse me umquam quemquam quam te censeo

Danista

Non edepol nunc me tu istis uerbis territas.

Theopropides

Calidum hoc est; etsi procul abest, urit male.
Quod illuc est faenus, obsecro, quod illic petit?

Tranio

Pater eccum aduenit peregre non multo prius
Illius. Is tibi et faenus et sortem dabit,
Ne inconciliare quid nos porro postules.
Uide num moratur.

---

587 Urbem exsul .. .. his causa tui *BC* 588 Quoi sortem .... licebit. DA. Quin non peto *BC* 589 *om. BC* 590 TR. *om. B* quid *C* 592 rede fienus fenus redde *B*, fenus *alterum om. C* 593 Datur inestiis *BC* 594 Daturin faenus mihi *A*, Date mihi fenus *BC* TR. *om.* 595 TR. *præponit B* quidem 596 Ueteo e *BC* belum 597 quam *om. A* 598 me tu tuis *B*, me istis *A* 599 habes turitamale *BC* 600 illud *BC* faenus et sortem dabit *C* 603 quod *B*

Danista

† Quin feram, si quid datur.

Theopropides

Quid ais tu?

Tranio

Quid uis?

Theopropides

Quis illic est? quid illic petit?
Quid Philolachetem gnatum conpellat *meum*
Sic et praesenti tibi facit conuicium?
Quid illi debetur?

Tranio

Obsecro hercle *te*, iube
Ob*trudi* argentum ob os inpurae beluae.

Theopropides

Iubeam — ?

Tranio

Iube homini argento os uerberarier.

Danista

Perfacile ego ictus perpetior argenteos.

Tranio

Audin? Uidetur*ne*, obsecro hercle, idoneus,
Danista qui sit, genus quod inprobissumum est?

Theopropides

Non ego istuc curo, qui sit *ille aut* unde sit;
Id uolo mihi dici, id me scire *ex te* expeto,
Quod illud argentum est.

---

605 uis? quis patit *C* 606 meum *om.* 607 facit *om. C* contium *B* 608 S Quid illi debetur obsecro hercle iubi 609 Obi argentum 610 in homine *B*, in homini *C* argentoes *B*, argenteos *C* uerbarier *C* 611 pepetior *B* 612—15 *leguntur post 618.* 612 Audin uidetur *B*, Audi inuidetur *B* 613 Danista quid sit inprobissimus *B* 614 ille aut *om.* 615 mihi *om C* ex te *om.*

Tranio

Aes huic debet Philolaches
Paulum.

Theopropides

Quantillum?

Tranio

Quasi quadraginta minas.
Ne sane id multum censeas.

Theopropides

Paulum id quidem est.
Adeo etiam argenti faenus creditum audio.

Tranio

Dic te daturum, ut abeat.

Theopropides

Egon dicam dare?

Tranio

Dic.

Theopropides

Egone?

Tranio

Tu ipsus. Dic modo; ausculta mihi.
Promitte, age, inquam; ego iubeo.

Theopropides

Responde mihi:
Quid eo est argento factum?

Tranio

Saluom est.

Theopropides

Soluite
Uosmet igitur, si saluomst.

---

616 est 617 Paululum *B* quadragenta *C* 618 DA. Ne TR. paullum *Sequuntur 612–15.* 619 credit *Sequitur v. 638 suo loco rediens* 620 habeat *B* 621 auculta *B* 623 argentu *C* 624 saluom si *C*

Tranio

Aedis filius
Tuus emit.

Theopropides

Aedis?

Tranio

Aedis.

Theopropides

Euge, Philolaches
Patrissat; iam homo in mercatura uortitur.
Ain tu aedis?

Tranio

Aedis, inquam. Sed scin quoiusmodi?

Theopropides

Qui scire possum?

Tranio

Uah.

Theopropides

Quid est?

Tranio

Ne me roga.

Theopropides

Nam quid ita?

Tranio

Speculo claras; can*d*orem merum.

Theopropides

Bene hercle factum. Quid, eas quanti destinat?

Tranio

Talentis magnis totidem, quot ego et tu sumus.
Sed arraboni has dedit quadraginta minas;

626 patrisatiam *B*, patris etiam *C* 627 An *B* sint quoiusmodi *B*, in quoiusmodi *C* 629 TR. *om.* conorem *B*, canorem *C* 631 DA *B* amagnis quod

Hinc sumpsit, quas ei dedimus. Satin intellegis?
Nam postquam haec aedes ita erant ut dixi tibi,
Continuo est alias aedis mercatus sibi.

Theopropides

Bene hercle factum.

Danista

Heus, iam adpetit meridies.

Tranio

Absolue hunc quaeso, uomitu ne hic nos enecet.
Quattuor quadraginta illi debentur minae,
Et sors et faenus.

Danista

Tantum est; nihilo plus peto.

Tranio

Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas.

Theopropides

Adulescens, mecum rem habe.

Danista

Nempe abs te petam?

Theopropides

Petito cras.

Danista

Abeo; sat habeo, si cras fero.

Tranio

Malum quod isti di deaeque omnes duint;
Ita mea consilia perturbat paenissume.
Nullum edepol hodie genus est hominum taetrius
Nec minus bono cum iure quam danisticum.

633 hic quasi dedimus *C* santin *B* 634 eedis iterant
635 alia sedis 636 S. *toti versui prap. B* meridie 637 hoc *C*
uomitum 641 habet *C* 642 DA. habeo 643 de deaque
644 pleuissime 645 genusesthodie *A* 646 iuere *C*

Theopropides

Qua in regione istas aedis emit filius?

Tranio

Ecce autem perii.

Theopropides

Dicisne hoc quod te rogo?

Tranio

Dicam; sed nomen domini quaero quid siet.

Theopropides

Age conminiscere ergo.

Tranio

Quid ego nunc agam,
Nisi ut in uicinum hunc proxumum *rem conferam*?
Eas emisse aedis huius dicam filium.
Calidum hercle audiui esse optumum mendacium.
Quidquid dein fiet, id decretum est dicere.

Theopropides

Quid igitur? iam conmentu's?

Tranio

Di istum perduint!
Immo istu*n*c potius. De uicino hoc proxumo
Tuus emit aedis filius.

Theopropides

Bonan fide?

Tranio

Si quidem tu argentum redditur's, tum bona;
Si redditurus non es, non emit bona.

648 sciet 651 uitiunum *B* proximum mendatium 654 Quidquid dei dicunt rectum est *B* 655 commentus diis tuum *B*, Deistum *C* 656 istuc 658 Si quidem es argentum redditurus *BC* 659 es emit *B*

Theopropides

Sane in loco emit perbono.

Tranio

Immo optumo.

Theopropides

Cupio hercle inspicere hasce aedis. Pulta dum foris
Atque euoca aliquem intus ad te, Tranio.

Tranio

Ecce autem perii. Nunc quid dicam nescio;
Iterum iam ad unum saxum me fluctus ferunt.
Quid nunc? Non hercle, quid nunc faciam, reperio:
Manifesto teneor.

Theopropides

Euoca dum aliquem ocius,
Roga circumducat, heus tu.

Tranio

At hic sunt mulieres;
Uidendumst primum, utrum eae uelintne an non uelint.

Theopropides

Bonum aequomque oras. Percontare *ergo* et roga;
Ego hic tantisper, dum exis, te opperiar foris.

Tranio

Di te deaeque omnes funditus perdant, senex;
Ita mea consilia undique oppugnas male.
Euge, optume eccum aedium dominus foras
Simo progreditur ipsus. Huc concessero,
Dum mihi senatum consili in cor conuoco.
Igitur tum accedam hunc, quando, quid agam, inuenero.

660 Non in immoptueoptumo *A* 661 has eedis *B*, haseaedis *C* 662 at te terno *BC* 663 autem iterum nunc *BC* 665 recerio *BC* 666 aliquem foras *BC* 667 hunc *C* 668 uelint aut non *A* 669 aequumque rogas percunctare *A* ergo *om.* 671 Dice *B*, De te *C* … *BC* 672 mala *BC* 673 Eugae *A*, Fuge *BC* 674 iactus *A* 676 Itur *C* hunc *C* enuenero

SIMO THEOPROPIDES TRANIO.

Simo

Melius anno hoc mihi non fuit domi,
Nec quod una esca me iuuerit magis.
Prandium uxor mihi perbonum dedit;
Nunc dormitum iubet me ire. Minume.
Non mihi forte uisum ilico fuit,
Melius quom prandium, quam solet, dedit.
Uoluit in cubiculum abducere me anus.
Non bonust somnus de prandio; apage.
Clanculum ex aedibus me edidi foras;
Tota turget mihi uxor, scio, domi.

Tranio

Res parata est mala in uesperum huic seni;
Nam et cenandum et cubandumst *ei* male.

Simo

Quom magis cogito cum meo animo:
Si quis dotatam uxorem atque anum habet,
Neminem sollicitat sopor; ibi omnibus
Ire dormitum odiost. Ueluti nunc mihi.
Exsequi certa res est, ut abeam
Potius hinc ad forum, quam domi cubem.
Atque pol nescio ut moribus sient

THEVROPIDES *A*. THEVTROPIDES SENES II *B* TRANIO SERUUS *B* 678 Nequodest canna meruerit *BC* 679 Peranium *BC* 680 meare *BC* 681 in loco *C* 682 Melius quam prandium solum *BC* 683 cubiculum adducerem canus *C* 684 bonum est somnum *A*, bonus somnus est *BC* 685 Clanclum *C* 686 scio nunc domi *BC* 687 male *A* 688 cenandumst et cubandum est *A*, cenandum et cubandumst mihi huic male *BC* 690 uxorem . . . . habet *BC* 691 sopo *reliquis omissis* *BC* 692 uelut *A*, ue *reliquis omissis* *BC* 693 habeam

Uostrae; haec, sat scio, quam me habet male.
Peius posthac fore quam fuit mihi, *arbitror*.

Tranio

Abitus *si* tuus tibi, senex, fecerit male,
Nihil erit quod deorum ullum accusites;
Te ipse iure optumo merito incuses licet.
Tempus nunc est senem hunc adloqui mihi.
Hoc habet; repperi, qui senem ducerem,
Quo dolo a me dolorem procul pellerem.
Adcedam. Di te ament plurumum, Simo.

Simo

Saluos sis, Tranio.

Tranio

Ut uales?

Simo

Non male.
Quid agis?

Tranio

Hominem optumum teneo.

Simo

Amice facis.
Quom me laudas.

Tranio

Decet certe.

Simo

At ego hercle
Haud bonum teneo seruom.

Theopropides

Etiam mastigia ad me redis?

Tranio

Iam isti ero.

696 me *om*. *BC* habeat 697 Pelius *BC* arbitror *om*. 698 si *om*. 699 nullum *BC* 700 ipsum *A* incusses *A*, incusis *BC* 701 adloquimini *BC* 702 semen *C* 703 Quod 705 Sauos *B* 706 te neouamice 707 mel audis *C* 707 *sq*. SI. hercle te habeo hau bonum *BC* 709 Eia mastigia *B*, Eiam astigia *C* rediesam istic *B*, re die aamsticero *C*

Simo

Quid nunc? quam mox?

Tranio

Quid est?

Simo

Quod solet fieri hic
Intus.

Tranio

Quid id est? Scis tu, ibi quid solet fieri?

Simo

Decet
Sic frui uita, animo ut tu tuo morem geras.
Uita quam sit breuis, cogita*ndum.* Quid *ais*?

Tranio

Ehem, uix tandem percepi super his rebus nostris te loqui.

Simo

Musice hercle agitis aetatem, ita ut uos decet.
Uino et uictu; piscatu probo, electili
Uitam colitis.

Tranio

Immo uit*a* antehac erat;
Nunc nobis omnia haec exciderunt.

Simo

Qui dum?

Tranio

Ita oppido occidimus omnes, Simo.

710 numquam *A* 710—12 fieri
SI. Lic............quid id est
.... TR. loquar
SI. Sic decet..........morem geras *B et C, nisi quod*
711 *init.* Hic 711 Scis tibi *A* 713 breui simul *C* cogita ....
Quod 717 [illegible] 718 [illegible]

Simo

Non taces? prospere nobis cuncta usque adhuc
Processerunt.

Tranio

Ita ut dicis facta haud nego.
Nos profecto probe ut uoluimus uiximus;
Sed, Sjmo, ita nunc uentus nauem *nostram* deserunt.

Simo

Quid est?
Quo modo?

Tranio

Pessumo.

Simo

Quaene subducta erat
Tuto in terra?

Tranio

Ei!

Simo

Quid est?

Tranio

Me miserum! occidi.

Simo

Qui?

Tranio

Quia uenit nauis, nostrae nauem quae frangat trabem.

Simo

Uelim ut tu uiuas, Tranio. *Sed quid* est negoti?

Tranio

Eloquar:
Erus peregre uenit.

721 heu *C* 723 semo *B* nostram *om* 724 Quae ne [illegible] 726 ratem 727 ut u...uelles *B*, ut tu uelles *C* tranio [illegible] est eloquere *B*

Simo

Tunc *flagrum tergo tuo* portenditur,
Inde ferriterium, postea *crux.*

Tranio

Per tua te genua obsecro.
Ne indicium ero facias meo.

Simo

E me, ne quid metuas, nihil sciet.

Tranio

Patrone, salue.

Simo

Nihil moror mihi istiusmodi clientis.

Tranio

Nunc hoc, quod ad te noster me misit senex —

Simo

Hoc mihi responde primum, quod ego te rogo:
Iam de istis rebus uoster quid sensit senex?

Tranio

Nihil quidquam.

Simo

Num quid increpauit filium?

Tranio

Tam liquidust, quam liquida esse tempestas solet.
Nunc te hoc orare iussit opere maxumo,
Ut sibi liceret inspicere hasce aedis tuas.

Simo

Non sunt uenales.

Tranio

Scio equidem istuc; sed senex
Gynaeceum aedificare uolt hic in suis
Et balineas et ambulacrum et porticum.

728 Tunc . . . . . Cor tenditur 729 postea . . . . nua 730 sciat 732 meme 735 quicquam unum increpitauit *C* 736 liquidum est 740 Cineceum *B*

Simo

Quid som*ni* somniauit?

Tranio

Ego dicam tibi:
Dare uolt uxorem filio quantum potest;
Ad eam rem facere uolt nouom gynaeceum.
Nam sibi laudauisse hasce ait architectonem
Nescio quem exaedificatas insanum bene;
Nunc hinc exemplum capere uolt, nisi tu neuis.
Nam ille eo maiore hinc opere ex te exemplum petit,
Quia hic *uitam audiuit esse* aestate perbonam,
Sub sole columem usque perpetuum diem.

Simo

Immo edepol uero, quom usquequaque umbra est, tamen
Sol semper hic usque a manist ad uesperum.
Quasi flagitator adstat usque ad ostium,
Nec mihi umbrast usquam, nisi si in puteo quaepiamst.

Tranio

Quid? Sarsinatis ecqua est, si Umbram non habes?

Simo

Molestus ne sis; haec sunt sic ut praedico.

Tranio

At tamen inspicere uolt.

Simo

Inspiciat, si lubet.
Si quid erit, quod illi placeat, de exemplo meo
Ipse aedificato.

742 Quid consomniauit 745 Iam *C* laudasse *BC* hasce *om.* *C*, ait has *A* architectectorem *C* 746 exaedificatas esse . . . um bene *A*, esse aedificatas has sine bene *B*, *C sine* esse 748 malo . . . . . opere *BC* (*B* mal non ex te *om.* *C* 749 hic . . . aestate *BC* 750 Sub diu cel . . . . . perpetuum *B*, *C sine lacuna* 752 hinc *A* est usque a mane *BC* uesperam *C* 753 hostiam *AC* 754 Haec *B* umbra usquam est *BC* 755 Quid Arsinatis *A* ecquam est *B*, et quam *C*

Tranio

Eon? uoco huc hominem?

Simo

Uoca.

Tranio

Alexandrum magnum atque Agathoclem aiunt maxumas
Duo res gessisse; quid mihi fiet tertio,
Qui solus facio facinora inmortalia?
Uehit *hic* clitellas, uehit hic autem alter senex.
Nouicium mihi quaestum institui non malum;
Nam muliones mulos clitellarios
Habent, ego habeo homines clitellarios.
Magni sunt oneris; quidquid inponas, uehunt.
Nunc hunc hauscio an conloquar. Congrediar.
Heus Theopropides.

Theopropides

Hem, quis hic nominat me?

Tranio

Eros seruos multimodis suo fidus.

Theopropides

Unde is?

Tranio

Quod me miseras, adfero omne inpetratum.

Theopropides

Quid illi, obsecro, tam diu destitisti?

Tranio

Seni non erat otium; id sum opperitus.

---

761 fuit *C* 663 Uehit clitellas 767 honeris *B* uehut *B* 768 *quasi noua scena suprascr.* TRANIO SERUUS THEUROPIDES SIMO SENES II *B* haud *A*, nunc nunc hausci *C* con . . . . . conloquar *BC* 769 Theopropides *A*, theuropides *BC* hem quis . . . . . nominat *B*, hem . . . . . . nominat *C* 770 multum *BC* suo *om. A* filius *A*, fidelis *B*, *om. C* Unde is *om. BC* 771 Quo *C* 772 hic 773 otium erat *BC* operitus *B*

Theopropides

Antiquom optines hoc tuum, tardus ut sis.

Tranio

Heus tu, si uoles uerbum hoc cogitare:
Simul flare sorbereque haud factu facilest;
Ego hic esse et illi simitu haud potui.

Theopropides

Quid nunc?

Tranio

Uise, specta tuo usque arbitratu.

Theopropides

Age duc me.

Tranio

Num moror?

Theopropides

Subsequor te.

Tranio

Senex ipsus ante ostium eccum opperitur.
Sed ut maestus est, se hasce *aedis* uendidisse!

Theopropides

Quid tandem?

Tranio

Orat ut suadeam Philolacheti,
Ut istas remittat sibi.

Theopropides

Haud *faciam*, opinor.
Sibi quisque ruri metit. Si male emptae
Forent, nobis istas redhibere haud liceret.
Lucri quidquid est, id domum trahere oportet.
Misericordia *frangi nullum* hominem oportet.

774 pardus *B* [illegible] *A* 776 aut *B* 777 ille *C* simul *B* [illegible] *C* [illegible] *A* 778 [illegible] *A* [illegible] specta *BC* usque *om. BC* 779 [illegible] 780 [illegible] *B*, [illegible] *C* hostium illud *A* opperibitur *B*. operitur *C* 781 ut *om. BC* [illegible] *C* [illegible] *A* [illegible] *om.* [illegible] *C* 783 [illegible] *C* [illegible] *om.* 784 [illegible] si male *C* 785 [illegible] *C* 787 Miseri cordias [illegible] hominem

Tranio

Morare hercle; *uerba* facis. Subsequere.

Theopropides

Fiat.

Do tibi ego operam.

Tranio

Senex illic est. Em, adduxi hominem tibi.

Simo

Saluom te aduenisse peregre gaudeo, Theopropides.

Theopropides

Di te ament.

Simo

Inspicere *is*te aedis te has uelle aiebat mihi.

Theopropides

Nisi tibi est incommodum.

Simo

Immo commodum. I intro atque inspice.

Theopropides

At enim mulieres —

Simo

Caue tu ullam flocci faxis mulierem.
Qualibet perambula aedis oppido tamquam tuas.

Theopropides

Tamquam?

Tranio

Ah, caue tu illi obiectes nunc in aegritudine,
Te has emisse. Non tu uides hunc, uoltu ut tristi sit senex?

Theopropides

Uideo.

788 hercle .... facis fiat *om. B* 789 tibi senex operam senex *B* hem *B* tibi adduxi hominem 790 theopropides 791 H. Deo *B* inspicere iste *B*. inspicere te *C* uelle *B*, bellae *C* 792 tibi incommodum est. H. immo commodum. S. Intro *A* 793 floxcifatifaxis *B* 796 est

Tranio

Ergo inridere ne uideare et gestire admodum.
Noli facere mentionem te*d* emisse.

Theopropides

Intellego.
Et bene monitum duco atque *esse* existumo humani ingeni

Simo

Quid nunc? Quin tu is intro? atque otiose perspecta, ut lubet.

Tranio

Bene beni*gne*que arbitror te facere.

Simo

Factum edepol uolo.

Tranio

Uiden uestibulum ante aedis hoc et ambulacrum, quoiusmodi?

Theopropides

Luculentum edepol profecto.

Tranio

Age specta postis, quoiusmodi,
Quanta firmitate facti et quanta crassitudine.

Theopropides

Non uideor uidisse postis pulcriores.

Simo

Pol mihi
Eo pretio empti fuerant olim.

Tranio

Audin 'fuerant' dicere?
Uix uidetur continere lacrimas.

797 et *om. B* 798 te 799 se ingenio 800 Quid nunc? SI. quin tu. TR. is 801 benique SI. *om.* *sequuntur*

S. Uin qui perductet? H. apage istum perductorem. non placet.

S. Quid est? H. errabo potius quam perductet quispiam

802 an placrum 804 Quam *B* 806 Autenfuerat *B*, aut infuerat *C*

Theopropides

Quanti hosce emeras?

Simo

Tris minas pro istis duobus praeter uecturam dedi.

Theopropides

Hercle qui multum inprobiores sunt, quam a primo credidi

Simo

Quapropter?

Theopropides

Quia edepol ambo ab infumo tarmes secat.
Intempestiuos excisos credo; id eis uitium nocet.

Simo

Atqui etiam nunc satis boni sunt, si sunt inducti pice;
Non enim haec pultifagus opifex opera fecit barbarus.

Tranio

Uiden coagmenta in foribus?

Theopropides

Uideo.

Tranio

Specta quam arte dormiunt.

Theopropides

Dormiunt?

Tranio

Illud quidem, ut coniuent, uolui dicere.
Satin habes?

Theopropides

Ut quidquid magis contemplor, tanto magis placet.

Tranio

Uiden pictum ubi ludificat una cornix uolturios duos?

808 SI. *om.* diebus 810 tramisecat 812 Atque 813 pultufagis *A* barbaros *C* 814 dormunt 816 II Satim *B* 817 ludificatur cornix una *BC* duo *BC*

Theopropides

Non edepol uideo.

Tranio

At ego uideo; *ecc*am, inter uolturios duos
Cornix adstat; ea uolturios duos uicissim uellicat.
Quaeso huc ad me specta, cornicem ut conspicere possies.
Iam uides?

Theopropides

Profecto nullam equidem illic cornicem intuor.

Tranio

At tu istoc ad uos optuere, quoniam cornicem nequis
Conspicari, si uolturios forte possis contui.

Theopropides

Omnino, ut te absoluam, nullam pictam conspicio hic auem.

Tranio

Age, iam mitto. Ignosco; aetate non quis optuerier.

Theopropides

Haec, quae possum, ea mihi profecto cuncta uehementer placent.

Simo

Latius demum est operae pretium iuisse.

Theopropides

Recte edepol mones.

Simo

Eho, istum, puere, circumduce hasce aedis et conclauia.
Nam egomet ductarem, nisi mihi esset apud forum negotium.

Theopropides

Apage istum *a* me perductorem, nihil moror ductarier.
Quidquid est, errabo potius quam perductet quispiam.

---

818 *om. BC* 819 duo *BC* uellitat 820 possis *BC* 821 cornicum *A* intuor *B* 822 isto 824 conspicio *B* 826 iacent *C* 827 pretium *B* E recte *B*, Erecte *C* 828 puer huc *A* 829 ad *BC* 830 istum me . . . . . . nihil *BC* 831 est . . . . perductet *BC*

Simo

Aedis dico.

Theopropides

Ergo intro eo igitur sine perductore.

Simo

I, licet.

Theopropides

Ibo intro igitur.

Tranio

Mane sis uideam, ne canis.

Theopropides

Agedum uide.

Tranio

St, abi, canis. St, abi dierecta. St, abin hinc in malam crucem?

Theopropides

At etiam restat.

Tranio

St, abi istinc.

Simo

Nihil pericli est; age *modo*. Iam placida est quam est aqua; qua*m*uis ire intro audacter licet.

Eo ego hinc ad forum.

Theopropides

Fecisti commode. Bene ambula.

Tranio, age canem istam a foribus *aliquis* abducat face.

Etsi non metuenda est.

832 S. Adis dico .... H. ergo *B*, adis dico. Ergo *C* 833 igitur est mane sis ut uideam *C* unde 834 Est abi canis est TR. abi *B* dierecte *C* est hinc malam racem *C* 835 *Personarum nomina omissa* restas *C* est abistinc *B* modo *om* 836 quam . . aqua . uis . ire *B*. quam feta qua uis eire *C* 837 Ego abeo *A* 838 aliquis *om*.

Tranio

Quin tu illam adspice, ut placide adcubat.
Nisi molestum uis uideri te atque ignauom.

Theopropides

Iam ut lubet.
Sequere hac me igitur.

Tranio

Equidem haud usquam a pedibus abscedam tuis

SERUI CALLIDAMATIS ADUERSITORES.

Phaniscus

Serui qui, quom culpa carent, tamen malum metuunt,
Ii solent esse eris utibiles.
Nam illi qui nihil metuunt, postquam sunt malum meriti,
Stulta sibi expetunt consilia.
Exercent sese ad cursuram, fugiunt; ii si reprehensi sunt,
Faciunt e malo peculi*um*, *e bono* quod nequeunt,
Augent ex pauxillo; *thensaurum in*de parant.
Mihi in pectore consili*umst cauere* malam rem prius
Quam ut meum *gaudium persequar.*
Ut adhuc fuit mihi corium, esse oportet,
Sincerum atque ut *erum me* uotem uerberare.
Si huic *semper* parebo, probe tectum habebo,
Malum quom inpluit ceteris, ne inpluat mihi,
Nam ut serui uolunt esse erum, ita solet:
Boni sunt, *bonust*; inprobi sunt, malus fit.

841 hau *B* ab ædibus *C* TRANIO THEUROPIDES SIMO DANISTA *B* 842 carant *BC* 843 Hii 846 sed hii si 847 a malo peculio quod 848 pauxillo . . . deparant 849 consili . . . malam 850 meum . . . . . 852 erum me *om.* 853 Si hanc imp[illegible] tecum *B* 854 ceteros inpluit *C* 856 Bonis *B* sunt inprobus *B*, sunt inproba *C* fiat

Nam nunc domi nostrae tot pessumi uiuont,
Peculi sui prodigi, plagigeruli.
Ubi aduorsum ut eant uocantur ero, *clamant*:
'Non eo; molestus ne sis; scio quod properas; gestis aliquo;
Iam hercle ire uis, mula, foras pastum'.
Bene merens hoc preti inde abstuli. Abii foras;
Solus nunc eo aduorsum ero ex plurumis seruis.
Hoc die crastini quom erus resciuerit,
Mane castigabit eos bubulis exuuiis.
Postremo minoris pendo tergum illorum quam meum;
Illi erunt bucaedae multo potius, quam ego sim restio.

Alter seruos

Mane tu atque adsiste ilico,
Phanisce; etiam respicis?

Phaniscus

Mihi molestus ne sis.

Alter seruos

Uide, ut fastidit simia.
Manesne ilico, inpure parasite?

Phaniscus

Qui parasitus sum?

Alter seruos

Ego enim dicam; cibo perduci poteris quouis.

Phaniscus

Mihi si lubet esse, quid id curas?

Alter seruos

Ferocem facis, quia te erus tuus amat.

---

759 ubi aduersum ut eant *antecedenti versui*, uocatur ero *proximo addit B* clamant *om.* 860 Scio quod properas gestis aliquo *proximo versu* 861 erede *C* 862 precium unde abstultabi 864 di 865 buculis *C* exsuuiis *B* 866 pen..ergum *C* 868 *sqq. in tota scena personarum notæ om* 869 respiee *B*, respices *C* 870 simia Mihs sum libet esse, quid id curas? 872 poteres 873 *om.* (*v.* 870) 875 eratus amatuha

Phaniscus

Uah!
Oculi dolent.

Alter seruos

Cur?

Phaniscus

Quia fumus molestus.

Alter seruos

Tace sis, faber, qui cudere soles plumbeos nummos.

Phaniscus

Non potes tu cogere me ut tibi male dicam.
Nouit erus me.

Alter seruos

Suam quidem pol culcitellam oportet.

Phaniscus

Si sobrius sis, male non dicas.

Alter seruos

Tibi optemperem, quom tu mihi † neque eas?

Phaniscus

At tu mecum, pessume, ito aduorsus; quaeso hercle abstine
Iam sermonem de istis rebus.

Alter seruos

Faciam et pultabo foris.
Heus, ecquis hic est, maxumam qui iniuriam
Foribus defendat? ecquis hasce aperit foris?
Nemo hinc quidem foras exit;
Ut esse addecet nequam homines, ita sunt.
Sed eo magis cauto est opus, ne huc exeat qui male me mulcet.

875 qur 876 si *B* numbos nos *B*, mummos *C* 878 culcitullam 879 Sis *B* 880 pessimi tu 882 qui his iniuriam 883 heequis ecquis huc exit atque aperit? *BC* 885 *et* 85 *uno versu BC*

TRANIO. THEOPROPIDES. PHANISCUS.
ALTER SERUOS.

Tranio

Quid tibi uisum est mercimoni *hoc esse*?

Theopropides

Totus gaudeo.

Tranio

Num nimio emptae tibi uidentur?

Theopropides

Numquam edepol ego me scio
Uidisse usquam abiectas aedis, nisi modo hasce.

Tranio

Ecquid placent?

Theopropides

Ecquid place*a*nt, me rogas? Immo hercle uero perplacent,

Tranio

Quoiusmodi gynaeceum? quid porticum?

Theopropides

Insanum bonam. 891
Non equidem ullam in publico esse maiorem hac existumo.

Tranio

Quin ego ipse et Philolaches in publico omnis porticus
Sumus conmensi.

Theopropides

Quid igitur?

Tranio

Longe omnium longissuma est.

PHANISCUS THEUROPIDES *B* 887 hoc esse *om.* 888 ego *om. B* scito 889 umquam ablectas *C*, ablactas *B* hacquid *B*, haec quid *C* placent 891 Cuiusmodo *C* 892—93 esse ... publico *om. C* 894 Summus

Theopropides

Di inmortales, mercimoni lepidi. *Si* hercle nunc ferat
Sex talenta magna argenti pro istis praesentaria,
Numquam accipiam.

Tranio

Si hercle accipere cupias, ego numquam sinam.

Theopropides

Bene res nostra conlocata est istoc mercimonio.

Tranio

Me suasore atque inpulsore id factum audacter dicito.
Qui subegi faenore argentum ab danista ut sumeret,
Quod isti dedimus arraboni.

Theopropides

Seruauisti omnem ratem.
Nempe octoginta debentur huic minae?

Tranio

Hau*d* nummo amplius.

Theopropides

Hodie accipiat.

Tranio

Ita enimuero, ne qua causa subsiet.
Uel mihi denumerato; ego illi porro denumerauero.

Theopropides

At enim ne quid captioni mihi sit, si dederim tibi.

Tranio

Egone te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?

Theopropides

Egon abs te ausim non cauere, ne quid committam tibi?

895 si *om.* 897 accipiem. TR. sierete accicere *C* cupies 900 daniste *C* 901 arriboni *B* 902 hau 903 TH. *om* 905 mihi sed si 906 te loculo *B*, celo culo *C* 907 m

Tranio

Quid? tibi umquam quidquam, postquam tuus sum, uerborum dedi?

Theopropides

Ego enim caui, nec tu eam habebis gratiam; atque animo meo
Sat sapio, si abs te modo uno caueo.

Tranio

Tecum sentio.

Theopropides

Nunc abi rus; dic me aduenisse filio.

Tranio

Faciam ut iubes.

Theopropides

Curriculo iube in urbem ueniat iam simul tecum.

Tranio

Licet.
Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferam;
Dicam, ut hic res sint quietae atque ut hunc hinc amouerim.

Phaniscus

Hic quidem neque conuiuarum sonitus, item ut antehac fuit,
Neque tibicinam cantantem neque alium quemquam audio.

Theopropides

Quae illaec res est? quid illisce homines quaerunt apud aedis meas?
Quid uolunt? quid intro spectant?

Alter seruos

Pergam pultare ostium.
Heus, reclude; heus, Tranio, etiamne aperis?

908 Quia 909 caui recte .... Eam debis *B*, caui recte eam debis *C* 911 Non *B* abi i rus *B*, habi i rus *C* uoles *BC* 912 . ibi *B*, ubi iube *C* TR. *om.* 913 TR. *præp.* illa *BC* at 914 hinc *A* quaesitae *A* 915 *novam scenam ordiuntur BC.* ADUERSITOR. THANISCUS. THEUROPIDES SENEX *B* itidem 917 illic homines *B*. illis chominis *C* mem *C* 918 pultari *C* 919 etiam *BC*

Theopropides

Quae haec est fabula?

Alter seruos

Etiamne aperis? Callidamati nostro aduorsum uenimus.

Theopropides

Heus uos, pueri, quid istic agitis? quid istas aedis frangitis?

. . nec quid tu percontator . . . . .

. . . . prae triennio

. . . . audias

. . . . . quid ais animule . . .

. . . . huc quidem est . . .

. .

Theopropides

Sed quid uobis est negoti hic?

Phaniscus

Eloquar.

Erus hic noster potat.

Theopropides

Erus hic uoster potat?

Phaniscus

Ita loquor.

Theopropides

Puere, nimium es delicatus.

Phaniscus

Ei aduorsum uenimus.

Theopropides

Quoi homini?

Phaniscus

Ero nostro. Quaeso, quotiens dicundum est tibi?

Theopropides

Puere, nemo hic habitat; nam te esse arbitror puerum probum.

920 calidamati 922—27 *om. BC* 928 A Herus *B* uster *C* 929 puer *BC* nimium adelicatus ei 930 dicendust *A* 931 Puer hic nemo *BC*

Phaniscus

Non hic Philolaches adulescens habitat hisce in aedibus?

Theopropides

Habi*tauit*; uerum *emigrauit pridem ille ex* hisce aedibus.

Alter seruos

Senex hic elleborosust certe.

Phaniscus

Erras peruorse, pater;
Nam nisi hinc hodie emigrauit aut heri, certo scio
Hic habitare.

Theopropides

Quin sex mensis iam hic nemo habitat.

Alter seruos

Somnias.

Theopropides

Egone?

Alter seruos

Tu.

Theopropides

Tu ne molestu's. Sine me cum puero loqui.
Nemo habitat.

Phaniscus

Habitat profecto; nam heri et nudiustertius,
Quartus, quintus, sextus, usque postquam hinc peregre eius pater
Abiit, numquam hic triduum unum desitum est potarier.

Theopropides

Quid ais?

---

932 Nam *B* hiscedibus *B*, histedibus *C* 933 *BC om.* 934 cerebrosus est *BC* certi eras *C* 935 hic *BC* 937 Egone tu tu ne 938 habitat . A. h . . ita . *B*, habitat haec tat *C* eri nudustertius *C* 939 peregrei eius *A* 940 Habiit *BC* munum des . . . . . . esse et bibiss . *B*, desitum esse et bibi est *C* 941 agis

Phaniscus

Triduum unum est haud intermissum hic essi et bibi.
Scorta duci, pergraecari, fidicinas, tibicinas
† Ducere.

Theopropides

Quis istaec faciebat?

Phaniscus

Philolaches.

Theopropides

Qui Philolaches?

Phaniscus

Quoi patrem Theopropidem esse opinor.

Theopropides

*Oi*ei, occidi,
Si haec hic uera memorat. Pergam porro percontarier.
Ain tu istic potare solitum Philolachem istum, quisquis est,
Cum ero uostro?

Phaniscus

Hic, inquam.

Theopropides

Puere, praeter speciem stultus es.
Uide sis ne forte ad merendam quopiam diuorteris
Atque ibi amplius, quam satis fuerit, biberis.

Phaniscus

Quid est *quod me rides*?

Thoopropides

Ita dico: ne ad alias aedis perperam nunc ueneris.

---

941 in unum est *B* esse 942 ubi et nas *C* 943 ista hec Quid *C* 944 Cuins *A* teoropidem *A*, theupropidem *B*, theuropidem *C* et *C*, S. *B* 946 istuc portare silitum *A* philolachen *C* 947 uostra hec 948 Unsis *B* copiam *BC* deuorteris 949 ibi melius cuiquam *BC* Liberis *C* Quid est? 950 abalias saedis *B*, ab alia sedis *C* neueneris

Phaniscus

Scio qua me ire oportet et, quo uenerim, noui locum.
Philolaches hic habitat, quoius est pater Theopropides;
Qui, postquam pater ad mercatum hinc abiit, hic tibicinam
Liberauit.

Theopropides

Philolachesne ergo?

Phaniscus

Ita; Philematium quidem.

Theopropides

Quanti?

Phaniscus

Triginta.

Theopropides

Talentis?

Phaniscus

Μα τον Ἀπόλλω, sed minis.

Theopropides

Liberauit?

Phaniscus

Liberauit, *inquam*, triginta minis.

Theopropides

Ain minis triginta amicam destinasse Philolachem?

Phaniscus

Aio.

Theopropides

Atque eam manu emisisse?

Phaniscus

Aio.

951 meetre et *om. B* loqui *B*, loquiqur *C* 952 adcuius *B* 953 mercatum habit hinc tibicinam *BC* *qua* uult 954 philolaches *BC* 955 triginta talentis maton apollo sex *BC* 956 *om. BC* 957 destinatum

Theopropides

Et postquam eius hinc pater
Sit profectus peregre, perpotasse adsiduo ac . . . . l . .
Tuo cum domino?

Phaniscus

Aio.

Theopropides

Quid? is aedis emit hasce hinc proxumas?

Phaniscus

Non aio.

Theopropides

Quadraginta etiam dedit huic, quae essent pignori?

Phaniscus

Neque istud aio.

Theopropides

Ei, perdis.

Phaniscus

Immo suum patrem illic perdidit.

Theopropides

Uera cantas.

Phaniscus

Uana uellem. Patris amicus uidelicet?

Theopropides

Eu edepol patrem eum *tu* miserum praedicas.

Phaniscus

Nihil hoc quidem est,
Triginta minae, prae quam alios dapsilis sumptus facit.

---

958 et *om. B* huic *C* 959 atsiduo *B* ac . . . . l . . . *om. BC* 960 aio has hunc *A* hic *BC* 961 agio *B* dedit alio quid? *C* huc quae est *BC* 962 illud *B* iaio *C* 964 meum *B* tu *om* 965 praeterquam dapsilles

Theopropides

Perdidit patrem.

Phaniscus

Unus istic seruos est sacerrumus,
Tranio; is uel Herculi conterere quaestum possiet.
Edepol ne me eius patris misere miseret, qui quom istaec sciet
Facta ita, amburet misero ei corculum carbunculus.

Theopropides

Si quidem istaec uera sunt.

Phaniscus

Quid merear, quam ob rem mentiar?

Alter seruos

Heus uos, ecquis hasce aperit?

Phaniscus

Quid istas pultas, ubi nemo intus est?
Alio credo comissatum abisse; abe*a*mus nunc iam.

Theopropides

Puere, *est quod te interrogare uolo.*

Phaniscus

Tu sequere hac me.

Alter seruos

Sequor.

Theopropides

Puere, iamne abis?

Phaniscus

Libertas paenulast tergo tuo;
Mihi, nisi ut erum metuam et curem, nihil est qui tergum tegam.

966 PH. *om.* si acerrimus *BC* 967 conterce *B*, conterre *C* potest 968 misere *om. BC* 969 istaec *A* miseri *A* 971 aperit has *A* istac *B*. ista *C* intusst *BC* 972 comisatum *A* commissatum *BC* abemus nuntiam 973 *om. BC* 974 PH. *om* 975 A. *præp. B* erum ut *BC*

THEOPROPIDES SIMO, SENES II.

Theopropides

Peri*i* hercle; quid opust uerbis? Ut uerba audio,
Non equidem in Aegyptum hinc modo uectus fui,
Sed etiam in terras solas orasque ultumas
Sum circumuectus; ita, ubi nunc sim, nescio.
Uerum iam scibo; nam eccum, unde aedis filius
Meus emit. Quid a*g*is tu?

Simo

A foro incedo domum.

Theopropides

Num quid processit ad forum hodie noui?

Simo

Etiam.

Theopropides

Quid tandem?

Simo

Uidi efferri mortuum.
Modo eum uixisse aiebant.

Theopropides

Uae capiti tuo.

Simo

Quid tu otiosus res nouas requiritas?

Theopropides

Quia hodie adueni peregre.

THEOROPIDES *A*. THEUROPIDES *B* 976 Peri opus est uerbero *B*, uerbaca *C* 977 SI. *praep*. *B* 978 hoc is *B* multum as *C* 979 circumuentus sim *C* 981 ais 983 mortuum hem *Sequitur uersus*: Noium SI meum uidi mortuum efferri foras 984 TH *praep*. enim *C* TH tuae 985 tu ut ociosus

Simo

Promisi foras.
Ad cenam ne me te uocare censeas.

Theopropides

Haud postulo edepol.

Simo

Uerum cras, nisi *quis* prius
Uocauerit me, uel apud te cenauero.

Theopropides

Ne istuc quidem edepol postulo. Nisi quid magis
Es occupatus, operam mihi da.

Simo

Maxume.

Theopropides

Minas quadraginta accepisti, quod sciam,
A Philolachete.

Simo

Numquam nummum, quod sciam.

Theopropides

Quid, a Tranione seruo?

Simo

Multo *hercle* id minus.

Theopropides

Quas arraboni tibi dedit?

Simo

Quid somnias?

Theopropides

Egone? At quidem tu, qui istoc te speras modo

---

986 SI. *om.* 987 tue 988 SI. Haud postulo. TH. edepol uerum *B* quis *om.* 990 iste 991 SI *om.* 992 triginta accepistis *B* quas sciam *B*, quasciam *C* 993 nuquam nunu *B* 994 hercle *om. C, lacunæ spatium B* 996 SI. at speras te *A*

Potesse dissimulando infectum hoc reddere.
Quid autem quod me absente hic tecum filius
Negoti gessit?

Simo

Mecum ut ille hic gesserit,
Dum tu hinc abes, negoti *quidquam*?

Theopropides

Ne nega,
Etsi tibi aegre nunc est.

Simo

Quidnam aut quo die?

Theopropides

Minas tibi octoginta argenti debeo.

Simo

Non mihi quidem hercle; uerum si debes, cedo.
Fides seruanda est; ne ire infitias postules.

Theopropides

Profecto non negabo debere, et dabo;
Tu caue quadraginta accepisse hinc te neges.

Simo

Quadraginta accepisse non negem minas?

Theopropides

Quaeso edepol, huc me adspecta et responde mihi:
Quot arraboni dedit tibi argenti minas
Meus filius Philolaches?

Simo

Ego dicam tibi:
Ta . . . .
De te aedis . . . aedis emerit.

998 SI. Quid autem? TH. quod *B* teecum *om BC* 1000–1 negoti quidnam aut quo die 1004 est *om. C* 1006 hinc ne neges 1007 *om BC* 1008 Quoso *B* 1009–12 *om. BC*

Simo

Te uelle uxorem aiebat tuo gnato dare.
Ideo aedificare hic uelle aiebat in tuis.

Theopropides

Hic aedificare uolui?

Simo

Sic dixit mihi.

Theopropides

Ei mihi, disperii. Uocis non habeo satis.
Uicine, perii, interii.

Simo

Num quid Tranio
Turbauit?

Theopropides

Immo exturbauit omnia.

Simo

Quid tu ais?

Theopropides

Haec res sic est,ut narro tibi:
Deludificatust me hodie in perpetuum modum.
Nunc te obsecro, ut me bene iuues operamque des.

Simo

Quid uis?

Theopropides

I mecum, obsecro, *intro* una simul.

Simo

Fiat.

Theopropides

Seruorumque operam et lora mihi cedo.

1013 agebat 1014 hoc 1015 uoluit *B* 1016 dispergi *C* 1017 Uicini peri interi *C* 1018 Turbabit *Post 1018 legitur vers.* Te ludificatus est hodie indignis dis *B*, Te ludificatust mi hodie indignidis *C* 1019 TH. Quid tu agis? SI. 1021 TH. Nun 1022 intro *om.* 1023 Seruorumque .... et *C*

Simo

Sume.

Theopropides

Eademque opera haec tibi narrauero,
Quis me exemplis hodie *illi* ludificatus est.

TRANIO SERUOS.

Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.
[Atque equidem, quid id esse dicam uerbum nauci, nescio.]
Nam erus me postquam rus misit, filium ut suum arcesserem,
Ab*ii* illa per angiportum ad hortum nostrum clanculum.
Ostium quod in angiportu est horti, patefeci foris,
Eaque eduxi omnem legionem, et maris et feminas.
Postquam ex obsidione in tutum eduxi maniplaris meos,
Capio consilium, ut senatum congerronum conuocem.
Quoniam conuocaui, atque illi me ex senatu segregant.
Ubi ego me uideo deprensum in medio fore, quantum potest,
Facio idem quod plurumi al*i*, quibus res timida aut turbidast:
Pergunt turbare usque, ut ne quid *pos*sit conquiescere.
Nam scio equidem nullo pacto iam esse posse *haec* clam senem.
. . . .
Aut . . . .
Pro . . . .
Ille . . . .

1024 *personarum notae om.* operam *B* 1025 hodie eludificatus *B*, hodie . . . eludificatus *C* 1026 *titulo* THEUROPIDES SIMO SENES. LORARII *add. B* hom tumidus *C* dubi sis nouerat *C* 1028 ut filium suum accerserem 1029 Abilla agiu angiportum *B* 1030 fores 1032 opsidionem 1033 congeronem 1034 esacnatus *B*, e senatus *C* segra gant *C* 1035 *om. B* ego me uideo uentrem in *C* 1036 aliquibus 1037 ne *om. C* quid sit 1038 Nescio *B* haec *om. BC* 1039—43 *om. BC*

Praeoccupabo atque anteueniam, ut foedus feriam. Me moror.
Sed quid hoc est, quod foris concrepuit proxum*ae* uiciniae?
Erus meus hic quidem est; gustare ego eius sermonem uolo.

THEOPROPIDES. TRANIO. LORARII.

Theopropides

Ilico intra limen isti adstate, ut, quom ex*t*emplo uocem,
Continuo exsiliatis; manicas celeriter conectite.
Ego illum ante aedis praestolabor ludificatorem meum,
Quoius ego hodie ludificabor corium, si uiuo, probe.

Tranio

Res palam est; nunc te uidere meliust, quid agas, Tranio.

Theopropides

Docte atque astu mihi captandum est cum illo, ubi huc aduenerit.
Non ego illi extemplo hamum ostendam; sensim mittam lineam.
Dissimulabo me horum quidquam scire.

Tranio

O mortale*m* malum.
Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest;
Uerba illi non magis dare hodie quisquam quam lapidi potest.
Adgrediar hominem; adpellabo.

Theopropides

Nunc ego ille huc ueniat uelim.

1043 praeoccupato et 1044 qui proxima uicinia *AB*, ueina *C* 1045 Serus *B* sermone *C* *Inscriptionem scenæ om. BC*, THEUROPIDES *A* 1046 istastate *A*, astate illic *BC* exemplo 1047 manilas 1048 praestabor *B*, praestabo *C* 1049 hic *BC* ludificabo *C* 1050 TR. *om.* 1051 TH. *om.* astute illoc *BC* 1052 ita mum *B*, ita meum *C* sens. *B* sensum *C* 1053 TR. *om.* mortale 1054 Ahter 1055 non mugis hodie *BC* quāsquam *C*

Tranio

Si quidem pol me quaeris, adsum praesens praesenti tibi.

Theopropides

Euge, Tranio. Quid agitur?

Tranio

Ueniunt rure rustici;
Philolaches iam hic aderit.

Theopropides

Edepol mihi opportune aduenerit.
Nostrum ego hunc uicinum opinor esse hominem audacem et malum.

Tranio

Qui dum?

Theopropides

Qui*a* negat nouis*s*e uos.

Tranio

Negat?

Theopropides

Nec uos sibi
Numm*um* umquam argenti dedisse.

Tranio

Abi, ludis me; credo, haud negat.

Theopropides

Immo edepol negat profecto, neque se hasc*e* aedis Philolachi
Uendidisse.

Tranio

Eho an negauit sibi datum argentum, obsecro?

1057 squidem *C* 1058 ranio quid igitur *C* ruri 1059 *om. C* adherit *B* opurtune aduenies *B* 1060 huc meinum *C* 1061 qui nouise uor *C* 1062 Nummumquam argetei *B*, argentei *C* nega *C* *Sequitur in B*: Quid iam? TR. Scis locaris tu nunc tu nam ille quidem haut negat 1963 haseaedis 1064 Uendidisse . re eho *C*

Theopropides

Qui*n* ius iurandum pollicitust dare se, si uellem, mihi,
Neque se hasce aedis uendidisse neque sibi argentum datum.

Tranio

. . . .

Theopropides

Dixi ego istuc idem illi.

Tranio

Quid ait?

Theopropides

Seruos pollicitust dare
Suos mihi omnis quaestioni.

Tranio

Nugas; numquam edepol dabit.

Theopropides

Dat profecto.

Tranio

Quin *conuincam* illum, in ius si ueniam; mane.

Theopropides

Experiar, ut opinor.

Tranio

Certum est; *tu modo* mihi hominem cedo.

Theopropides

Quid si igitur ego arcessam homines?

Tranio

Factum iam esse oportuit.
Uel hominem iube aedis mancipare.

1065 Qui dare si si *C* 1066 datum est 1067 *om.* 1068—69 *personarum notas permutat B* 1070 TR Dat profecto quin et illum in iussi ueniam mane 1071 TH. certum est mihi 1072 TH. *om.* esse iam 1073 mancipio poscere.

Theopropides

Immo hoc primum uolo,
Quaestioni accipere seruos.

Tranio

Faciundum edepol censeo.
Ego interim hanc aram occupabo.

Theopropides

Quid ita?

Tranio

Nullam rem sapis.
Ne enim illi huc confugere possint, quaestioni quos dabit.
Hic ego tibi praesidebo, ne interbitat quaestio.

Theopropides

Surge.

Tranio

Minume.

Theopropides

Ne occupassis, obsecro, aram.

Tranio

Cur?

Theopropides

Scies.
Quia enim id maxume uolo, ut illi istoc confugiant; sine:
Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius.

Tranio

Quod agis, id agas. Quid tu porro serere uis negotium?
Nescis quam meticulosa res sit ire ad iudicem?

Theopropides

Surge dum huc; est consulere igitur quiddam quod tecum uolo.

1073 TH. *om.* hoc *om.* *C* 1074 TH. Questioni *B* 1075 occubabo *C* 1076 hic 1078 octn passis *B* arma 1079 id enim *B* 1080 hinc condemdabo *C* 1081 Quid *C* agas uis serere 1082 metuculosa *C* resitire

Tranio

Si tamen hinc consilium dedero? Nimio plus sapio sedens.
Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.

Theopropides

Surge; ne nugare. Adspice dum contra me.

Tranio

Adspexi.

Theopropides

Uides?

Tranio

Uideo: huc si quis intercedat tertius, pereat fame

Theopropides

Qui dum?

Tranio

Quia nihil quaesti sit; ita mali hercle ambo sumus.

Theopropides

Perii.

Tranio

Quid tibi est?

Theopropides

Dedisti uerba.

Tranio

Qui tandem?

Theopropides

Probe
Med emunxti.

Tranio

Uide sis, satine recte; num mucci fluunt?

Theopropides

Immo etiam cerebrum quoque omne e capite emunxti meo.

1084 saplo *C* 1085 Tunc *C* 1087 intercedas 1088 qua estis id mali 1089 uerba qui tandem probi 1090 Me emunxit si *C* satin erecte 1091 omnem munxit *B*, uxti (n superscript) *C*

Nam omnia male facta uostra repperi radicitus;
Non radicitus quidem hercle, uerum etiam exradicitus.
Numquam edepol *uerba* hodie inultus *mihi* dedisti; nam tibi
Iam iubebo ignem et sarmen*ta*, carnifex, circumdari.

Tranio

Ne faxis; nam elixus esse quam assus soleo suauior.

Theopropides

Exempla edepol faciam ego in te.

Tranio

Quia placeo, exemplum expetis?

Theopropides

Loquere: quoiusmodi reliqui, quom hinc abibam, filium?

Tranio

Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.

Theopropides

Aliud te rogo.

Tranio

Aliud ergo nunc tibi respondeo.
Sed eccum tui gnati sodalem uideo illic incedere,
Callidamatem; illo praesente mecum agito, si quid uoles.

CALLIDAMATES ADULESCENS. THEOPROPIDES. TRANIO.

Calidamates

Ubi somno iam sepeliui omnem atque edormiui crapulam,
Philolaches uenisse mihi *narrauit* suum peregre huc patrem,

1092 malefata *B* 1093 eradicitus 1094 TR. *præp. B* uerba *om.* inditus *B*, inuitus *C* mihi *om.* destinant tibi 1095 TH. *præp. B* Iubeo *B*, Iubo *C* sarmen *B*, sarnem *C* 1096 faxissis unam *C* solio suanio *B* 1099 Quom *B* manibusq *C* dicitis *B* 1100 ego *B* 1101 haec cum tui gnatis *B*, hic cum tu ignat' *C* huic 1102 Calidamatem illo *B*, Calidamate nullo *C* praesenti *C* agite *C* THEUROPIDES *B* 1103 Ubi omnium obdormiui 1104 mihi suum huic *C*

Quoque modo dominum ad*uenientem* seruos ludificatus sit.
Ait se metuere in consp*ectum sui patris pr*ocedere.
Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,
Qui a patre eius conciliarem pacem. Atque eccum optume.
Iubeo te saluere et, saluos quom aduenis, Theopropides,
Peregre, gaudeo. Hic apud nos hodie cenes; sic face.

Theopropides

Callidamate*s*, di te ament; de cena facio gratiam.

Callidamates

Quin uenis?

Tranio

Promitte; ego ibo pro te, si tibi non lubet.

Theopropides

Uerbero, etiam inrides?

Tranio

Quian me pro te ire ad cenam autumo?

Theopropides

Non enim ibis; ego ferare faxo, ut meruisti, in crucem.

Callidamates

Age mitte ista, ac te ad me ad cenam dic uenturum.
Quid taces?
Sed tu istuc quid confugisti in aram *hanc* inscitissumus?

Tranio

Aduenieus perterruit me. Loquere nunc, quid fecerim.
Nunc utrisque disceptator eccum adest; age disputa.

1105 hominem ad . . . . . seruos ludificatum *B* 1106 conspe . . . . . ocedere *B*, *C sed* occedere 1108 cociliarem *B* optimi *C* 1109 saluare *C* adueninisset heuropides *B* 1110 tenes *C* tale 1111 Calidamate dei 1112—13 *a* si *ad* te *om. C* 1113 Uerbo *B* inridens *B* ire *om. B* aut humo 1114 ibi *B* fenerare *C* 1115 acto cenam TR. dic uenturum quid *B*, cenam . . . dicuntur umquid *B* 1116 confuisti *C* hanc *om.*

Theopropides

Filium corrupisse aio te meum.

Tranio

Ausculta modo.

Fateor peccauisse, amicam liberasse absente te,
Faenore argentum sumpsisse; id esse absumptum praedico.
Num quid fecit, nisi quod faciunt summis gnati generibus?

Theopropides

Hercle mihi tecum cauendum est: nimis quam es orator catus.

Callidamates

Sine me dum istuc iudicare. Surge; ego isti adsedero.

Theopropides

Maxume. Accipito hanc *modo* ad te litem.

Tranio

Enim istic captiost.
Fac ego ne metuam *mihi atque* ut tu meam timeas uicem.

Theopropides

Iam minoris *omnia alia facio*, prae quam quibus modis
Me ludificatust.

Tranio

Bene hercle factum, et factum gaudeo.
Sapere istac aetate oportet, qui *sunt* capite candido.

Theopropides

Quid ego nunc faciam?

Tranio

Si amicus Diphilo aut Philemoni es,
Dicito iis, quo pacto tuus te seruos ludificauerit;
Optumas frustrationes dederis in comoediis.

1119 corrupisti *C* TR. *om.* 1120 TR. *præp. B* te *om. C* 1121 Faenori 1122 Numquid amid fecit *B*, Numquid id ud feci *C* sum *B*, summi *C* 1123 Ere mans quis orator 1125 accipite hanc ...ad Tr. *om.* 1126 TR. *præp. B* metuam......ut 1127 minoris ......cio 1128 CAL. Bene 1129 quis capite cendido *C* 1130 TR. *om.* dephilo phinomontes *B*, philomontes *C* 1131 CAL. *præp.* capto 1132 commodiis

Callidamates

Tace parumper; sine uicissim me loqui. Ausculta.

Theopropides

Licet.

Callidamates

Omnium primum sodalem me esse scis gnato tuo.
Is adiit me; nam eum prodire pudet in conspectum tuum
Propterea quia fecit, quae te scire scit. Nunc te obsecro,
Stultitiae adulescentiaeque eius ignoscas. Tuust;
Scis solere illanc aetatem tali ludo ludere.
Quidquid fecit, nobiscum una fecit: nos deliquimus.
Faenus sortem sumptumque omnem, qui amica *empta* est, omnia
Nos dabimus, nos conferemus, nostro sumptu, non tuo.

Theopropides

Non potuit uenire orator magis ad me inpetrabilis
Quam tu; neque illi *iam* sum iratus neque quidquam suscenseo.
Immo me praesente amato, bibito, facito quod lubet;
Si hoc pudet, fecisse sumptum, supplici habeo satis.

Callidamates

Dispudet.

Tranio

Istam *si huic das* ueniam, quid me fiet nunc iam?

Theopropides

Uerberibus caedere *m*ultum pendens.

Tranio

Tamen etsi pudet?

1133 paruom persine me uicissim ausculta lucet 1134 CA. *om* esse si *B*, esses *C* 1135 est nam *B* illum 1136 qui *B* facit *C* quin *B* 1137 ignoscat *B*, cognoscas *C* tuus est 1138 illunc *B* 1139 una uobiscum non delinquimus 1140 amica est 1141 conferimus *B* 1143 iam *om.* 1144 presenti *B* 1145 putet *C* 1146 TR. *præp. B* Dispudetis tam ueniam TR. nuntiam *B* 1147 TH. *om. B* lutum pendens taminest si

Theopropides

Interimam hercle *te* ego, si uiuo.

Callidamates

Fac istam cunctam gratiam;
Tranioni amitte quaeso hanc noxiam causa mea.

Theopropides

Aliud quiduis inpetrari a me facilius perferam,
Quam ut non ego istum pro suis factis pessumis pessum premam.

Callidamates

Mitte quaes*o* istum.

Theopropides

Uiden *tu* ut ri*dens ad*stat furcifer?

Callidamates

Tranio quiesce, *si* sapis.

Theopropides

Tu quiesce hanc rem modo
Petere; ego illum, ut sit quietus, uerberibus subegero.

Tranio

Nihil opust profecto.

Callidamates

Age iam sine te*d* exorarier.

Theopropides

Nolo ores.

Callidamates

Quaeso hercle.

Theopropides

Nolo, inquam, ores.

1148 Th. *om.* te *om.* sub(?) 1149 remitte 1150 Th *om* 1151 sus factis spes sum ... spessum *B* 1152 Mitte que sis tum. uident ut restat *B*, mitteq; sis tume uiden ut restat *C* 1153 qui esse sapis qui esse *B* 1154 ergo *B* uerberibus ut sit quietus 1155 CA. Nihil *B* CA *om.* te

Callidamates

Nequiquam neuis.

Hanc modo missam noxiam unam quaeso fac causa mea.

Tranio

Quid grauaris? quasi non cras iam conmeream aliam noxiam.

Ibi utrumque, et hoc et illud, poteris ulcisci probe.

Callidamates

Sine te exorem.

Theopropides

Age abi, abi inpune. Em, huic habeto gratiam.

Ω

Spectatores, fabula haec est acta; uos plausum date.

1156 nequicquam 1157 modo unam noxiam unam 1158 gras iam *B*, gratiam *C* 1160 abe abi *C* hem *C* 1161 Ω *om.*

MENAECHMI.

ARGUMENTUM.

Mercator Siculus, quoi erant gemini filii,
Ei surrupto altero mors optigit.
Nomen surruptici illi indit, qui domi est,
Auos paternus, facit Menaechmum e Sosicle.
Et is germanum, postquam adoleuit, quaeritat
Circum omnis oras; post Epidamnum deuenit.
Hic fuerat alitus ille surrupticius.
Menaechmum omnes ciuem credunt aduenam,
Eumque adpellant meretrix, uxor et socer.
Ii se cognoscunt fratres postremo in uicem.

Discrepantia scripturae codicis Palatino-Vaticani 1615 (B) et Heidelbergensis (C) et, ubi apparuit, palimpsesti Ambrosiani (A).

1 cyculus *C* 2 aliæ rumor soptigit *C* 3 surreptiti *B*, surrepit *C* 4 paternos menechume sosicle 6 *om.* *C* 7 auttus *B* auitus *C* 9 apellant

PERSONAE FABULAE.

Peniculus parasitus
Menaechmus I et II, gemini fratres adulescentes
Erotium meretrix
Cylindrus coquos
Messenio seruos
Ancilla
Matrona
Senex
Medicus.

PROLOGUS.

Salutem primum iam a principio propitiam
Mihi atque uobis, spectatores, nuntio.
Adporto uobis Plautum lingua, non manu;
Quaeso, ut benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite atque animum aduortite;
Quam potero in uerba conferam paucissuma.
Atque hoc poetae faciunt in comoediis:
Omnis res gestas esse Athenis autumant,
Quo illud uobis Graecum uideatur magis.
Ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur.
Atque adeo hoc argumentum graecissat; tamen
Non atticissat, uerum sicelicissitat.
Huic argumento antelogium hoc fuit;
Nunc argumentum uobis demensum dabo,
Non modio neque trimodio, uerum ipso horreo;
Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.
Mercatur quidam fuit Syracusis senex;
Ei sunt nati filii gemini duo,
Ita forma simili pueri, ut mater sua
Non internosse posset, quae mammam dabat,

PROLOGUS POETA *B* 10 nisi ego factum *C* 11 gerissat *C* 12 sicilicis sitat *B*, sycilicissitat *C* 13 ante elongium *B*, ante elogium *C* 14 demensus *B* 15 modo *C* crimodio *C* 18 natei *B* geminei *B* 19 puerei *B* 20 que . . amam *B*

Neque adeo mater ipsa, quae illos pepererat,
Ut quidem ille dixit mihi, qui pueros uiderat;
Ego illos non uidi, ne quis uostrum censeat.
Postquam iam pueri septuennes sunt, pater
Onerauit nauim magnam multis mercibus.
Inponit geminum alterum in nauim pater,
Tarentum auexit secum ad mercatum simul;
Illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti ludi forte erant, quom illuc uenit;
Mortales multi ut ad ludos conuenerant;
Puer inter homines *ibi* aberrauit a patre.
Epidamniensis quidam ibi mercator fuit;
Is puerum tollit auehitque Epidamnum *eum*.
Pater eius autem, postquam puerum perdidit,
Animum despondit, eaque is aegritudine
Paucis diebus post Tarenti emortuust.
Postquam Syracusas de ea re redit nuntius
Ad auom puerorum, puerum surruptum alterum,
Patremque pueri esse Tarenti emortuum,
Inmutat nomen huic auos gemino alteri.
Ita illum dilexit, qui surruptust, alterum;
Illius nomen indit illi, qui domi est,
Menaechmo, idem quod alteri nomen fuit.
Et ipsus eodem est auos uocatus nomine.
Propterea illius nomen memini facilius,
Quia illum clamore uidi flagitarier.
Ne mox erretis, iam nunc praedico prius:
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi.

21 peperat *C* 22 mihi dixit *C* 23 *om.* *C* 25 nauem *B*, uauim *C* 26 gemitum *C* nauem 28 reliquid *C* 29 ludei *B*, iudei *C* 31 ibi *om.* 32 quadam *C* 33 Epidamnium 34 pedidit *B* 35 disponit *B* ea quis 36 emostuust *C* 37 deaeareredit *C* 39 Tarenti esse 40 Inmitat *B* auos huic 43 Mena hec moidem *B*, Mane hec moidem *C* 44 eode *C* 45 Proterea *C* 48 fatibus sibi uelit *C*

Ut hanc rem uobis examussim disputem.
Si quis quid uostrum Epidamnum curari sibi
Uelit, audacter inperato et dicito,
Sed ita, ut det, unde curari id possit sibi,
Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit;
Qui dederit, magis maiores nugas egerit.
Uerum illuc redeo, unde abii, atque uno adsto in loco.
Epidamniensis ille, quem dudum dixeram,
Geminum illum puerum qui surrupuit alterum —
Ei liberorum, nisi diuitiae, nihil erat —
Adoptat illum puerum surrupticium
Sibi filium, eique uxorem dotatam dedit,
Eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem.
Nam rus ut ibat forte, ut multum pluerat,
Ingresso fluuium rapidum ab urbe haud longule
Rapidus raptori pueri subduxit pedes
Abstraxitque hominem in maxumam malam crucem.
Illi diuitiae euenerunt maxumae.
Is illic habitat geminus surrupticius.
Nunc ille geminus, qui Syracusis habet,
Hodie in Epidamnum uenit cum seruo suo
Hunc quaeritatum geminum germanum suum.
Haec urbs Epidamnus est, dum haec agitur fabula;
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum,
Sicut familiae quoque solent mutari*er*;
Modo hic agitat leno, modo adulescens, modo senex,
Pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus.

. . . . . .

51 sq. sibi uelit *priore versu B*, *om. C* 53 de . inde *B* 54 qui non argentum migas *C* 55 Nam nisi qui 56 redeunde 57 Epidanniensis *B* 58 alteram 59 diuiliae 62 quam 64 Ingressus rapidu burbe *C* 65 fides 66 malam matam crucem *C* 67 Illi *om. C* 68 Istilic habitant *C* 69 siracussis 70 suo seruo *B* 73 opidum *B* 74 familae *C* mutari 75 Modo ni cadit at 76 medicos *B* ariolus peniculus *B*

PENICULUS PARASITUS.

Iuuentus nomen fecit Peniculo mihi,
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.
Homines captiuos qui catenis uinciunt
Et qui fugitiuis seruis indunt conpedes,
Nimis stulte faciunt mea quidem sententia;
Nam homini misero si ad malum accedit malum,
Maior lubido est fugere et facere nequiter;
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo,
Cum conpediti anum lima praeterunt
Aut lapide excutiunt clauom. Nugae sunt eae.
Quem tu adseruare recte, ne aufugiat, uoles,
Esca atque potione uinciri decet;
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.
Dum tu illi, quod edit et quod potet, praebeas
Suo arbitratu adfatim cottidie,
Numquam hercle effugiet, tametsi capital fecerit;
Facile adseruabis, dum eo uinclo uincies.
Ita istaec nimis lenta uincla sunt escaria:
Quam magis extendas, tanto adstringunt artius.
Nam ego ad Menaechmum hunc eo, quo*i* iam diu
Sum iudicatus; ultro eo, ut me uinciat.

---

82 mifero *C* accidit *B* 85 Tum ianum *C* 87 afugiat *C* 88 uincire debet *C* 89 plena *C* rostru diliges *C* 90 edat *C* praebas *C* 92 Numquam edepol te fugiet iam etsi *C*, tiam etsi *B* 93 aseruabis Dueo *C* uinculo *B* 94 uincla *bis* *C* 96 quo *B*, d
q *C* 97 uincia *C*

Nam illic homo homines non alit, uerum educat
Recreatque; nullus melius medicinam facit.
Ita est adulescens: ipsus escae maxumae,
Cerialis cenas dat; ita mensas exstruit,
Tantas struices concinnat patinarias:
Standumst in lecto, si quid de summo petas.
Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit,
Domi dum *in*tus sum usque cum caris meis;
Nam neque edo neque emo, nisi quod est carissumum.
*S*ed quoniam cari, qui instruntur, deserunt,
Nunc ad eum inuiso. Sed aperitur ostium.
Menaechmum eccum ipsum uideo; progreditur foras.

MENAECHMUS ADULESCENS. PARASITUS PENICULUS.

Menaechmus

Ni mala, ni stulta sis, ni indomita inposque animi,
Quod uiro esse odio uideas, tute tibi odio habeas.
Praeterhac si mihi tale post hunc diem
Faxis, faxo foris uidua uisas patrem.
Nam quotiens foras ire uolo, me retines, reuocas, rogitas,
Quo ego eam, quam rem agam, quid negoti geram,
Quid petam, quid feram, quid foris † legerim.
Portitorem domum duxi; ita omnem mihi
Rem necesse eloqui est, quidquid egi atque ago.
Nimium ego te habui delicatam. Nunc adeo, ut facturus, dicam.
Quando ego tibi ancillas, penum,
Lanam, aurum, uestem, purpuram
Bene praebeo nec quidquam eges,

98 alit *C* 101 Certalis mensam 105 Domo *B* domitus summus que *B* 106 Namque edo *C* 107 Id quoque iam 110 nundomita *C* 111 urro *C* 116 detam *B*, detiam *C* faeram *C* 117 Portitiorem *C* 118 loqui 121—22 *uno versu*

Malo cauebis, si sapis;
Uirum obseruare desines.
Atque adeo, ne me nequiquam serues, ob eam industriam
Hodie ducam scortum atque aliquo ad cenam condicam foras.

Peniculus

Illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi;
Nam si foris cenat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur.

Menaechmus

Euax! iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua.
Ubi sunt amatores mariti? dona quid cessant mihi
Conferre omnes congratulantes, quia pugnaui fortiter?
Hanc modo uxori intus pallam surrupui; ad scortum fero.
Sic huic decet dari facete uerba custodi catae;
Hoc facinus pulcrumst, hoc probumst, hoc lepidumst, hoc factu*m*st fabre.
Meo malo a mala abstuli hoc; ad damnum deferetur.
Auorti praedam ab hostibus, nostrum salute socium.

Peniculus

Heus, adulescens, ecqua in istac pars inest prae*da* mihi?

Menaechmus

Perii, in insidias deueni.

Peniculus

Immo in praesidium; ne time.

Menaechmus

Quis homo est?

Peniculus

Ego sum.

123—24 *item.* 123 molo *C* 125 nequequam *B*, quequam *C* 126 ad cenam atque aliquo 131 qui *B* 132 palam *C* 133 hoc 134 factust 136 Aduorti *B* 137 et qua pre mihi 138 deueni

Menaechmus

O mea commoditas, o mea op*p*ortunitas.
Salue.

Peniculus

Salue.

Menaechmus

Quid agis?

Peniculus

Teneo dext*e*ra genium meum.

Menaechmus

Non potuisti magis per tempus mihi aduenire, quam aduenis.

Peniculus

Ita ego soleo; commoditatis omnis articulos scio.

Menaechmus

Uin tu facinus luculentum inspicere?

Peniculus

Quis id coxit coquos?
Iam sciam, si quid titubatumst, ubi reliquias uidero.

Menaechmus

Dic mihi, *e*n umquam tu uidisti tabulam pictam in pariete,
Ubi aquila Catamitum raperet aut ubi Uenus Adoneum?

Peniculus

Saepe. Sed quid istae picturae ad me adtinent?

Menaechmus

Age, me adspice.
Ecquid adsimulo similiter?

Peniculus

Qui istic ornatust tuus?

Menaechmus

Dic hominem lepidissumum esse me*d*.

139 oportunitas 140 qui *B* dextra mihi *C* 141 quem *B* 143 quocus 145 mihi numqua 146 aqula *C* catamei tum *B*, cata mei tum *C* 148 Equid *B* est ornatus 149 me

Peniculus

Ubi essuri sumus?

Menaechmus

Dic modo hoc, quod ego te iubeo.

Peniculus

Dico: „Homo lepidissume".

Menaechmus

Ecquid audes de tuo istuc addere?

Peniculus

„Atque hilarissume".

Menaechmus

Perge *porro.*

Peniculus

Non pergo hercle, nisi scio, qua gratia.
Litigium tibi est cum uxore; eo mihi abs te caueo cautius.

Menaechmus

Clam uxorem est ubi pulcre habeamus atque hunc comburamus diem.

Peniculus

Age sane igitur, quando aequom oras, quam mox incendo rogum?
Dies quidem iam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.

Menaechmus

Te morare, mihi quom obloquere.

Peniculus

Oculum ecfodito per solum
Mihi, Menaechme, si ullum uerbum faxo, nisi quod iusseris.

150 quo *B* ibeo *C* 151 Et quid *C* atqui 152 porro *om.* 153 Litidium uxore. M. o. *B*, uxore ob *C* 154 uxorem ubi sepulchrum combura.is *B*, e burnaus *C* 155 incendo *B* 157 *Personarum notæ om.* Ne *B* quin *B*, quam *C* occulum hec touito *B*

Menaechmus

Concede huc a foribus.

Peniculus

Fiat.

Menaechmus

Etiam concede huc.

Peniculus

Licet.

Menaechmus

Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.

Peniculus

Eu edepol ne tu, ut ego opinor, esses agitator probus.

Menaechmus

Qui dum?

Peniculus

Ne te uxor sequatur, respectas identidem.

Menaechmus

Sed quid ais?

Peniculus

Egone? Id enim, quod tu uis, id aio atque id nego.

Menaechmus

Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris,
Facere coniecturam?

Peniculus

Captum † sit collegium
C . . . .

Menaechmus

Age dum, odorare hanc, quam ego habeo, pallam, quid olet.
— Abstines?

---

159 fiat etiam . M. concede huc licet *B* 162 *personas om. B* sequatus *C* 163 agis id dato *C* nega *C* 164 Hec quid 165 coniecturum *C* PEN. *om.* 166 *om. BC* 167 ME. *om.* palam *C* quod *B*

Peniculus

Summum oportet olfactare uestimentum muliebre;
Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inlutibili.

Menaechmus

Olfacta igitur hinc, Penicule lepide. Ut fastidis!

Peniculus

Decet.

Menaechmus

Quid igitur? quid olet? Responde.

Peniculus

Furtum, scortum, prandium.
Tibi fio . . . . .
Elocutus nu . . . .

Menaechmus

Nunc ad amicam deferetur, hanc meretricem Erotium.
Mihi, tibi atque illi iubebo iam adparari prandium;
Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

Peniculus

Expedite fabulatu's. Iam foris ferio?

Menaechmus

Feri.
Uel mane etiam.

Peniculus

Mille passum commoratu's cantharum.

Menaechmus

Placide pulta.

Peniculus

Metuis, credo, ne fores Samiae sient.

168 olfactare oportet 169 ex *om. B* modore *B*, modori *C* inluevdo 170 Di facta PE *om.* 171 ME. *om.* quod olet *C* 172—73 *om. BC* 175 mieo *B* 176 adiurnam *B*, ad diurnum *C* . mus eu *A* 177 fabulatus ferio foris *A* 178 PE. *om* commoratus 179 ME. *om.* scient

Meneachmus

Mane, mane, obsecro, hercle; eapse, ecca*m*, exit. Ah, solem uide,
Satin ut occaecatur prae huius corporis candoribus.

EROTIUM MULIER. PENICULUS PARASITUS. MENAECHMUS ADULESCENS.

Erotium

Anime mi, Menaechme, salue.

Peniculus

Quid ego?

Erotium

Extra numerum es mihi.

Peniculus

Idem istuc aliis adscriptiuis fieri ad legionem solet.
Ego isti *ac* mihi hodie adparari iussi apud te proelium.

Erotium

Hodie id fiet.

Peniculus

In eo uterque proelio potabimus.
Uter ibi melior bellator erit inuentus cantharo,
Tu selegi*to* ac iudicato, cum utro hanc noctem sies.

Menaechmus

Ut ego uxorem, mea uoluptas, ubi te adspicio, odi male!

Peniculus

Interim nequis, quin eius aliquid indutus si*e*s.

180 ab se ecca o *C*, PE. oh *B* uides 181 Santin *B* occecatus 182 mei salue quid ego extra 183 ad legionem fieri 184 istic mihi 185 ER *om.* fletineo pro ilio 186 ibi erit melior *B* 187 Tuest legio adiudicato scies 188 MEN. *om.* uxore *C* 189 PEN. *om.* eius sali quid intuta *B* sis

Erotium

Quid hoc est?

Menaechmus

Induuiae tuae atque uxoris exuuiae, rosa.

Erotium

Superas facile, ut superior sis mihi quam quisquam, qui inperant.

Peniculus

Meretrix tantisper blanditur, dum illud, quod rapiat, uidet;
Nam si amabas, iam oportebat nasum abreptum mordicus.

Menaechmus

Sustine hoc, Penicule; exuuias facere, quas uoui, uolo.

Peniculus

Cedo. Sed, obsecro hercle, salta sic cum palla postea.

Menaechmus

Ego saltabo? Sanus hercle non es.

Peniculus

Egone, an tu magis?
Si non saltas, exue igitur.

Menaechmus

Nimio ego hanc periculo
Surrupui hodie. Meo quidem animo ab Hippolyta subcingulum
Hercules haud aeque magno umquam abstulit periculo.
Cape tibi hanc, quando una uiuis meis morigera moribus.

Erotium

Hoc animo decet animatos esse amatores probos.

Peniculus

Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.

---

190 uxori sexuuia erosa 191 impetrant 193 nassum *C* modicus *B* 194 exsuuias quas suo uuolo *B*, quas suo uuilo *C* 195 PE. *om* Caedo *C* siccam *C* 196 *personæ om.* 197 exuigitur ME. *om* 198 ipolita subgingulum 199 Haud hercle seque *B*, Aud hercule seque *C* 200 mieis moriera *C* 201 PEN. 202 PE. *om.* medicitatem *B*, menditatem *C* proderent

Menaechmus

Quattuor minis ego emi istanc anno uxori meae.

Peniculus

Quattuor minae perierunt plane, ut ratio redditur.

Menaechmus

Scin, quid uolo te adcurare?

Erotium

Ubi scio, curabo, quae uoles.

Menaechmus

Iube igitur tribus nobis apud te prandium adcurarier,
Atque aliquid scitamentorum de foro opsonarier:
Glandionidam suillam, laridum pernonidem
Aut sincipitamenta porcina aut aliquid ad eum modum.
Madida quae mihi adposita in mensa miluinam suggerant;
Atque actutum.

Erotium

Licet ecastor.

Menaechmus

Nos prodimus ad forum;
Iam hic nos erimus. Dum coquetur, interim potabimus.

Erotium

Quando uis, ueni; parata res erit.

Menaechmus

Propera modo.
Sequere tu *me*.

---

203 egomi 204 reditur *B* 205 uolo ego te *BC* accurrare *C* ubi *om.* 207 sit amentorum *BC* 208 sullam *BC* laridum aut pernonidem *A* 209 sinciputamenta *A* porcina *om. B* 210 mensam miluinam *A* 211 ER. *et* ME. *om. B* 212 quoquitur 213 ME. *om. B* 214 me *om.*

Peniculus

Ego hercle uero te et seruabo et insequar.
Neque hodie, ut te perdam, meream deorum diuitias mihi.

Erotium

Euocate intus Cylindrum mihi coquom actutum foras. 216

EROTIUM MERETRIX. CYLINDRUS COCUS.

Erotium

Sportulam cape atque argentum. Eccos tris nummos habes.

Cylindrus

Habeo.

Erotium

Abi atque opsonium adfer. Tribus uide quod sit satis;
Neque defiat neque supersit.

Cylindrus

Quoiusmodi i homines erunt?

Erotium

Ego et Menaechmus et parasitus eius.

Cylindrus

Iam isti sunt decem;
Nam parasitus octo hominum munus facile fungitur.

Erotium

Elocuta sum conuiuas; ceterum cura.

214 tisequar *C*, te sequar *B* 215 deum *B* 216 culindrum quoquum EROCIUM *B* CILINDORUS *B* 217 heccos 218 Abeo *C* 219 hiomines 220 mendechmus *C* 222 curarilicet *A*, curaticet *BC*

Cylindrus

Licet.

Cocta sunt. Iube ire adcubitum.

Erotium

Redi cito.

Cylindrus

Iam ego hic ero.

MENAECHMUS (*II*) ADULESCENS. MESSENIO SERUOS

Menaechmus

Uoluptas nulla est nauitis, Messenio,
Maior meo animo, quam quando ex alto procul
Terram conspiciunt.

Messenio

Maior, non dicam dolo,
Si aduenieus terram uideas, quae fuerit tua.
Sed quaeso, quam ob rem nunc Epidamnum uenimus?
An quasi mare omnis circumimus insulas?

Menaechmus

Fratrem quaesitum geminum germanum meum.

Messenio

Nam quid modi futurum est illum quaerere?
Hic annus sextust postquam ei rei operam damus.
Histros, Hispanos, Massiliensis, Hilurios,
Mare superum omne Graeciamque exoticam
Orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare,

223 CIL. *præp. B* Coacta *C* iubire *Personarum notæ om ero.* Menaechmus mes senio taciti *B* SENEX *B Personarum notæ, quotquot cursiris litteris expressimus, om.* 224 Nullast uoluptas *BC* 225 quam qūm *B*, quam qum *C* 226 dolor *B* 227 Quam si 228 in epidamnum *B*, epidomnum *C* 232 sextus *A* sextus est *BC* postquam ire hi operam 234 supremum *B* gretiamque *B*

Sumus circumuecti. Si acum, credo, quaereres,
Acum inuenisses, si adpareret, iam diu.
Hominem inter uiuos quaeritamus mortuum;
Nam inuenissemus iam diu, si uiueret.

Menaechmus

Ergo istuc quaero certum qui faciat mihi,
Qui sese dicat scire, eum esse emortuum;
Operam praeterea numquam sumam quaerere;
Uerum aliter uiuos numquam desistam exsequi.
Ego illunc scio quam carus sit cordi meo.

Messenio

In scirpo nodum quaeris. Quin nos hinc domum
Redimus, nisi si historiam scripturi sumus?

Menaechmus

Dictum fac cessas † datum edis caueas malo.
Molestus ne sis; non tuo hoc fiet modo.

Messenio

Em,
Illoc enim uerbo esse me seruom scio;
Non potuit paucis plura plane proloqui;
Uerum tamen nequeo contineri, quin loquar.
Audin Menaechme? quom inspicio marsuppium,
Uiaticati hercle admodum aestiue sumus.
Ne tu hercle, opinor, nisi domum reuorteris,
Ubi nihil habebis, geminum dum quaeris, gemes.
Nam ita est haec hominum natio: Epidamnieis
Uoluptarii atque potatores maxumi;
Tum sycophantae et palpatores plurumi

236 Sei *A* 237 sei *A* tam diu 239 sei *A* 240 stu . c *B* qui *C* 241 Quei sese deicat *A* mortuum *B* 242 summam *A* 244 cordi sit carus *BC* 245 Melesius *C* 250 prolqui *C* 251 Ueruntamen *C* continere qui loquor *C* 252 Adi *B* 253 aestiuae 254 opinior *C* 255 quaeres *A* 255 *sq* gemes natio epidamnia Nam ita est hec hominum *BC* 256 natio . . . Epidamnieis *A*. 257 maxumei *A* 258 plurumei *A*, pluri *BC*

In urbe hac habitant; tum meretrices mulieres
Nusquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditumst,
Quia nemo ferme sine damno huc diuortitur.

Menaechmus

Ego istuc cauebo. Cedo dum huc mihi marsuppium

Messenio

Quid eo uis?

Menaechmus

Iam abs te metuo de uerbis tuis.

Messenio

Quid metuis?

Menaechmus

Ne mihi damnum in Epidamno duis.
Tu magnus amator mulierum es, Messenio,
Ego autem homo iracundus, animi perciti;
Id utrumque, argentum quando habe*bo*, cauero,
Ne tu delinquas neu*e* ego irascar tibi.

Messenio

Cape atque serua; me lubente feceris.

CYLINDRUS. MENAECHMUS (*II*). MESSENIO.

Cylindrus

Bene opsonaui atque ex mea sententia;
Bonum anteponam prandium pransoribus.
Sed eccum Menaechmum uideo. Uae tergo meo;
Prius iam conuiuae ambulant ante ostium,

261 urbei *A* inditust *BC* 262 Qua *A* fermo *C* huc sine damno *E*, huic sine sine damno *C* deuortitur *C* 263 MES. Cedo *B* mihi hoc *BC* marsupium *A* 265 diis 266 amcitor *C* 267 iracundis perditi 268 habeo 269 neu 270 iubente feceris cylinditis menechmus messenio *C* 273 uideonaetergo

Quam ego opsonatu redeo. Adibo atque adloquar.
Menaechme, salue.

Menaechmus

Di te amabunt, quisquis *es*.

. . . . *quis* ego sim?

Messenio

Non hercle uero.

Cylindrus

Ubi conuiuae ceteri?

Menaechmus

Quos tu conuiuas quaeris?

Cylindrus

Parasitum tuum

Menaechmus

Meum parasitum? Certe hic insanust homo.

Messenio

Dixin tibi, esse hic sycophantas plurumos?

. . . . . .

Menaechmus

Quem tu parasitum quaeris, adulescens, meum?

Cylindrus

Peniculum.

Messenio

Eccum in uidulo saluom fero.

Cylindrus

Menaechme, numero huc aduenis ad prandium,
Nunc opsonatu redeo.

275 *sq.* opso Menæchme *C* 276 MES. di *B* 276–77 quisquis ego … sum *C* 278 CY. Non hercle uero ubi 282 para *C* meus *A* 284 Menaechmum … ero *B*, Mena hec menum ero *C* 285 Nunc ipso naturæ deo *C*

Menaechmus

Responde mihi,
Adulescens, quibus hic pretiis porci ueneunt
Sacres, sinceri?

Cylindrus

Nummis.

Menaechmus

Nummum a me accipe;
Iube te piari de mea pecunia.
Nam equidem insanum esse te certo scio,
Qui mihi molestu's, homini ignoto, quisquis es.

Cylindrus

Cylindrus ego sum. Non nosti nomen meum?

Menaechmus

Seu tu Cylindrus seu Coriendrus, perieris.
Ego te non noui neque nouisse adeo uolo.

Cylindrus

Est tibi Menaechmo nomen?

Menaechmus

Tantum quod sciam.
Pro sano loqueris, quom me adpellas nomine.
Sed ubi nouisti me?

Cylindrus

Ubi ego te nouerim?
Qui amicam habeas eram meam, hanc Erotium?

Menaechmus

Neque hercle ego habeo neque te, qui homo sis, scio.

Cylindrus

Non scis, quis ego sim, qui tibi saepissume
Cyathisso, apud nos quando potas?

286 pretii porti *C* ueniunt 287 Sacris incerinummis ... a. *B, C sine spatio* 290 quis esei *C* 294 menaheemo MEN. *om.* 296 CY. *om. C* 298 ego *om. BC* quis *BC* 299 CY. *om.* sis 300 totas

Messenio

Ei mihi.
Quom nihil est, qui illi homini diminuam caput.

Menaechmus

Tun cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem
Epidamnum numquam uidi neque ueni?

Cylindrus

Negas?

Menaechmus

Nego hercle uero.

Cylindrus

Non tu in illisce aedibus
Habes?

Menaechmus

Di illos homines, qui illic habitant, perduint!

Cylindrus

Insanit hic quidem, qui ipse male dicit sibi.
Audin, Menaechme?

Menaechmus

Quid uis?

Cylindrus

Si me consulas,
Nummum illum quem mihi dudum pollicitu's dare
Iubeas, si sapias, porculum adferri tibi.
Nam tu quidem hercle certo non sanu's satis,
Menaechme, qui nunc ipsus male dicas tibi.

Menaechmus

Eu hercle hominem insulsum et odiosum mihi.

301 Qum *B* diminuam *B* 302 MEN. *om* *B* Tune *B*, Tunc *C* cratissa re *C* 303 ME. Negas *B* 305 Habitas que illic habitant perdunt 306 equidem qui id se 307 Aut in menahecme 308 politicus *C* 309 *legitur post 311* 312 MEN *om* Tu hercle hominem multum et

Cylindrus

Solet iocari saepe mecum illoc modo.
Quamuis ridiculus est, ubi uxor non adest.
Quid ais tu?

Menaechmus

Quid uis?

Cylindrus

Dicam. Satin hoc, quod uides,
Tribus uobis opsonatumst, an opsono amplius
Tibi et parasito et mulieri?

Menaechmus

Quas mulieres,
Quos tu parasitos loquere?

Messenio

Quod te urget scelus,
Qui huic sis molestus?

Cylindrus

Quid tibi mecum est rei?
Ego te non noui; cum hoc, quem noui, fabulor.

Messenio

Non edepol tu homo sanus es, certo scio.

Cylindrus

Iam ergo haec madebunt faxo; nihil morabitur.
Proin tu ne quo abeas longius ab *his* aedibus.
Num quid uis?

Menaechmus

Ut eas maxumam malam crucem.

Cylindrus

Ire hercle meliust te intro iam atque adcumbere.

313 Iocari illo *C* 314 ridiculos *C* 315 Qui ais tu quid uis inquam satisn *C* 316 uobis *B* opsonatust 317 quas tu muliere *C* 318 paratitos urguet *B* 323 habeas logius his *om* 325 inter in atque accubere *C*

Dum ego haec adpono ad Uolcani uiolentiam.
Ibo intro et dicam te hic adstare Erotio,
Ut te hinc abducat potius, quam hic adstes foris.

Menaechmus

Iamne abiit?

Messenio

Abiit.

Menaechmus

Edepol haud mendacia
Tua uerba experior esse.

Messenio

Obseruato modo;
Nam istic meretricem credo habitare mulierem,
Ut quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modo.

Menaechmus

Sed miror, qui ille nouerit nomen meum.

Messenio

Minume hercle mirum. Morem hunc meretrices habent:
Ad portum mittunt seruolos, ancillulas;
Si quae peregrina nauis in portum aduenit,
Rogitant, quoiatis sit, quid ei nomen siet;
Postilla extemplo se adplicant, adglutinant;
Si pellexerunt, perditum amittunt domum.
Nunc instat portu nauis praedatoria,
Abs qua cauendum nobis sane censeo.

Menaechmus

Mones quidem hercle recte.

Messenio

Tum demum sciam
Recte monuisse, si tu recte caueris.

326 ergo 329 MES. Iamne habet edepol aut 330 exteriores e obseruato 331 istih *C* 332 abiit *C* 335 A *C* seruolus *C* 336 Sed qua *B*, Sed qui *C* 337 Rogant *B* eulatus *C* sect *C* 338 Post illae *B*, Post ille *C* applicat *B* aeglutinat *B* aeglutinant *C* 340 in istoc porta sta 342 cum *C* 343 Rete *B*

Menaechmus

Tace dum parumper; nam concrepuit ostium.
Uideamus, qui hinc *e*greditur.

Messenio

Hoc ponam interim.
Adseruatote haec sultis, nauales pedes.

EROTIUM. MENAECHMUS (*II*). MESSENIO.

Erotium

Sine foris sic; abi; nolo operiri.
Intus para, cura; uide, quod opust, fiat.
Sternite lectos, incendite odores;
Munditia inlecebra animost amantium.
Amanti amoenitas malost, nobis lucrost.
Sed ubi ille est, quem coquos ante aedis *esse* ait? Atque eccum uideo,
Qui mihi est usui et plurumum prodest.
Item hinc ultro fit, ut meret, potissumus nostrae domi ut sit.
Nunc eum adibo; adloquar ultro.
Animule mi, mihi mira uidentur,
Te hic stare foris, fores quoi pateant
Magis quam domus tua, domus quom haec tua sit.
Omne paratumst, ut iussisti atque ut uoluisti,
Neque tibist ulla mora intus.

344 tum *B* 345 creditur 346 si uoltis pedes. erotium maenehmus messenio *C* EROCIUM MULIER. MENECHMUS ADOLESCENS. MESSENIO SENEX *B* 347 ubi *B* 350 incelebra *C* amantum *C* 351 malo si *B*, malosr *C* 352 ædis se ait se 353 propest 354 utro *B* potissimum *B* 355 ultri 356 mei 358 domust tua *C* quam 359 parasitust ut ius sisti 360 neque tibi *antecedenti versu, tum* . . . . . am ora *B*, tibi sullam oras *C*

Prandium, ut iussisti, hic curatum est: ubi lubet, ire licet
adcubitum.

Menaechmus

Quicum haec mulier loquitur?

Erotium

Equidem tecum.

Menaechmus

Quid mecum tibi
Fuit umquam aut nunc est negoti?

Erotium

Quia pol te unum ex omnibus
Uenus me uoluit magnificare, neque id haud inmerito tuo:
Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis

Menaechmus

Certo haec mulier aut insana aut ebria est, Messenio,
Quae hominem ignotum conpellet me tam familiariter.

Messenio

Dixin ego, istaec hic solere fieri? Folia nunc cadunt,
Praeut, si triduum hic hoc erimus, tum arbores in te cadent.
Nam ita sunt hic meretrices, omnes elecebrae argentariae.
Sed sine me dum hanc conpellare. Heus, mulier, tibi dico.

Erotium

Quid est?

Messenio

Ubi tu hunc hominem nouisti?

Erotium

Ibidem ubi hic me iam diu,
In Epidamno.

361 curatust. ubi *B*, curatus tibi *C* 362 MES. Equidem *B* 362 polt *C* 364 Fenus *C* 365 fatias *B*, facias *C* 368 istaec hice *B*, ista ethic *C* fortia 371 dicos quid 372 MES. *om.*

Messenio

In Epidamno? Qui huc in hanc urbem pedem,
Nisi hodie, numquam intro tetulit?

Erotium

Eia, delicias facis.
Mi Menaechme, quin amabo, is intro? hic tibi erit rectius.

Menaechmus

Haec quidem edepol recte adpellat meo me mulier nomine.
Nimis miror, quid hoc sit negoti.

Messenio

Oboluit marsuppium
Huic istuc, quod habes.

Menaechmus

Atque edepol tu me monuisti probe.
Accipe dum hoc; iam scibo, utrum haec me mage amet an marsuppium.

Erotium

Eamus intro, ut prandeamus.

Menaechmus

Bene uocas; tam gratia est.

Erotium

Cur igitur me tibi iussisti coquere dudum prandium?

Menaechmus

Egon te iussi coquere?

Erotium

Certo, tibi et parasito tuo.

Menaechmus

Quoi, malum, parasito? Certo haec mulier non sanast satis.

374 hia *C* 376 apellat *C* 377 MES. Nimis *B* minor *C* obuoluit 378 ME. istuc quod habes atque *B* 379 cibo *C* 381 me tibi me *C* 382 Egone 383 malo

Erotium

Peniculo.

Menaechmus

Quis iste est peniculus? qui extergentur baxeae?

Erotium

Scilicet, qui dudum tecum uenit, quom pallam mihi
Detulisti, quam ab uxore tua surrupuisti.

Menaechmus

Quid est?
Tibi pallam dedi, quam uxori meae surrupui? sanan es?
Certe haec mulier canterino ritu adstans somniat.

Erotium

Qui lubet ludibrio habere me atque ire infitias mihi,
Facta quae sunt?

Menaechmus

Dic, quid est id, quod negem, quod fecerim?

Erotium

Pallam te hodie mihi dedisse uxoris.

Menaechmus

Etiam nunc nego.
Ego quidem neque umquam uxorem habui neque habeo, neque huc
Umquam, postquam natus sum, intra portam penetraui pedem.
Prandi in naui; inde huc egressus sum; te conueni.

Erotium

Eccere,
Perii misera. Quam tu mihi nunc nauem narras?

Menaechmus

Ligneam.

---

384 bexeae 387 surrupuis ananes C 388 cantherino 391 uxoris sed iam B, uxoris etia C 394 ER. om eccere B 395 ERO Perii B

Saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam malleo
Quasi supellex pellionist, palus palo proxumust.

Erotium

Iam *me*, amabo, desine ludos facere atque i hac mecum simul.

Menaechmus

Nescio quem, mulier, alium hominem, non me quaeritas.

Erotium

Non ego te noui, Menaechmum, Moscho prognatum patre,
Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,
Ubi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Phintia,
Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit,
Nunc Hiero est?

Menaechmus

Haud falsa, mulier, praedicas.

Messenio

Pro Iuppiter,
Num istaec mulier illinc uenit, quae te nouit tam cate?

. . . .

Menaechmus

Hercle, opinor, pernegari non potest.

Messenio

Ne feceris.
Periisti, si intrassis intra limen.

Menaechmus

Quin tu tace modo.
Bene res geritur; adsentabor, quidquid dicet, mulieri,
Si possum hospitium nancisci. Iam dudum, mulier, tibi

397 Quam si pellionis 398 me *om.* semel *B*, semul C 399 Nam quem *C* 400 menechmum mosco *B* 401 siracussis *B* sculia *B*, sycilia *C* 402 panthia 403 moste *C* 404 hiero es haud *C* MES. *om.* *B* 405 ista hec *B* illinc *B* *Post* 405 *nulla lacuna* 406 Ercle *B* post *C* sine *B* 409 posum *C*

Non inprudens aduorsabar: hunc metuebam, ne meae
Uxori renuntiaret de palla et de prandio.
Nunc quando uis, eamus intro.

Erotium

Etiam parasitum manes?

Menaechmus

Neque ego illum maneo neque flocci facio neque, si uenerit,
Eum uolo intromitti.

Erotium

Ecastor haud inuita fecero.
Sed scin, quid te amabo ut facias?

Menaechmus

Inpera quiduis modo.

Erotium

Pallam illam quam dudum dederas, ad phrygionem ut deferas,
Ut reconcinnetur atque ut opera addantur, quae uolo.

Menaechmus

Hercle qui tu recte dicis; eadem *opera* ignorabitur,
Ne uxor cognoscat te habere, si in uia conspexerit.

Erotium

Ergo mox auferto tecum, quando abibis.

Menaechmus

Maxume.

Erotium

Eamus intro.

410 aduorsabor *C* nunc meae 411 renunciare 413 moneo *B* 414 ecastor *C* [illegible] *B* 415 facias impera. ME. quid uis *B*, facias impera? quid uis *C* 416 frigionem [illegible] *B* 418 quin *B*, quom *C* opera *om.* [illegible] gnorabitur *C* 420 MEN. *om.*

Menaechmus

. Iam sequar te; hunc uolo etiam conloqui.
Eho, Messenio, adcede huc.

Messenio

Quid negoti est?

Menaechmus

Suspice.

Messenio

Quid eo opust?

Menaechmus

Opus est, scitum me dicas.

Messenio

Tanto nequior.

Menaechmus

Habeo praedam; tantum incepi operis. I, quantum potest.
Abduc istos in tabernam actutum diuorsoriam;
Tu facito ante solem occasum ut uenias aduorsum mihi.

Messenio

Non tu istas meretrices nouisti, ere.

Menaechmus

Tace inquam, ...
Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stult*e* fecero.
Mulier haec stulta atque inscita est. Quantum perspexi modo,
Est hic praeda nobis.

Messenio

Peri*i*; iamne abis? Periit probe.

422 MES. *om. B* negoti est susscire 423 Quid ego opu si opus est scio ut me dicas nequiore *B*, nec quiorem *C* 424 operis et quantum potes 425 deuorsoriam *C* 426 solis 428 stult *B*, stul *C* 429 insita est 430 Peri

Ducit lembum dierectum nauis praedatoria.
Sed ego inscitus *sum*, qui ero me postulem moderarier:
Dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi.
Sequimini, ut, quod imperatumst, ueniam aduorsum temperi

PENICULUS PARASITUS.

Plus triginta natus annis sum, quom interea loci
Numquam quidquam facinus feci peius neque scelestius
Quam hodie, quom in contionem mediam me immersi miser;
Ubi ego dum hieto, Menaechmus se subterduxit mihi
Atque abiit, ad amicam, credo, neque me uoluit ducere.
Qui illum di omnes perduint, qui primus commentus est
Contionem habere, qui homines occupatos occupat!
*U*nos ad eam rem otiosos homines decuit deligi,
Qui nisi adsint, quom citentur, census † capiant ilico.
Qu . . . . . . quam senatus . . . . . contione . . .
. . . .
Adfatim est hominum, in dies qui singulas escas edint,
Quibus negoti nihil est, qui essum neque uocantur neque uocant;
Eos oportet contioni dare operam atque comitiis.
Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,
Quod tam credo letum obisse, quam me uideo uiuere.

431 limbum derectum *B*, dlerectum *C* 432 insitus sum *om.* quod romæ *B*, quid rome *C* 434 Sedquimini *C* temperi . Peniculus *C* 435 annis natus quum 436 atque *B* 438 dum hi et omenaechmus *B*, du mihi et omenaechmus *C* 439 abit *B* 440 Quo *B*, Que *C* perdant *B* qui eiprimus *B*, quei primus *C* commentus est 441 hac requi *B*, hare qui *C* 442 Non ad 443 cincietur *B*, citenetur *C* 444 45 *om. BC* 447 uocaunt 450 quo tam credo datum uoluisse quamne

Ibo; etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum.
Sed quid ego uideo? Menaechmus cum corona exit foras.
Sublatum est conuiuium; edepol uenio aduorsum temperi.
Obseruabo, quid agat, hominem; post adibo atque adloquar.

MENAECHMUS (*II*). PENICULUS.

Menaechmus

Potine ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe
Lepideque concinnatam referam temperi?
Non faxo eam esse dices; ita ignorabitur.

Peniculus

Pallam ad phrygionem fert confecto prandio
Uinoque expoto, parasito excluso foras.
Non hercle is sum, qui sum, ni hanc iniuriam
Meque ultus pulcre fuero. Obserua, quid dabo.

Menaechmus

Pro di immortales, quoi homini umquam uno die
Boni dedistis plus, qui minus sperauerit?
Prandi, potaui, scortum adcubui, abstuli
Hanc, quoius heres numquam erit post hunc diem.

Peniculus

Nequeo, quae loquitur, exaudire. Clanculum
Satur nunc loquitur de me et de parti mea.

Menaechmus

Ait hanc dedisse me sibi atque eam meae
Uxori surrupuisse. Quoniam sentio
Errare, extemplo, quasi res cum ea esset mihi,

451 obiectat me *BC* 452 menechmum chorona 453 conuium *C* 454 *om. BC* MENECHM' ADOL. PENICVLVS PARASIT' *B* 455 sed dico *B*, sedeo *C* 456 referiam *C* 457 eum *C* 458 phyyglonem 461 uultus *C* 462 *sequitur v.* 454; *tum* 464, *deinde* 463 *BC* 463 dedisti *C* 465 hanc *A* 467 *om A* parte *B*

Coepi adsentari; mulier quidquid dixerat
Idem ego dicebam. Quid multis uerbis *opust*?
Minore nusquam bene fui dispendio.

Peniculus

Adibo ad hominem; nam turbare gestio.

Menaechmus

Quis hic est, qui aduorsus it mihi?

Peniculus

Quid ais, homo
Leuior quam pluma, pessume et nequissume.
Flagitium hominis, subdole ac minumi preti?
Quid de te merui, qua me causa perderes?
Ut surrupuisti te mihi dudum de foro.
Fecisti funus med absenti prandio.
Cur ausu's facere, quoi ego aeque heres eram?

Menaechmus

Adulescens, quaeso, quid tibi mecum est rei,
Qui mihi male dicas, homini ignoto, insciens?
An tibi malam rem uis pro maledictis dari?

Peniculus

Istam quidem edepol te dedisse intellego

Menaechmus

Responde, adulescens, quaeso, qui*d* tibi nomen est?

Peniculus

Etiam derides, quasi nomen non noueris?

Menaechmus

Non edepol ego te, quod sciam, umquam ante hunc diem

472 opust *om* 475 aduersum sit agis *C* 480 sumus *C* meo absenti 481 ea quae heres herem 482 PE. *B* 483 homini hic noto insiens *B* 485 Post eam 486 qui sit *B*, sit *C* 488 quad *A*

Uidi neque noui; uerum certo, quisquis es,
Si aequom facias, mihi odiosus ne sies.

Peniculus

Non me nouisti?

Menaechmus

Non negem, si nouerim.

Peniculus

Menaechme, uigila.

Menaechmus

Uigilo hercle equidem, quod sciam.

Peniculus

Tuum parasitum non nouisti?

Menaechmus

Non tibi
Sanum est, adulescens, sinciput, *ut* intellego.

Peniculus

Responde: surrupuistin uxori tuae
Pallam istanc hodie atque *eam* dedisti Erotio?

Menaechmus

Neque hercle ego uxorem habeo, neque ego Erotio
Dedi nec pallam surrupui. Satin sanus es?

Peniculus

Occisast haec res. Non ego te indutum foras
Exire uidi palla?

Menaechmus

Uae capiti tuo!
Omnis cinaedos esse censes, quia tu es?
Tun me*d* indutum fuisse pallam praedicas?

Peniculus

Ego hercle uero.

---

489 orto *C* 492 uigilia *B*, uigida *C* herole *C* 494 ut *om.* 496 eam *om.* 498 tallam *B*, taliam *C* PE. Satin 499 Occisa si 500 palam *B* ME. *om* *B* 501 senses *B* 502 me fuisse *om* *C*

Menaechmus

Non tu abis, quo dignus es,
Aut te piari iubes, homo insanissume?

Peniculus

Numquam edepol quisquam me exorabit, quin tuae
Uxori rem omnem iam, ut sit gesta, eloquar.
Omnes in te istaec recident contumeliae.
Faxo haud inultus prandium comederis.

Menaechmus

Quid hoc est negoti? Satine, ut quemquem conspicor,
Ita me ludificant? Sed concrepuit ostium.

ANCILLA. MENAECHMUS (*II*)

Ancilla

Menaechme, amare ait te multum Erotium,
Ut hoc una opera *sibi* ad aurificem deferas
Atque huc ut addas auri pondo unciam
Iubeasque spinter nouom reconcinnarier.

Menaechmus

Et istuc et aliud, si quid curari uolet,
Me curaturum dicito, quidquid uolet.

Ancilla

Scin, quod hoc sit spinter?

Menaechmus

Nescio, nisi aureum.

Ancilla

Hoc est, quod olim clanculum ex armario
Te surrupuisse aiebas uxori tuae.

504 iube 508 aut *C* inultum *B*, multum *C* comedereis *A* 509 satin *B* quemque *C* 510 ostium Ancilla maenechm' idem *B* ANCILLA ADOLESCENS *B* 512 sibi *om.* 513 hunc *B* nunc *C* 514 spinther *C* *semper* 515 istud [illegible] *B*, uolet *C* 519 [illegible]

Menaechmus

Numquam hercle factum est.

Ancilla

Non meministi, obsecro?

Redde igitur spinter, si non meministi.

Menaechmus

Mane.

Immo equidem memini; nempe hoc est, quod illi dedi.

Ancilla

Istuc.

Menaechmus

Ubi illae armillae sunt, quas una dedi?

Ancilla

Numquam dedisti.

Menaechmus

Nam pol hoc una dedi.

Ancilla

Dicam curare?

Menaechmus

Dicito; curabitur.

Et palla et spinter faxo referantur simul.

Ancilla

Amabo, mi Menaechme, inauris da mihi

Faciundas pondo duum nummum, stalagmia,

Ut te lubenter uideam, quom ad nos ueneris.

Menaechmus

Fiat. Cedo aurum; ego manupretium dabo.

Ancilla

Da sodes abs te; *ego* post reddidero tibi.

Menaechmus

Immo cedo abs te; ego post tibi reddam duplex.

521 Rede *B* 523 Istuc ubi ielae dedi 525 ME. *om.* dic to curabitur 526 referatur *A* 528 Faciendas statagmia 529 quam *C* 531 MEN. *B* ego *om* 532 MEN. *om. B* duplex *B*

Ancilla

Non habeo.

Menaechmus

At tu, quando habebis, tum dato.

Ancilla

Num quid uis?

Menaechmus

Haec me curaturum dicito. —
Ut, quantum possit quique liceant, ueneant.
Iamne abiit intro? Abiit, operuit foris.
Di me quidem omnes adiuuant, augent, amant.
Sed quid ego cesso, dum datur mihi occasio
Tempusque, abire ab his locis lenoniis?
Propera, Menaechme; fer pedem, profer gradum.
Demam hanc coronam atque abiciam ad laeuam manum.
Ut, si sequentur me, hac abisse censeant.
Ibo et conueniam seruom, si potero, meum,
Ut haec, quae bona dant di mihi *hic*, ex me sciat.

MATRONA. PENICULUS.

Matrona

Egone hic me patiar *esse* in matrimonio,
Ubi uir conpilet clanculum, quidquid domi est,
Atque *id* ad amicam deferat?

Peniculus

Quin tu taces?
Manifesto faxo iam opprimes; sequere hac modo.

533 sq. *Personarum notae permutatae* ad *C* 534 Num quid me uis dioto *C* 535 possint ueniant *C* 536 habiit *C* fores 537 equidem 539 lenonis 540 confer 541 hanc *om.* 542 Ut si qui sequatur hec me abiisse *B*, (quis *et* habiisse *C*) 543 mum *B* 544 hic *om* sciat peniculus MULIER *B* 545 me . atiar in *B*. medacιar in *C* 547 id *om.* 548 ac *B*

Pallam ad phrygionem cum corona ebrius
Ferebat, hodie tibi quam surrupuit domo.
Sed eccam coronam, quam habuit. Num mentior?
Em, hac abiit, si uis persequi uestigiis.
Atque edepol eccum optume reuortitur;
Sed pallam non fert.

Matrona

Quid ego nunc cum illoc agam?

Peniculus

Idem, quod semper: male habeas.

Matrona

Sic censeo.

Peniculus

Huc concedamus; ex incidiis aucupa.

MENAECHMUS (*I*). MATRONA. PENICULUS.

Menaechmus

Ut hoc utimur maxume more moro
Molestoque multum, atque uti quique sunt
Optumi, maxume morem habent hunc:
Clientis sibi omnes uolunt esse multos;
Bonine an mali sint, id haud quaeritant.
Res magis quaeritur quam clientum fides
Quoiusmodi clueat.
Si est pauper atque haud malus, nequam habetur;
Sin diues malust, is cliens frugi habetur;
Qui neque leges neque aequom bonum usquam colunt.

549 phydrionem *B*, fridionem *C* coronā *C* 552 heen *C* 555 MUL. *om.* 556 PE *om.* MULIER . PARASITUS *B* 557 et hec *C* morum 559 maxumi 560 clientes *A* 562 clientium *B* 563 *cum antecedenti iungit B* ducit *B* 565 malus estis

Sollicitos patronos habent.
Datum denegant, quod datum est, litium pleni, rapaces
Uiri fraudulenti,
Qui aut fenore aut periuriis
Habent rem paratam; mens est in querelis.
Iuris ubi dicitur dies, simul patronis dicitur.
[Quippe qui pro illis loquantur, quae male fecerunt.
Aut ad populum aut in iure aut ad iudicem res est.]
Sicut me hodie nimis sollicitum cliens quidam habuit, neque quod uolui
Agere aut quicum *lubitumst* licitumst; ita me adtinuit, ita detinuit.
Apud aedilis pro eius factis plurumisque pessumisque
Dixi causam. Condiciones tetuli tortas, confragosas:
Aut plus aut minus quam opus fuerat dicto dixeram † controuersiam ut
Sponsio fieret †. Quid ille qui praedem dedit;
Nec magis manufestum ego hominem umquam ullum teneri uidi.
Omnibus malefactis testes tres aderant acerrumi.
Di illum omnes perdant, ita mihi hunc hodie corrupit diem,
Meque adeo, qui hodie forum umquam oculis inspexi meis!
Diem corrupi optumum. Iussi adparari prandium;
Amica exspectat me, scio. Ubi primum est licitum, ilico
Properaui abire de foro. Iratast, credo, nunc mihi.
Placabit palla, quam dedi,
Quam hodie uxori abstuli atque huic detuli Erotio.

568—72 *tribus versibus B* 570 fenore a periuriis *B* 571 mense in quo re Lis *B*, mensae inquo ire l.s *C* 572 iuris 574 aedilem *A* 575 Minis *C* 576 aut *om. BC*, in *A* lubitumst *om.* ita denuit *B*, ita me detinuit *C* 577 proeius plurumis *C* 577—78 *uno versu* 578 Dixei *A* tetuli *A* 579 qua *A* opus erat uiuito dixeram *BC* ut *proximo versu BC* 580 fieret PE. Quid *BC* praedam *BC* 581 hominem quam illum *A* 582 acerrumini *C* 583 corrupit 584 quiodie inspexi meis *B*, inspeximus *C* 588—89 *uno versu* 588 Placebit *C* 589 hodie *om. B*

Peniculus

Quid ais?

Matrona

Uiro me malo male nuptam.

Peniculus

Satin audis, quae illic loquitur?

Matrona

Satis.

Menaechmus

Si sapiam, hinc intro abeam, ubi mihi bene sit.

Peniculus

Mane; male erit potius.

Matrona

Ne illam ecastor faenerato abstulisti. Sic datur.
Clanculum te istaec flagitia facere censebas pote?

Menaechmus

Quid illuc est, uxor, negoti?

Matrona

Men rogas?

Menaechmus

Uin hunc rogem?

Peniculus

Aufer hinc palpationes. — Perge tu.

Menaechmus

Quid tu mihi
Tristis es?

590 statin *B*, statet *C* 591 habeam PE. mane *om* *C* 592 mecastor 593 te ista et *C* flagitia *om. B* tensebas *C* potesse 594 Aufir *C* perget *C* 596 Tris este ... ere *C*

Matrona

Te scire oportet.

Peniculus

Scit; sed dissimulat malus.

Menaechmus

Quid negotist?

Matrona

Pallam —

Menaechmus

Pallam?

Matrona

Quidam pallam —

Peniculus

Quid paues?

Menaechmus

Nihil equidem paueo nisi unum: palla pallorem incutit.

Peniculus

At tu ne clam me comesses prandium. — Perge in uirum.

Menaechmus

Non taces?

Peniculus

Non hercle uero taceo. — Nutat, ne loquar.

Menaechmus

Non hercle ego quidem usquam quidquam nuto neque nicto tibi.

Matrona

Ne ego ecastor mulier misera.

Menaechmus

Qui tu misera es, mihi expedi.

---

596 sit sedissimulat *B*, sedis simula *C* 597 pallam pallam quidam 598 paulo 599 nec iam 600 nutrat *C* 602 cgastor *C* miseres

Peniculus

Nihil hoc confidentius, qui, quae uides, ea pernegat.

Menaechmus

Per Iouem deosque omnis adiuro, uxor — satin hoc est tibi? —
Me isti non nutasse.

Peniculus

Credit iam tibi de isto; illuc redi.

Menaechmus

Quo redeam?

Peniculus

Equidem ad phrygionem censeo. I, pallam refer.

Matrona

Quae istaec palla est?

Menaechmus

Taceo iam, quando haec rem non memini*t* suam.
Num quis seruorum deliquit? num ancillae aut serui tibi
Responsant? Eloquere; inpune non erit.

Matrona

Nugas agis.

Menaechmus

Tristis admodum est; non mihi istuc satis placet. nugas agis.
Certe familiarium aliquoi irata es.

Matrona

Nugas agis.

---

603 quinque uides 605 Mei si non *B*, Mei sunon *C* PE. *om.* istis credi *B* 606 Quo egredeam phyygionem censeo et pallam 607 ME. ista et *C* MEN. *om.* memini 608 deliquid seruet 609 Responde ante loquere *B*, Respons ante loquere *C* 611 aliquo *B*

Menaechmus

Num mihi es irata saltem?

Matrona

Nunc tu non nugas agis.

Menaechmus

Non edepol deliqui quidquam.

Matrona

Em, rursum nunc nugas agis.

Menaechmus

Dic, mea uxor, quid tibi aegre est.

Peniculus

Bellus blanditur tibi.

Menaechmus

Potin ut mihi molestus ne sis? num te adpello?

Matrona

Aufer manum.

Peniculus

Sic datur. Properato absente me comesse prandium.
Post ante aedis cum corona me derideto ebrius.

Menaechmus

Neque edepol ego prandi neque hodie huc intro tetuli pedem.

Peniculus

Tun negas?

Menaechmus

Nego hercle uero.

Peniculus

Nihil hoc homine audacius.
Non ego te modo hic ante aedis cum corona florea
Uidi astare, quom negabas mihi esse sanum sinciput?
Et negabas me nouisse; peregrinum aibas esse te.

613 irarum 614 ME *om.* 615 non sis *C* 617 coronam [illegible] deri deto *B*, coronam ederideto *C* 620 flora 622 alebas

Menaechmus

Quin ut dudum diuorti abs te, redeo nunc demum domum.

Peniculus

Noui ego te. Non mihi censebas esse, qui te ulciscerer.
Omnia hercle uxori dixi.

Menaechmus

Quid dixisti?

Peniculus

Nescio;
Eam ipsus roga.

Menaechmus

Quid hoc est, uxor? quidnam hic narrauit tibi?
Quid id est? Quid taces? quin dicis, quid sit?

Matrona

Quasi tu nescias,
Me rogas.

Menaechmus

Pol haud rogem te, si sciam.

Matrona

O hominem malum!
Ut dissimulat! Non potes celare; rem noui probe.

Peniculus

Omnia hercle ego edictaui.

Menaechmus

Quid id est?

Matrona

Quando nihil pudet,
Neque uis tua uoluntate ipse profiteri, audi atque ades.

623 deuorti adste *C* 624 uolciscerer 626 Eam plus *B*, Eampsuse *C* *Post* 627 *legitur* 633 *suo loco rediens* 628 ho *C* 629 potest *B* 631 portiteri *C* audiat qui *B*, audeat qui *C* adest *B*

Et quid tristis *sim* et quid hic mihi dixerit, faxo scias.
Palla mihi est domo surrupta

Menaechmus

Palla surrupta est mihi?

Peniculus

Uiden *tu*, ut *te* scelestus captat? Huic surrupta est, non tibi:
Nam profecto tibi surrupta si esset, salua non foret

Menaechmus

Nihil mihi tecum est. Sed tu quid ais?

Matrona

Palla, inquam, periit domo.

Menaechmus

Quis eam surrupuit?

Matrona

Pol istuc ille scit, qui illam abstulit.

Menaechmus

Quis hic homost?

Matrona

Menaechmus quidam.

Menaechmus

Edepol factum nequiter.
Quis is Menaechmust?

Matrona

Tu istic, inquam.

Menaechmus

Egone?

Matrona

Tu.

Menaechmus

Quis arguit?

---

632 sim *om* 633 surrupta est tibi 634 Uiden ut scelestus captat 639 menaecmus est

Matrona

Egomet.

Peniculus

Et ego. Atque huic amicae detulisti Erotio.

Menaechmus

Egon dedi?

Matrona

Tu, tu istic, inquam. Uin adferri noctuam,
Quae tu tu usque dicat tibi? nam nos iam defessi sumus.

Menaechmus

Per Iouem deosque omnis adiuro, uxor — satin hoc est tibi? —
Non dedisse.

Peniculus

Immo hercle uero nos non falsum dicere.

Menaechmus

Sed ego illam non condonaui, sed sic utendam dedi.

Matrona

Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras nec pallium
Quoiquam utendum. Mulierem aequomst uestimentum muliebre
Dare foras, uirum uirile. Quin refers pallam domum?

Menaechmus

Ego faxo referetur.

Matrona

Ex re tua, ut opinor, feceris;
Nam domum numquam introibis, nisi feres pallam simul.
Eo domum.

Peniculus

Quid mihi futurumst, qui tibi hanc operam dedi?

---

640 edetulisti *B* 641 dedit ut istic *C* 642 tututusque *C* nos iam nos 644 MU. immo 645 sic eandam *C* 646 etastor *C* clamidem deforas C 651 ME. Ego

Matrona

Opera reddetur, quando quid tibi erit surruptum domo.

Peniculus

Id quidem edepol numquam erit; nam nihil est, quod perdam, domi.
Cum uiro uxor, di uos perdant *ambo*! Properabo ad forum;
Nam ex hac familia me plane excidisse intellego.

Menaechmus

Male mihi uxor sese fecisse censet, quom exclusit foras;
Quasi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.
Si tibi displiceo, patiundum; at placuero huic Erotio,
Quae me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.
Nunc ibo; orabo, ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi
Aliam illi redimam meliorem. Heus, ecquis hic est ianitor?
Aperite atque Erotium aliquis euocate ante ostium.

EROTIUM MERETRIX MENAECHMUS ADULESCENS

Erotium

Quis hic me quaerit?

Meneachmus

Sibi inimicus magis quam aetati tuae.

Erotium

Mi Menaechme, cur ante aedis adstas? Sequere intro.

Menaechmus

Mane.
Scin, quid est, quod ego ad te uenio?

Erotium

Scio: ut tibi ex me sit uolup.

652 Oper. m 654 Cam uiro cum uxore ambo *om.* 657 intromittatur *C* 658 adplacuero *B* 659 abste *B* occludit 660 reddo ad *B* 661 heus *om* *B*, eius *C* hec quis *B*, et quis *C* 662 atque *B* hostium *B* 664 Me *B* 665 Sin *B* uolupta

Menaechmus

Immo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,
Mihi eam redde; uxor resciuit rem omnem, ut factumst, ordine.
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam uoles.

Erotium

Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut ferres, paulo *pr*ius,
Et illud spinter, ut ad aurificem ferres, ut fieret nouom.

Menaechmus

Mihi tu ut dederis pallam et spinter? Numquam factum reperies.
Nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi atque abii ad forum,
Nunc redeo, nunc te postillac uideo.

Erotium

Uideo, quam rem agis:
Quia commisi, ut me defrudes, ad eam rem adfectas uiam

Menaechmus

Neque edepol te defrudandi causa posco   quin tibi
Dico, uxorem resciuisse —

Erotium

Nec te ultro oraui ut dares;
Tute ultro ad me detulisti. Dedisti eam dono mihi;
Eandem nunc reposcis. Patiar; tibi habe, aufer, utere
Uel tu uel tua uxor, uel etiam in *l*oculos conpingite.
Tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis,
Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui.

666 pallum *C*   668 tanta *B*   669 paulo ius   671 ut tu *B* releceris *B*, relegens *C*   673 redeos nunc te postilla euideo *B*, redeo nunc te dost illac uideo *C*   676 re e u sse nec   677 ER. Tute   679 oculos   680 neferustasis *B*, ne frustrassis *C*

Nisi feres argentum, frustra *es*; me ductare non potes;
Aliam posthac inuenito, quam habeas frustratui.

Menaechmus

Nimis iracunde hercle tandem. Heus tu, tibi dico, mane.
Redi. Etiamne adstas? etiam audes mea reuorti gratia?
Abii*t* intro, occlusit aedis. Nunc ego sum exclusissumus;
Neque domi neque apud amicam mihi iam quidquam creditur.
Ibo et consulam hanc rem amicos, quid faciundum censeant.

MENAECHMUS (*II*). MATRONA.

Menaechmus

Nimis stulte dudum feci, quom marsuppium
Messenioni cum argento concredidi.
Inmersit aliquo sese, credo, in ganeum.

Matrona

Prouisam, quam mox uir meus redeat domum.
Sed eccum uideo. Salua sum; pallam refert.

Menaechmus

Demiror, ubi nunc ambulet Messenio.

Matrona

Adibo atque hominem accipiam, quibus dictis meret.
Non te pudet prodire in conspectum meum,
Flagitium hominis, cum istoc ornatu?

---

682 frustra me potest *B* 683 quam tu habeas *C* 685 astes *B* etiam *om. C* 686 Abii *B*, Abi *C* ociusitaedis *B*, octus iraedis *C* 688 censeat *C* MATRONA MENECHM ALTER *B* 692 uei *C* 693 et cum *C* 694 ambulat *C* 695 aeret

Menaechmus

Quid est?
Quae res te agitat, mulier?

Matrona

Etiamne, inpudens,
Muttire uerbum unum audes aut mecum loqui?

Menaechmus

Quid tandem admisi in me, ut loqui non audeam?

Matrona

Rogas me? *o* hominis inpudentem audaciam!

Menaechmus

Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem
Graii esse praedicabant?

Matrona

Non equidem scio.

Menaechmus

Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis:
Omnia mala ingerebat, quemquem adspexerat;
Itaque adeo iure coepta adpellari est canes.

Matrona

Non istaec ego flagitia possum perpeti;
Nam med aetatem esse uiduam mauelim
Quam istaec flagitia tua pati, quae tu facis.

Menaechmus

Quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti,
An sis abitura a tuo uiro? An mos hic ita est,
Peregrino ut aduenienti narrent fabulas?

698 agit ad *B* 699 Mittire *C* 701 › *om.* 702 hec cumbam *C* quam propter *B* 704 ME. *om. B* 706 appellare est 707 ME. *B* Non ego ista hec 708 etatem uiduam esse *B*, etate miduam esse *C* 709 ista hec flagia *B* 711 adtuo ` annos ita est hoc

Matrona

Quas fabulas? Non, inquam, patiar praeterhac.
Quin uidua uiuam, quam tuos mores perferam.

Menaechmus

Mea quidem hercle causa uidua uiuito
Uel usque dum regnum optinebit Iuppíter.

Matrona

Hanc mihi negabas dudum surrupuisse te;
Nunc ea*n*dem ante oculos adtines. Non te pudet?

Menaechmus

Eu hercle, mulier, multum et audax et mala es.
Tun tibi hanc surruptam dicere audes, quam mihi
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem?

Matrona

Ne istuc mecastor — Iam patrem arcessam meum
Atque ei narrabo tua flagitia, quae facis.
I, Decto, quaese meum patrem, tecum simul
Ut ueniat ad me; ita rem *natam* esse dicito. —
Iam ego aperíam istaec tua flagitia.

Menaechmus

Sanan es?
Quae mea flagitia?

Matrona

Non pallam atque aurum meum
Domo suppilas *tu* tuae uxori et tuae
Degeris amicae? Satin haec recte fabulor?

Menaechmus

Quaeso hercle, mulier, si scis, monstra, quod bibam,
Tuam qui possim perpeti petulantiam.

---

717 At 718 eadem 719 Heu males *B* 722 accersam 723 atque enarrabo *C* 724 En ecce quare 725 natam *om.* 726 ista hec *B* 727 Non *om* 728 tu *om.*

Quem tu hominem *esse me* arbitrare, nescio;
Ego te simitu noui cum Porthaone.

Matrona

Si me derides, at pol illum non potes,
Patrem meum, qui huc aduenit. Quin respicis?
Nouistin tu illum?

Menaechmus

Noui cum Calcha simul.
Eodem die illum uidi quo te ante hunc diem.

Matrona

Negas nouisse me? negas patrem meum?

Menaechmus

Idem hercle dicam, si auom uis adducere.

Matrona

Ecastor pariter hoc atque alias res soles.

SENEX. MATRONA. MENAECHMUS (*II*).

Senex

Ut aetas mea est atque ut hoc usus facto est,
Gradum proferam, progredi properabo;
Sed id quam facile sit mihi, haud sum falsus.
Nam pernicitas deserit; consitus sum
Senectute, onustum gero corpus, uires
Reliquere. Ut aetas mala est merx mala ergo!
Nam res plurumas pessumas, quom aduenit, fert;

732 esse me *om* 733 si me tu *B*, simeñtu *C* 734 ad 735 resipisces *B* 736 Nousti intu *B*, nonustin tu *C* calchantes *B*, calchante *C* 737 uidi illum *C* MA. ante *B* 738 MA. *om.* *B* SENEX MENECHMUS ADOL. *B* 741 mea es *C* facto es *C* 744 conscitus 746 ergost 747 quam *B* affert *C*

Quas si autumem omnis nimis longus sermo est.
Sed haec res mihi in pectore et corde curaest,
Quidnam hoc sit negoti, quod filia sic
Repente expetit me, ut ad sese irem,
Nec, quid id sit, mihi certius facit,
Quid uelit, quid me arcessat.
Uerum propemodum iam scio, quid siet rei;
Credo cum uiro litigium natum esse aliquod.
Ita istaec solent, quae uiros subseruire
Sibi postulant, dote fretae, feroces.
Et illi quoque haud abstinent saepe culpa;
Uerum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.
Nec pol filia umquam patrem arcessit ad se.
Nisi aut quid conmisit *uir*, aut iurgi est causa.
Sed quidquid id est, iam sciam. Atque eccam eampse
Ante aedis et eius [tristem] uirum uideo. Id est, quod suspicabar.
Adpellabo hanc.

Matrona

Ibo *ad*uorsum. Salue multum, mi pater.

Senex

Salua sis. Saluen aduenio? saluen arcessi iubes?
Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit?
Nescio quid uos uelitati estis inter uos duo.
Loquere, uter meruistis culpam, paucis, non longos logos.

Matrona

Nusquam equidem quidquam deliqui; hoc primum te absoluo, pater;

---

748 autumen *B* 749 corda *C* cura est *B*, dura est *C* 753 accersit 756 haec *C* uolos *C* 757 dotae frete *B* 759 tumen *C* quod *C* 760 accersit 761 commisi aut *B*, commissi aut *C* iugn *B*, uirgi *C* 764 hanc ibo uorsum MA *B et sim* MA. *C* 765 aduetuo *C* accersi iubet *C* 767 uelitati *B* uelati *C* duos 768 pauci locos 769 absolue *B*

Uerum uiuere hic non possum neque durare ullo modo;
Proin tu me hinc abducas.

Senex

Quid istuc autem est?

Matrona

Ludibrio, pater,
Habeor.

Senex

Unde?

Matrona

Ab illo, quoi me mandauisti, meo uiro.

Senex

Ecce autem litigium. Quotiens tandem *ego* edixi tibi,
Ut caueres, ne uter ad me iretis cum querimonia?

Matrona

Qui ego istuc, mi pater, cauere possum?

Senex

Men interrogas?

Matrona

Nisi non uis.

Senex

Quotiens monstraui tibi, uiro ut morem geras,
Quid ille faciat, ne id obserues, quo eat, quid rerum gerat?

Matrona

At enim ille hinc amat meretricem ex proxumo.

Senex

Sane sapit;
Atque ob istanc industriam etiam faxo amabit amplius.

Matrona

Atque ibi potat.

Senex

Tua quidem ille causa potabit minus,

770 hic uiuere *B* 772 qui *B* 773 ego *om.* 775 ego *om.* *C* 776 MA. *om.* SE. *om.* 778 Ad *B* 780 potebit *C*

Si illic siue alibi lubebit? Quae haec, malum, inpudentiast?
Una opera prohibere, ad cenam ne promittat, postules,
Neue quemquam accipiat alienum apud se. Seruiren tibi
Postulas uiros? Dare una opera pensum postules,
Inter ancillas sedere iubeas, lanam carere.

Matrona

Non equidem mihi te aduocatum, pater, adduxi, sed uiro.
Hinc stas, illim causam dicis.

Senex

Si ille quid deliquerit,
Multo tanto illum accusabo, quam te accusaui, amplius
Quando te auratam et uestitam bene habet, ancillas, penum
Recte praehibet, melius sanam est, mulier, mentem sumere.

Matrona

At ille suppilat mihi aurum et pallas ex arcis domo:
Me despoliat, mea ornamenta clam ad meretrices degerit.

Senex

Male facit, si istuc facit; si non facit, tu male facis,
Quae insontem insimules.

Matrona

Quin etiam nunc habet pallam, pater,
Et spinter, quod ad hanc detulerat; nunc, quia resciui, refert.

Senex

Iam ego ex hoc, ut factumst, *scibo*; ibo ad hominem atque *ad*loquar.
Dic mi istuc, Menaechme, quod uos dissertatis, ut sciam:
Quid tu tristis es? quid illa autem abs te irata destitit?

---

781 Siue lubit *C* 783 Neque *B* apud te seruirin 785 carpere 786 quidem mitti aduocatum *C* 787 SE. *om. B* 788 SE. Multo *B* tanta 789 anpillas pen 790 perhibent *C* samnam 791 sex *B* artis *C* modo 792 tum *B*, tum ne *C* 794 in-semules *C* 795 Et *om.* 796 ut *om. B* est sibo adhominem adquem loquar 798 Qui *C* intrix es quod illam *B* iratam destitus *B*, dedistitus *C*

Menaechmus

Quisquis es, quidquid tibi nomen est, senex, summum Iouem
Deosque do testis

Senex

Qua de re aut quoius rei rerum omnium?

Menaechmus

Me neque isti male fecisse mulieri, quae me arguit
Hanc domo ab se surrupuisse, † abstulisse atque deierat.
Si ego intra aedis huius umquam, ubi habitat, penetraui *pedem*,
Omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserrumus.

Senex

Sanun es, qui istuc exoptes aut neges te umquam pedem
In eas aedis intulis*se*, ubi habitas, insanissume?

Menaechmus

Tun, senex, ais habitare med in illisce aedibus?

Senex

Tu negas?

Menaechmus

Nego hercle uero.

Senex

Immo hercle tu temere negas,
Nisi quo nocte hac emigrasti. Concede huc, *mea* filia.
Quid tu ais? num hinc emigrasti*s*?

Matrona

Quem in locum aut *quam* ob rem, obsecro?

800 detestes qua 801 ME. *om.* arruit *C* 802 dono *B* delurat 803 hedis pedem *om.* 805 nec est umquam *B*, nec est eumquam *C* 806 intulis 807 Tunc ait me in *B*, metdin *C* 808 neq; hercle *C* MA. inmo *B* hec eludere neget *C* 809 ac migrasti conce *C* hac mea *om.* 810 agis non exmigrasti *B*, exaigrasti *C* MA. *om.* quam *om.* *C*, quam ob *om.* *B*

Senex

Non edepol scio.

Matrona

Profecto ludit te hic.

Senex

Non te tenes? —
Iam uero, Menaechme, satis iocatu's: nunc hanc rem gere.

Menaechmus

Quaeso, quid mihi tecum est? Unde aut quis tu homo es? . . . .
† Tibi aut adeo isti, quae mihi molesta est quoquo modo?

Matrona

Uiden tu illi oculos uirere? Ut uiridis exoritur colos
Ex temporibus atque fronte! ut oculi scintillant, uide.

Menaechmus

Ei mihi, insanire me aiunt ultro, quom ipsi insaniunt.
Quid mihi meliust quam, quando illi me insanire praedicant,
Ego me *ut* adsimulem insanire, ut illos a me absterream?

Matrona

Ut pandicula*ns* oscitatur! Quid nunc faciam, mi pater?

Senex

Concede huc, mea nata, ab istoc, quam potest, longissume.

Menaechmus

Euoe Bacche! Bromie, quo me in siluam uenatum uocas?
Audio; sed non abire possum ab his regionibus;
Ita illa me ab laeua rabiosa femina adseruat canis;
Poste autem illic *h*ircus olidus, qui saepe aetate in sua
Perdidit ciuem innocentem falso testimonio.

---

811 MA. Non *B* scio prefecto hic non tu te tenes? 812 me nec me locatus ac rem agere 813 ME. *om. B* 815 MA. *om. B* uire . uiridis *B*, iure reutuiridis *C* 816 sintillant *C* 817 *legitur post* 829. aiunt ipse 819 ut *om* 820 MA. *ante* quid *B* panduculas 821 istoc es quam *B* potes *C* 822 ME. *om.* Eum atqu' heu *B*, Eubiatque heu *C* 823 habire 825 Post te aurem *C* illi circo salus sese *B*

Senex

Uae capiti tuo!

Menaechmus

Ecce, Apollo mihi ex oraculo inperat,
Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.

Matrona

Perii, mi pater; minatur mihi oculos exurere.

Senex

Filia, heus.

Matrona

Quid est? Quid agimus?

Senex

Quid, si ego huc seruos cito?
Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant et domi deuinciant,
Priusquam turbarum quid faciat amplius.

Menaechmus

Enim *periculum est.*
Ni occupo aliquod mihi consilium, hi domum me ad se auferent. —
Pugnis me uotas in huius ore quidquam parcere,
Ni iam meis oculis abscedat in malam magnam crucem.
Faciam, quod iubes, Apollo.

Senex

Fuge domum, quantum potest,
Ne hic te obtundat.

Matrona

Fugio. Amabo, adserua istunc, mi pater,
Ne quo hinc abeat. Summe ego mulier misera, quae illaec audio?

827 *person. om. B* appollo oraclo *C* 828 exurati *C* 829 Peri *Sequitur v. 817.* 830 *pers. om.* 832 amplius enim *B*, amplius enim ereo *C* 833 aliquid 836 Ne iam meis *B*, Nei amus *C* occulis *C* 836 potes *C* 838 Neque *C* habeat summe illa hec audeo

Menaechmus

Haud male illanc amoui; nunc hunc *petam* inpurissumum,
Barbatum tremulum Tithonum, Cygno qui cluet patre.
Ita mihi inperas, ut ego huius membra atque ossa atque artua
Comminuam illo scipione, quem ipse habet?

Senex

Dabitur malum,
Me quidem si attigeris aut si propius ad me accesseris

Menaechmus

Faciam, quod iubes: securi*m* capiam ancipitem atque hunc senem
Osse fini dedolabo assulatim uiscera*ns*.

Senex

Enimuero illud praecauendumst atque adcurandumst mihi.
Sane ego illum metuo, ut minatur, ne quid male faxit mihi.

Menaechmus

Multa mihi inperas, Apollo. Nunc equos iunctos iubes
Capere me indomitos, feroces, atque in currum inscendere,
Ut ego hunc proteram leonem *u*etulum, olentem, edentulum.
Iam adstiti in currum; iam lora teneo; iam stimulum in manust.
Agite, equi, facitote sonitus ungularum adpareat;
Cursu celeri facite inflexa sit pedum pernicitas.

Senex

Mihin equis iunctis minare?

Menaechmus

Ecce, Apollo, denuo

839 SE. *B* amo unum *C* petam *om.* 830 titanum cycno procnatum patre 841 menbra *B* 843 propus *C* 844 securi cupiam *B* 844 sq. hunc Senemosse 845 uiscera 846 adcura dum si *B*, adcura dumsi *C* 850 etulum edentius 853 facito te *C* inflexu sunt *B*, sint *C* 851 *person. om* manate acce appollo *C*

Me iubes facere impetum in eum, qui *hic* stat, atque occidere.
Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?
Imperium tu *d*eum demutas atque dictum Apollinis?

Senex

Eu hercle morbum acutum! Di, uostram fidem!
Uel hic, qui insanit, quam ualuit paulo prius!
Ei derepente tantus morbus incidit.
Ibo atque arcessam medicum iam, quantum potest.

Menaechmus

Iamne isti abierunt, quaeso, ex conspectu meo,
Qui me ui cogunt, ut ualidus insaniam?
Quid cesso abire ad nauem, dum saluo licet?
Uosque omnis quaeso, si senex reuenerit,
Ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim.

SENEX

Lumbi sedendo, oculi spectando dolent,
Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.
Odiosus tandem uix ab aegrotis uenit;
Ait se obligasse crus fractum Aesculapio,
Apollini autem brachium. Nunc cogito,
Utrum me dicam ducere medicum an fabrum.
Atque eccum incedit; mouet formicinum gradum.

855 hic *om* 857 tuum demutat apollonis *C* 858 Eo *C* acren. ac durum fide *C* 861 Eibo *C* accersam 862 *Noua scena initium fit.* Menaechmus idem *C*, MENECHMUS IDEM SENEX IDEM *B* 866 Ni 867 exspectando 871 nuncegito *C* 873 moue *Post* 873 Adulescens messenio *B*

MEDICUS. SENEX.

Medicus

Quid esse illi morbi dixeras? narra, senex.
Num laruatus*t* aut cerritus? fac sciam.
Num eum uete*r*nus aut aqua intercus tenet?

Senex

Quin ea te causa duco, ut id dicas mihi
Atque illum ut sanum facias.

Medicus

Perfacile id quidem est.
Sanum futurum, mea ego id promitto fide.

Senex

Magna cum cura ego illum curari uolo.

Medicus

Quin † suspirabo plus sescenta in dies;
Ita ego illum cura magna curabo tibi.

Senex

Atque eccum ipsum hominem. Obseruemus, quam rem agat.

MENAECHMUS (*I*) ADULESCENS. SENEX. MEDICUS.

Menaechmus

Edepol ne hic dies peruorsus atque aduorsus mihi optigit.
Quae me clam ratus sum facere, omnia ea fecit palam
Parasitus, qui me conpleuit flagiti et formidinis,
Meus Ulixes, suo qui regi tantum conciuit mali.

874 esset 875 laruatus 876 uetenus 877 id *om. B* 878 quid ast *B*, quida est *C* 879 me acceo id *B*, me acoid *C* 881 ME. *ponitur ante* 882. sesentia in die *C* 882 illum cam cura 885 Quemedam *B* ea omnia 886 Pasitus *C* conplebit

Quem ego hominem, si quidem uiuo, uita euoluam sua.
Sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quae meast;
Meo cibo et sumptu educatust; anima priuabo uirum.
Condigne autem haec meretrix fecit, ut mos est meretricius:
Quia rogo, palla ut referatur rursum ad uxorem meam,
Mihi se ait dedisse. Eu edepol ne ego homo uiuo miser.

Senex

Audin, quae loquitur?

Medicus

Se miserum praedicat.

Senex

Adeas uelim.

Medicus

Saluos sis, Menaechme. Quaeso, cur apertas brachium?
Non tu scis, quantum isti morbo nunc tuo facias mali.

Menaechmus

Quin tu te suspendis?

Medicus

Ecquid sentis?

Menaechmus

Quidni sentiam?

Medicus

Non potest haec res ellebori iugere optinerier.
Sed quid ais, Menaechme?

Menaechmus

Quid uis?

Medicus

Dic mihi hoc, quod te rogo:
Album an atrum uinum potas?

888 nitae uoluam *C* 889 mea sit 894 Sed SE. *om. B* 895 MED. *om. B* Saluusis *C* 896 mobo *C* 897 MEN. *om. B* et quid *C* MEN. Quidni *B*, quid me *C* 898 iungere 899 *person. om.* te *om. B*

Menaechmus

Quin tu is in malam crucem?

Senex

Iam hercle occeptat insanire primulum.

Menaechmus

Quin tu rogas,
Purpureum panem an puniceum soleam ego esse an luteum?
Soleamne esse auis squamosas, piscis pennatos?

Senex

Papae,
Audin tu, ut deliramenta loquitur? Quid cessas dare
Potionis aliquid, priusquam percipit insania?

Medicus

Mane modo; etiam percontabor alia.

Senex

Occidis fabulans.

Medicus

Dic mihi hoc: solent tibi umquam oculi duri fieri?

Menaechmus

Quid? tu me lucustam censes esse, homo ignauissume?

Medicus

Dic mihi, en umquam intestina tibi crepant, quod sentias?

Menaechmus

Ubi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant.

Medicus

Hoc quidem edepol hau*d* pro insano uerbum respondit mihi. 911
Perdormiscin usque ad lucem? facilen tu dormis cubans?

---

901 SE *om.* occepta tu me interrogas 903 quam ossas *B*, quamosas *C* 904 Aud tu 906 ME. alia occidis *B* fabulam *B*, falam *C* 909 me hic numquam 911 hau 912 Perdormiscanne que lucem? MEN *B* facilin cuban

Menaechmus

Perdormisco, si resolui argentum, quoi debeo.
Qui te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint!

Medicus

Nunc homo insanire occeptat de illis uerbis: caue tibi.

Senex

Immo Nestor nunc quidem est de uerbis, praeut dudum fuit:
Nam dudum uxorem suam esse aiebat rabiosam canem.

Menaechmus

Quid ego dixi?

Senex

Insanis, inquam.

Menaechmus

Egone?

Senex

Tu istic, qui mihi

. . . . .

Etiam me iunctis quadrigis minitatu's prosternere.
Egomet haec te uidi facere; egomet haec te arguo.

Menaechmus

At ego te sacram coronam surrupuisse *a*io Iouis;
Et ob eam rem in carcerem ted esse conpactum scio;
Et postquam es emissus, caesum uirgis sub furca scio;
Tum patrem occidisse et matrem uendidisse etiam scio.
Satin haec pro sano maledicta maledictis respondeo?

Senex

Obsecro hercle, medice, propere, quidquid facturu's, face.
Non uides hominem insanire?

---

913 MED. *B* 914 MEN. Qui *B* perdunt 916 Immonester *C* uebis *C* 917 alebat 918 dixi insanus egone istuc. SE. qui *B* 919 *Lacuna non indicatur.* 920 ne *C* manis status prorsternere *C* 921 uide 922 iouis *B*, lo iouis *C* 923 te deesse *B*, teb deesse *C* 924 E. *C* suffurca *B*, sufurca *C* 926 respondeo 927 maledice

Medicus

Scin, quid facias optumumst?
Ad me face uti deferatur.

Senex

Itane censes?

Medicus

Quippini?
Ibi meo arbitratu potero curare hominem.

Senex

Age, ut lubet.

Medicus

Elleborum potabis faxo aliquos uiginti dies.

Menaechmus

At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.

Medicus

I, arcesse homines, qui illunc ad me deferant.

Senex

Quot sunt satis?

Medicus

Proinde ut insanire uideo, quattuor, nihilo minus.

Senex

Iam hic erunt. Adserua tu istunc, medice.

Medicus

Immo ego *ab*ibo domum,
Ut parentur, quibus paratis opus est. Tu seruos iube
Hunc ad me ferant.

Senex

Iam ego illic faxo erit.

---

928 sin optimes *C* 929 ut *B* itana 931 MED. *om. B* 931 *postponitur proximo.* Helles forum *B*, Helles borum *C* 933 Larcesse illum 934 ui *C* uideor nihil hominus 935 ego *om. C* ibo 936 tuos *B*, tus *C* 937 hunc *antecedenti versui adheret.*

Medicus

Abeo.

Senex

Uale.

Menaechmus

Abiit socerus, abiit medicus; solus sum. Pro Iuppiter,
Quid illuc est, quod me*d* hisc*e* homines insanire praedicant?
Nam equidem postquam gnatus sum, numquam aegrotaui unum diem.
Neque ego insanio neque pugnas neque ego litis coepio;
Saluos saluos alios uideo; noui homines, adloquor.
An illi perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?
Quid ego nunc faciam? Domum ire cupio; uxor non sinit;
Huc autem nemo intromittit. Nimis prouentumst nequiter.
Hic ergo usque ad noctem si astem, credo, intromittar domum.

MESSENIO

Spectamen bono seruo id est, qui rem erilem
Procurat, uidet, conlocat cogitatque,
Ut absente ero *tam* rem eri diligenter
Tutetur, quam si ipse adsit, aut rectius.
Tergum quam gulam, crura quam uentrem oportet
Potiora esse, quoi cor modeste situm est.
Recordetur id, qui nihili sunt, quid iis preti
Detur ab suis eris, ignauis, inprobis uiris,
Uerbera, conpedes,
Molae, [magna] lassitudo, fames, frigus durum.
Haec pretia sunt ignauiae.

---

938 habiit *C* nunc solus sum 939 me hic 940 *om. C* 941 cupio 943 perderam aiunt *C* 945 nequitur *B* 946 usce noctem saltem SERUUS *B* 947 seruid *B* quire *B* 949 tam *om.* 950 quam ipsi ipse adscit *B* 953 Recorde cordet' *B* quid uis precii *C* 954 signauis *B* 955—57 *uno versu B* 956 lascitudo *B* 957 Hæc *C*

Id ego male malum metuo; propterea bonum esse certumst
potius quam malum.
Nam magis multo patior facilius uerba; uerbera ego odi;
Nimioque edo lubentius molitum quam molitum praehibeo.
Propterea eri inperium exsequor bene et sedate seruo id,
Atque mihi id prodest.
Alii ita, ut in rem esse ducunt, sint; ego ita ero, ut me
esse oportet,
Id mihi *si* adhibeam, culpam abstineam, ero ut omnibus
in locis sim praesto,
Metu*a*m *h*aud multum; prope est, quando erus ob facta
pretium exsoluet.
[Eo exemplo seruio, tergo ut in rem esse arbitror.]
Postquam in tabernam uasa et seruos conlocaui, ut iusserat,
Ita uenio aduorsum. Nunc foris pultabo, adesse ut me sciat,
Meumque erum ex hoc saltu damni saluom ut educam foras.
Sed metuo, ne sero ueniam depugnato proelio.

SENEX. MENAECHMUS (*I*) ADULESCENS. LORARII. MESSENIO SERUOS.

Senex

Per ego uobis deos atque homines dico, ut inperium meum
Sapienter habeatis curae, quae inperaui atque inpero:
Facite illic homo iam in medicinam ablatus sublimen siet,
Nisi quidem uos uostra crura aut latera nihili penditis.

---

958 Id ergo *C* 959 egodi *B* 960 quam mollitum *C* 961 exsecor *B* 962 *iungitur cum antecedenti.* id mihi *C* 963 alus esse ita sin *C* ita *om. C* 964 Metum id si *om.* *Sequuntur*: Serui qui culpa carent metuunt (culparent metuo ni *B*) solent esse eris utibiles
Nam illi qui nihil metuunt postquam malum promeritum que ei metuunt
965 Metum aut es *B* quando ceruso fatiam 966 Ego terge *C* 967 uasa sed *B*, uas sed *C* 968 fores misceat *B* 969 Neque utrum ute duo anfora 972 curæq. *C* 973 sublimem *C* 974 nihil *B*

Caue quisquam, quod illic minitetur, uostrum flocci fecerit.
Quid statis? quid dubitatis? Iam sublimen raptum oportuit.
Ego ibo ad medicum; praesto ero illi, quom uenietis.

Menaechmus

Occidi.
Quid hoc est negoti? quid illisce homines ad me currunt, obsecro?
Quid uoltis uos? quid quaeritatis? quid me circumsistitis?
Quo rapitis me? quo fertis me? Perii. Obsecro uostram fidem,
Epidamnienses subuenite ciues. Quin me mittitis?

Messenio

Pro di inmortales, obsecro, quid ego oculis adspicio meis?
Erum meum indignissume nescio qui sublimen ferunt.

Menaechmus

Ecquis suppetias mihi audet ferre?

Messenio

[Ego, ere, audacissume.]
O facinus indignum et malum,
Epidamnii ciues, erum meum hic in pacato oppido
Luci deripier in uia, qui liber ad uos uenerit!
Mittite istunc.

Menaechmus

Obsecro te, quisquis es, operam mihi ut des
Neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam.

Messenio

Immo et operam dabo et defendam et subuenibo sedulo.
Numquam te patiar perire; me perire et aequius.

---

976 Qui C satis oportum *C* 977 MEN. *om. B* 978 illic 979 quos circumstitis 982 Produm mortales *C* 984 aut et 985—87 *duobus versibus B* 986 opido 987 derupier *B* liberat uos 988 Mittitis tunc es *om. B* mihi uides *C* 991 derideres te cuius *B*, derires tecuius *C*

Eripe oculum isti, ab humero qui *te* tenet, ere, te obsecro;
Hisce ego iam sementem in ore faciam pugnosque obseram.
Maxumo hercle hodie malo uostro istunc fertis; mittite.

Menaechmus

Teneo ego huic oculum.

Messenio

Face ut oculi locus in capite adpareat.
Uos scelesti, uos rapaces, uos praedones —

Lorarii

Peri*i*mus.
Obsecro, hercle.

Messenio

Mittite ergo.

Menaechmus

Quid me uobis tactiost?
Pecte pugnis.

Messenio

Agite, abite, fugite hinc in malam crucem,
Em tibi etiam; quia postremus cedis, hoc praemi feres.
Nimis bona hora conmetaui atque ex mea sententia.
Edepol, ere, ne tibi suppetias temperi adueni modo.

Menaechmus

At tibi di semper, adulescens, quisquis es, faciant bene;
Nam absque te esset, hodie numquam ad solem occasum uiuerem.

Messenio

Ergo edepol, si recte facias, ere, me emittas manu.

Menaechmus

Liberem ego te?

---

992 qui tenete rete 994 hodie malo hercle 995—98 *personarum notas om. B.* 996 rapacis praedones perimus 997 hercli *C* tactiosi *C* 998 habite 999 En 1000 Nimis aut bene hora setentia *C* 1001 tempore 1003 Namque *B* ted *C* a *C* occausum *C* uiuere *B* 1004 hedepol *B* ore *C* mittas *B* 1005 Liberum *B*, libertem *C*

Messenio

Uerum; quandoquidem, ere, te seruaui.

Menaechmus

Quid est?

Adulescens, erras.

Messenio

Quid erro?

Menaechmus

Per Iouem adiuro patrem,

Me*d* erum tuum non esse.

Messenio

Non taces?

Menaechmus

Non mentior;

Nec meus seruos umquam tale fecit, quale tu mihi.

Messenio

Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.

Menaechmus

Mea quidem hercle causa liber esto atque ito, quo uoles.

Messenio

Nempe iubes?

Menaechmus

Iubeo hercle, si quid inperi est in te mihi.

Messenio

Salue, mi patrone.

X

Quom tu liber es, Messenio,

Gaudeo.

Messenio

Credo, hercle uobis. Sed, patrone, te obsecro,

1007 Me netaces *C* 1008 Neconseruus meus *C* numquam *B* *Post* 1009 *leguntur* 1018—23 *suo loco redeuntes.* 1010 MEN. *om.* hercle *C* 1012 patrone cum tu liberes

Ne minus inperes mihi, quam quom tuus seruos fui.
Apud te*d* habitabo, et, quando ibis, una tecum ibo domum.

Menaechmus

Minume.

Messenio

Nunc ibo in tabernam; uasa atque argentum tibi
Referam. Recte est obsignatum in uidulo marsuppium
Cum uiatico; id tibi iam huc adferam.

Menaechmus

Adfer strenue.

Messenio

Saluom tibi, ita ut mihi dedisti, reddibo. Hic me mane.

Menaechmus

Nimia mira mihi quidem hodie exorta sunt miris modis:
[Alii me negant eum esse, qui sum, atque excludunt foras.]
Uel ille qui seruom esse se meum aibat, quem ego emisi manu,
Is ait se mihi adlaturum cum argento marsuppium.
Id si adtulerit, dicam ut a me abeat liber, quo uolet,
Ne tum, quando sanus factus sit, a me argentum petat.
Socer et medicus me insanire dicunt. Quid sit, mira sunt.
Haec nihilo esse mihi uidentur setius quam somnia.
Nunc ibo intro ad hanc meretricem, quamquam suscenset mihi,
Si possum exorare, ut pallam reddat, quam referam domum.

1015 te 1016 uassa *B* at *C* 1017 obsignanum *C* *Sequitur 1024 suo loco rediens.* 1018 matio *C* SER id *B* 1019 sed habeo *B*, redhibeo *C* me mane *om.* 1020 multis modis 1021 exclusum *B* 1022 Etiam hic sernum aiebat 1023 mihi *om.* *C* marsopium *B*, marsoppium *C* 1024 Ipse adtulerit *B* habeat 1025 Needum *B*, Nedum *C* a me *om.* *C* 1026 dicebant 1027 sec usquam *B* somna *B* 1029 domum. Menaechmus messenio *B*

MENAECHMUS (*II*). MESSENIO.

Menaechmus

Men hodie usquam conuenisse te, audax, audes dicere,
Postquam aduorsum mihi inperaui ut huc uenires?

Messenio

Quin modo
Eripui, homines quom ferebant te sublimen quattuor,
Apud hasce aedis; tu clamabas deum fidem atque hominum omnium,
Quom ego adcurro teque eripio ui pugnando, ingratiis.
Ob eam rem, quia te seruaui, me amisisti liberum.
Quom argentum dixi me petere et uasa, tu quantum potest
Praecucurristi obuiam, ut, quae fecisti, infitias eas.

Menaechmus

Liberum ego te iussi abire?

Messenio

Certo.

Menaechmus

Quin certissumumst.
Mepte potius fieri seruom, quam te umquam emittam manu.

MENAECHMUS ET FRATER EIUS. MESSENIO SERUOS.

Menaechmus I

Si uoltis per oculos iurare, nihilo hercle ea causa magis
Facietis, ut ego hodie abstulerim pallam et spinter, pessumae.

MENECHMUS ADOL. MESSENIO SOSICLES *B* 1030 te *om. C* 1031 quom *B* 1032 qui te ferebant suplimem *C* 1034 uel in pugnando *B*, oppugnando *C* 1035 Obeatam rem *B* 1036 argento *B* potes *C* 1038 MES. *et* MEN. *om. B* cui 1039 meapte *C* emitteam *C* 1040 occulos *C* 1041 abstulerem *C* pesmae *B*, possime *C*

Messenio

Pro di inmortales, quid ego uideo?

Menaechmus II

Quid uides?

Messenio

Speculum tuum.

Menaechmus II

Quid negoti est?

Messenio

Tua est imago; tam consimilist, quam potest.

Menaechmus II

Pol profecto haud est dissimilis, meam quom formam noscito.

Menaechmus I

O adulescens, salue, qui me seruauisti, quisquis es.

Messenio

Adulescens, quaeso hercle eloquere tuum mihi nomen, nisi piget.

Menaechmus I

Non edepol ita promeruisti de me, ut pigeat, quae uelis,
Obsequi. Mihi est Menaechmo nomen.

Menaechmus II

Immo edepol mihi

Menaechmus I

Siculus sum Syracusanus.

Menaechmus II

Eadem pol patria est mihi.

Menaechmus I

Quid ego ex te audio?

1043 tumst *B*, tum est *C* consilia est 1044 mea *C* quam nos scito *B* 1045 seruasti *C* 1046 quis ercle *C* loquere piger *B*, pier *C* 1047 Non me depol B, Non me edepol *C* 1048 Obsequi *om.* 1049 ea domus et patria est

Menaechmus II

Hoc, quod res est.

Messenio

Noui equidem hunc; erus est meus.
Ego quidem huius seruos sum; sed me esse huius*ce* credidi.
Ego hunc censebam te esse; huic etiam exhibui negotium.
Quaeso ignoscas, si quid stulte dixi atque inprudens tibi.

Menaechmus II

Delirare mihi uidere. Non conmeministi, simul
Te hodie mecum exire ex naui?

Messenio

Enimuero aequom postulas.
Tu erus es; tu seruom quaere. Tu salueto; tu uale.
Hunc ego esse aio Menaechmum.

Menaechmus I

At ego me.

Menaechmus II

Quae haec fabula est?
Tu es Menaechmus?

Menaechmus I

Me esse dico, Moscho prognatum patre.

Menaechmus II

Tun meo patre es prognatus?

Menaechmus I

Immo equidem, adulescens, meo;
Tuum tibi neque occupare neque praeripere postulo.

Messenio

Di inmortales, spem insperatam dat mihi, qu*od* *i*am suspicor.

1050 noui Noui *C* 1051 huius 1052 esse hunc etiam *C* 1054 semul *B* 1055 Enimuero *om. C* 1056 Salueto tu. tu *C* 1057 menec humat ego *B* 1058 mesco *C* 1059 Tun ameo meo *om. B* 1061 date mihi quam suspico *C*

Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo;
Nam patriam et patrem conmemorant pariter, qui fuerint sibi.
Seuocabo erum. Menaechme.

Menaechmi *ambo*

Quid uis?

Messenio

Non ambos uolo:
Sed uter uostr*or*um est aduectus mecum naui?

Menaechmus I

Non ego.

Menaechmus II

At ego.

Messenio

Te uolo igitur. Huc concede.

Menaechmus II

Concessi. Quid est?

Messenio

Illic homo aut *est* sycophanta aut geminus est frater tuus;
Nam ego hominem hominis similiorem numquam uidi alterum,
Neque aqua aquae neque lacte est lactis, crede mihi, usquam similius,
Quam hic tui est, tuque huius autem; poste eandem patriam ac patrem
Memorat. Meliust nos adire hunc atque percontarier.

Menaechmus II

Hercle qui tu me admonuisti recte et habeo gratiam.
Perge operam dare, obsecro hercle. Liber esto, si inuenis
Hunc meum fratrem esse.

1062 geminei *B*. gemui *C* 1063 et patrem et matrem commorant *C* que *B* 1064 MESSEN. nābos *C* 1065 uostrum est 1066 hunc *C* 1067 aut sicophanta 1068 homini 1069 Nec *C* nec *C* lacti 1070 postea 1071 melius est *B*. melius *C* atque hunc 1072 quin *C*

Messenio

Spero.

Menaechmus II

Et ego idem spero fore.

Messenio

[Quid ais tu? Menaechmum, opinor, te uocari dixeras.

Menaechmus I

Ita uero.

Messenio

Huic item Menaechmo nomen est. In Sicilia
Te Syracusis natum esse dixti: et hic natust ibi.
Moschum tibi patrem fuisse dixisti; huic itidem fuit.]
Nunc operam potestis ambo mihi dare et uobis simul.

Menaechmus I

Promeruisti, ut ne quid ores, quod uelis, quin inpetres.
Tamqua*m* si emeris me argento, liber seruibo tibi.

Messenio

Spes mihi est, uos inuenturum fratres germanos duos
Geminos, una matre natos et patre uno, uno die.

Menaechmus I

Mira memoras. Utinam efficere, quod pollicitu's, possi*e*s!

Messenio

Possum. Sed nunc agite, uterque id, quod rogabo, dicite.

Menaechmus I

Ubi lubet, roga; respondebo; nihil reticebo, quod sciam.

Messenio

Est tibi nomen Menaechmo?

1074 esse spero. MES. et *C* 1075 Quid agis *B* 1076 MES. *om.* sycilia *C* 1077 dixisti hic natus *C* 1078 dixit ittidem *C* 1080 neque quid ores quid *C* 1081 Tamquasi me emeris 1082 MES. *om.* inuenturos 1083 notos *C* 1084 memores *C* possis 1085 cogite *B* iquod *C* 1087 menechimo *C*

Menaechmus I

Fateor.

Messenio

Est itidem tibi?

Menaechmus II

Est.

Messenio

Patrem fuisse Moschum tibi ais?

Menaechmus I

Ita uero.

Menaechmus II

Et mihi.

Messenio

Esne tu Syracusanus?

Menaechmus I

Certo.

Messenio

Quid tu?

Menaechmus II

Quippini?

Messenio

Optume usque adhuc conueniunt signa; porro operam date.
Quid longissume meministi, dic mihi, in patria tua? 1091

Menaechmus I

Cum patre ut abii Tarentum ad mercatum, postea
Inter homines me deerrare a patre atque inde auehi.

Menaechmus II

Iuppiter, supreme, serua me.

Messenio

Quid clamas? quin taces?
Quot eras annos gnatus, quom te pater a patria auehit? 1095

1089 Estne *B* Quid tu scilicet ME. *B* 1092 apiit arentum *C*. habitarem tum *B* 1093 abi..*B* 1095 MES. Quot *C* anno natos *C* quam *B* uehit *B*

Menaechmus I
Septuennis; nam tunc dentes mihi cadebant primulum;
Neque patrem *meum* umquam postilla uidi.

Messenio
Quid? uos tum patri
Filii quot eratis?

Menaechmus I
Ut nunc maxume memini, duo.

Messenio
Uter eratis, tun an ille, maior?

Menaechmus I
Aeque ambo pares.

Messenio
Qui id potest?

Menaechmus I
Gemini ambo eramus.

Menaechmus II
Di me seruatum uolunt.

Messenio
Si interpellas, ego tacebo.

Menaechmus II
Potius taceo.

Messenio
Dic mihi:
Uno nomine ambo eratis?

Menaechmus I
Minume; nam mihi hoc erat,
Quod nunc est, Menaechmo; illum tum uocabant Sosiclem.

1096 iam nunc *B*, nam tuno *C* 1097 meum *om.* postilli *C* uostrum 1098 Fili quot erratis *B* nuno *C* maximemini *B* 1099 Ut erratis *B* maiore que *B* 1100 germini *C* erramus *B* 1101 aceo *B* 1102 minine *C* hoc *om. C* 1103 sosiclen *B*

Menaechmus II

Signa adgnoui; contineri, quin conplectar, non queo.
Mi germane, gemine frater, salue. Ego sum Sosicles.

Menaechmus I

Quomodo igitur post Menaechmo nomen est factum tibi?

Menaechmus II

Postquam ad nos renuntiatumst, *ubi nauis rediit retro,*
Puerum surruptum Tarenti te et patrem esse mortuum,
Auos noster mutauit; quod tibi nomen est, fecit mihi.

Menaechmus I

Credo ita esse factum, ut dicis. Sed mihi hoc responde,

Menaechmus II

Roga.

Menaechmus I

Quid erat nomen nostrae matri?

Menaechmus II

Teuximarchae.

Menaechmus I

Conuenit.
O salue, insperate, multis annis post quem conspicor,
Frater.

Menaechmus II

Et tu, quem ego multis miseriis, laboribus
Usque adhuc quaesiui, quemque ego esse inuentum gaudeo.

Messenio

Hoc erat, quod haec te meretrix huius uocabat nomine.
Hunc censebat te esse, credo, quom uocat te ad prandium.

1105 Mibi salui *C* 1106 est factum est *B* 1107—8 ubi ... Tarenti *om.* 1109 quid *B* nominẽ *C* 1110 esse *om. C* 1111 teuximarce 1112 annis multis *B* post quam *C* 1113 ego *om. C* miseris 1115 quod hoc te meretrix *C*

Menaechmus I

Namque edepol mi hic hodie iussi prandium adpararier
Clam meam uxorem, quoi pallam surrupui dudum domo;
Eam dedi huic.

Menaechmus II

Hanc dicis, frater, pallam, quam ego habeo *in manu?*

Menaechmus I

Quomodo haec ad te peruenit?

Menaechmus II

Meretrix, *quae* huc ad prandium
Me abduxit, me sibi dedisse aiebat. Prandi perbene,
Potaui atque adcubui scortum; pallam et aurum hoc *mihi dedit.*

Menaechmus I

Gaudeo edepol, si quid propter me tibi euenit boni;
Nam illa quom te ad se uocabat, me *ted* esse credidit.

Messenio

Num quid me morare, quin ego liber, ut iusti, siem?

Menaechmus I

Optumum atque aequissumum orat, frater; fac causa mea.

Menaechmus II

Liber esto.

Menaechmus I

Quom tu es liber, gaudeo, Messenio.

Messenio

Sed meliore est opus auspicio, ut liber perpetuo siem.

Menaechmus II

Quoniam haec euenerunt nostra, frater, ex sententia.
In patriam redeamus ambo.

1117 hic mihi prandium paraui *B*, prandium adprandium *C* 1118 quia surrupuit *B* 1119 in manu *om.* 1120 quae *om.* 1121 aiebat *B*, aebat *C* 1122 Dotaui *B*, Dodaui *C* mihi dedit *om.* 1123 proter *C* 1124 ted *om.* 1125 cum ego *B*, qua nego *C* iustis eam 1128 melior *B* 1129 frater nostra

Menaechmus I

Frater, faciam, ut tu uoles.
Auctionem hic faciam et uendam, quidquid est. Nunc interim
Eamus intro, frater.

Menaechmus II

Fiat.

Messenio

Scitin, quid ego uos rogo?

Menaechmuus I

Quid?

Messenio

Praeconium mihi ut detis.

Menaechmus I

Dabitur.

Messenio

Ergo nunc iam
Uis conclamari auctionem fore?

Menaechmus I

Equidem, die septimi.

Messenio

Auctio fiet Menaechmi mane sane septimi.
Uenibunt serui, suppellex, fundi, aedes; omnia
Uenibunt, quiqui licebunt, praesenti pecunia.
Uenibit uxor quoque etiam, si quis emptor uenerit.
Uix credo tota auctione capiet quinque aut sex minas.
Nunc spectatores, ualete et nobis clare plaudite.

1130 tu *om.* *C* 1131 uendem *C* est interi *C* 1132 scit inquit *B* 1133 mihi praeconium uidetis *B* Dabitur ergo nuntiam *B*, nutiam *C* 1134 MES. Uis fore quidem *B*, fore quid est *C* 1135 MES. *om.* 1136 Uenicbunt *B* 1139 caput *C* quinquagesies *B*, quinquageseaes *C* 1150 clare dare *B*

COMMENTARIUS

IN

EPIDICUM.

Argumentum fabulæ hoc est. Stratippocles Periphanis Atheniensis filius dum militiæ causa Thebas proficiscitur, veritus, ne fidicina, quam amabat, Acropolistis, interim alteri traderetur, Epidico servo mandaverat, ut eam absenti sibi emeret. Qui quum argentum nisi fraudato sene comparare non posset, Periphani autem sciret filiam ex peregrina muliere susceptam iam adultam cum matre Thebis degere, illam ei narravit captam esse et triginta minis redimi posse, eoque argento accepto Acropolistidem ei pro filia tradidit. Adulescens autem in bello absens aliam puellam, quam inter captivas vidit, amare cœpit, eamque quadraginta minis emit, quas ab argentario quodam fænore sumpsit. Iam in patriam redux id unum curat, quomodo hoc argentum comparet, et quum in amicis nihil auxilii sit, iterum ad Epidicum confugere cogitur. Is novum seni dolum struit. Adulescentem narrat fidicinam aliquam perdite amare et, quum primum a bello redierit, liberare velle. Quod ne fiat, seni consilium dat, ut illam fidicinam ante filii adventum sibi emat et ex terra ableget. Nec senex dubitat in eam rem quadraginta vel etiam quinquaginta minas erogare, easque Epidico tradit, Apœcide amico consilium probante et in emenda fidicina adiuvante. Servus autem pro empta aliam meretricem conductam, quasi quæ sacrificio, præcineret, seni adducit. Utraque fraus brevi aperitur. Primum miles quidam, qui et ipse Acropolistidem amabat, Periphanem adit, ut puellam, quam eum emisse audivit, redimat. Senex conductam illam meretricem postulari ratus, quæ nuper ad se deducta esset, lætus

eam vendit et tradit militi, qui quum eam non agnoscat, ab Epidico se deceptum esse intelligit. Tum Philippa, peregrina illa mulier, ex qua Periphanes filiam susceperat, postquam re vera capto oppido filiam amisit, Athenas venit puellam quærens. Quæ ubi Periphani obviam facta est et inter se agnoverunt, summa cum lætitia eum iam filiam sibi mercatum esse audit, sed producta, quam pro filia domi habet, Acropolistide fidicina, suam esse negat, et senex se in priore quoque emptione deceptum esse videt. Quo facto dum iratus Epidicum quærit, ut eum maximo supplicio afficiat, interim argentarius, cuius opera et pecunia puella ex præda empta erat, eam Stratippocli adducit. Est autem ea ipsa Philippæ et Periphanis filia, et Epidicus, qui olim cum donis ad eam a patre missus erat, eam agnoscit. Qua re animadversa abiecto omni timore certam victoriæ spem concipit et, quasi sua opera et diligentia reperta sit filia Periphanis, non pœna sed præmio se dignum dicit, et a stolido sene libertatem additis etiam cibariis extorquet.

Fabulam magna hilaritate insignem Plauti æqualibus admodum placuisse, novimus ex Bacch. 211 sq.:

Etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac me ipsum amo,
Nullam aeque inuitus specto, si agit Pellio.

Poetam ipsum hanc fabulam ceteris prætulisse, ex illis versibus effici non potest, non quo dubitem, quin ipsius Plauti sint, sed nec illud dicunt nec ab ipso poeta pronuntiantur, sed a Chrysalo servo, quo nemo magis Epidicum æmulatur. Illud efficitur, placuisse fabulam et ipso Plauto vivente sæpius actam esse. Quod si in re perquam dubia, quid suspiceris, significare licet, Epidicum non solum ante Bacchides scriptam, sed etiam inter primas Plauti fabulas et ab adulescente poeta factam esse crediderim. Artis enim nondum perfectæ vestigia hic illic apparere videntur.

Inter dubia huius sententiæ argumenta etiam brevitas fabulæ afferri possit. Hanc enim ipsi Plauto imputare malo, quam ut histriones credam, quum fabulam postea retractarent, ex longiore breviorem fecisse, quippe quos plerumque contra egisse videamus, ut inutilibus additamentis et inani loquacitate Plautum amplificarent. Si quis autem partes aliquas fabulæ

excidisse statuerit, minoribus equidem lacunis eam non paucis laborare video, ut ante v. 191 et 356 et in 680, totas scenas non requiro. Quod ad artem et virtutem fabulæ attinet, nimis severa mihi videntur multorum iudicia. Ladewigius enim (Zeitschrift f. Alterth. 1841 p. 1079 sqq.) ex duabus Græcis male contaminatam censet, nec alio ducit Weisii opinio (die Komoedien des Plautus p. 99 sqq.). His iure contradixerunt R. Mueller (de Plauti Epidico, Bonn. 1865) et L. Reinhardt (in Studemundi Stud. I p. 103 sqq. et Jahrbücher f. Philologie CXI p. 194 sqq.). Hic quidem non contaminatione sed retractatione vitia fabulæ orta esse censet, et unum saltem locum ab ipso Plauto profectum non esse ostendit, vv. 47—49, nec minus aperta interpolationis exempla proxima præbent. Quod autem idem v. d. (Jahrb. p. 195 sq.) ex v. 364 sqq. lenonis quoque partes aliquas in hac fabula fuisse efficit, eumque, quod mendacio suo Epidicum adiuvisset, gravi damno affectum esse, id inde effici non posse ad eum locum videbimus; levisque admodum coniectura est, ut Poenuli et Andriæ ita huius quoque fabulæ duplicem exitum olim exstitisse, genuinum alterum, alterum post Plauti mortem suppositum, hunc autem solum ad nos pervenisse; nam ultima Epidici scena nec Plauto indigna est et legitimo, quo Plautinæ fabulæ terminari solent, metro (v. Proleg. p. 172) conscripta est. Illud apparet, ne ab hac quidem fabula abstinuisse histrionum manus alia addentium alia retractantium, sed peiorem Epidici condicionem quam ceterarum esse non credo, nec mihi hoc persuasit Franckenius (Mnemosyn. 1879 p. 1 sqq.). Nam quæ et illi et aliis inter se pugnare videntur, eorum partim re accurate perpensa recte se habere apparebit, partim poetæ ipsi imputari possunt, qui si in argumento tam implicato non omnino sibi constitit, nec mirum est nec a spectatoribus animadverti potuit.

Ex Italis hanc fabulam imitatus esse dicitur Luigi da Groto, qui etiam Cieco d'Adria usurpatur, quum Emiliam scriberet. Molierius autem inter fallacias Mascarilli in l'Etourdi I, 9 huius quoque argumento usus est.

In recensenda hac fabula et Gepperti editione usus sum (1865) et Goetzii (1878). Hac demum effectum est, ut et ce-

terorum codicum scripturas et Ambrosiani palimpsesti quæcunque repetito doctorum virorum studio legi potuerunt nota habeamus, eamque adeat, cui nostra brevitas parum satisfacit. Ego in Ambrosiano eius testimonio confisus sum, Vaticanum et Britannicum (B et I, nam huius quoque in commentario interdum mentio fit) ipse contuli. Palimpsesti folia, quæ Epidicum continuerunt, de quibus accurate disputat Goetzius præf. p. VII sqq., nec omnia servata sunt et præter primum fere pessime habita. Continuerunt autem quæ exstant vss. 1—28 (tua), 53—115, 152—185, 215—252, 445 usque ad finem. In ceterorum codicum archetypo quum Epidicus prioris voluminis extremum locum teneret (v. Proleg. p. 152), librarius veritus, ne membranæ concessæ deficerent, versus sæpe iusto longiores fecit, ut ne septenarii quidem et senarii accurate serventur. Sed et maiusculæ litteræ interdum versuum initia indicant nec facile in notis versuum generibus dubitari potest. Itaque pravam versuum discriptionem, in qua cod. Britannicus cum Vaticano congruit, plerumque non in varietate scripturæ textui subiecta annotavi, sed commentario reservavi; si quid deerit, qui volet apud Pareum inveniet.

Personarum nomina omnia Græca sunt, pleraque ita ficta, ut cum ironia quadam hominum ingenia significent. *Epidicus* quasi *ἐπὶ δίκῃ, ἐπιδικαζόμενος*, servus appellatur cum hero litigans et, quas ipse meruit pœnas, ab eo repetens (v 722). In cod. B plerumque „Epydicus“ scribitur, quod semel indicare sufficiat. Idem autem nomen ex incerta fabula affertur apud Marium Victorinum p. 2524 P. *Stratippocles* magnifico nomine eius generis, quod commemorat Aristophanes Nub. 63 sq., adulescens dicitur, cuius ea erat belli gloria, ut armis relictis rediret (31), *Chaeribulus* (codd. „Cheribolus“), i. e. consiliis gaudens, amicus amicum solo consilio, non re adiuvans nec quidquam afferens nisi quod aliquid aliquo modo inventum iri sperat (332), *Periphanes*, i. e. illustris, senex qui adulescentem se gloriatur militaribus factis famam et divitias sibi parasse (441 sqq.), populi sententiis laudari solitus (516), sed reapse stoliditate insignis; amicus vero eius, non minus stultus, quamvis iuris peritus habeatur

(283. 522). *Aporcides* dicitur, quasi ex eo genere, qui, quum domum suam tueri non potuerint, peregre migrare coacti sint.

Argumentum

acrostichon.

2. *aliam qui* Pylades em.; Gepp. „qui aeque", Goetz. „qui aliam". Hiatus in cæsura facile ferretur; sed subiectum variatur, ut, si retinueris *atque*, aut „is" aut „ille" addendum sit. — *conducticiam* Pylades em. — 3. *filii*, quod sensus requirit, recte Goetzius tuetur Anal. Plautin. p. 82, nec enim est, quod credamus argumenti scriptorem a trisyllaba forma abstinuisse. Vulgo inde a Camer. „filio" editur cum sequentibus iunctum, sed *erili* sine substantivo exstat etiam Pseud. Arg. I, 6. — 4. *destinat*, emit, cfr. infra 486 al. — 5. *Mox* add. Pylades. — 7. Ante *haec* hiatus in cæsura; Mueller. „ita" addit, quod non displicet. Vulgo cum Camer. „quaeritabat".

Ipsius fabulæ

Prima scena Thesprioni Stratippoclis servo ex bello redeunti occurrit Epidicus alter servus properantemque confabulandi causa revocat. Canticum vividissimum partim trochaicis septenariis partim iambicis octonariis movetur interpositis etiam hic illic dimetris trochaicis catalecticis, quos B binos in unum versum iungit, A singulos servat. Hoc eius schema est: 1—2 tr. septenarii, 3—6 tr. dimetri cat., 7—8 iamb. octonarii, 9 similis, si „Eugepae" scribitur; si cum codd. „Euge", septenarius in unum systema iungendus cum proximo, 10, qui troch. septenarius est. 11—12 tr. dim. cat., 13—18 trochaici septenarii, 19—23 iamb. octonarii, 24—25 tr. septenarii, 26—29 iamb. octonarii, 30—37 tr. septenarii, 38—44 iamb. octonarii, 45—46 tr. septenarii, 50 iamb. octonarius, 52—57 tr. septenarii, 58—59 iamb. dimetri cat., 60—61 iamb. octonarii, 62—63 dimetri iambici, 64 corruptus, 65—66 iamb. octonarii, 67—69 tr. septenarii, 70—71 tr. octonarii, 72—75 tr. septenarii, 76—79

trochaici dimetri catalectici, 80—81 trochaici octonarii, 82—83 troch. septenarii.

1. *reprehendit* A, ut Mil. 60. Trin. 626. — 2. *Familiaris*, eiusdem familiæ servus, cf. Amph. 127. Thesprio quasi offensus respondet, iure eum familiarem se dicere, nam nimis familiariter prehendendo molestum sibi fuisse. — 3. „dhesprio" B man. sec., *Thesprio* A et cett. — 5. *Satis recte* A; posterius iam Scaliger divinaverat. — 6. *quae uelis.* Coniunctivum in eiusmodi sententiis legitimum esse, animadvertit Prehn. Quæst. Plaut. de pron. indefin. p. 27, v. Pers. 16. 482. Poen. 1052. Stich. 471. Trin. 1152. Pseud. 941. Asin. 45. Cist. 322. Mil. 1033. Trin. 439. — 7 sq. Epidicus Thesprionem salutavit; hic sola salute non contentus interrogat, nonne id addat, quod addi soleat; nec recusat Epidicus, quo minus domum reduci cenam det, cf. Bacch. 92. *ceterum* pro adiectivo est, non pro adverbio, cf. ad Capt. 984. infra 546. Men. 222. Liv. XXII, 20, 6: „ceterum omne". Personas A secutus distribuerat Goetz. Anal. p. 85; in edit. cum ceteris a „Quod" Epidici verba incipit. *quod eo adsolet* ferri non potest; ed. pr. et Guiet. „eo" delerunt; Acidalius „eoadsolet" coni., quem sequitur Goetz. afferens Cas. 497: „coaddito"; sed illa compositio nihil habet offensionis, hæc vero ea, quæ in unam notionem coniungi non possunt, componere conatur. Syllaba excidisse videtur, ut fuerit: *quod eo addi solet.* — 9. *Ut uales?* A, ut iam Cam., cf. Most. 705. Pers. 17. 205. Trucul. 571. Epidicus responsum non exspectat, sed ipse addit, apparere eum bene valere, nam corpulentiorem factum esse. B verba *exemplum adesse intellego* Thesprioni dat, et in A quoque post hæc verba personæ spatium vacare dicitur. Quod si recte fit, cum Grutero scribendum est: „TH. Exemplum adest. EP. Intellego". Si retinetur codicum et palimpsesti scriptura „adesse", hæc verba Epidici sint necesse est; Thesprio „uides" dixisset, non „intellego". — *Eugepae* Camer., ut versus ceteris similis sit; *euge* per se probum est, cf. Pers. 91: „Me dicit; euge", ubi B „eugae" ut A h. l. et Most. 673, atque ultima longa apparet Most. 251. Merc. 618. Ter. Andr. 345, nec ullus repugnat locus; quare

nolim cum Fleckeisenio, Ann. phil. CVII p. 503, Latinam interiectionem utique ad Græcum εἶγε accommodandam esse dicere. — 10. *habitior*, pinguior, ut ait Festus Ep. p. 102, ex Donato emendatus ad Ter. Eun. 315: „Si quast habitior paulo, pugilem esse aiunt". Cf. Masur. Sabin. apud Gell. IV, 20, 11: „equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem eius uberrimum et habitissimum viderunt." — *Huic*, i. e. manui, *gratia*, sc. habenda est, cf. Ter. Ad. 121. Militaris servus virtute se opes quæsisse gloriatur; Epidicus manum furto assuetam esse dicit. — 11 sq. ex A edidi; vulgo unum septenarium faciunt, Camer. „deperdidisse" scribens, Mueller. Nachtr. p. 124: „edepol perdidisse". — 13. „Hinc Ammianus Marc. XV, 13, 3: ut ait comicus, arte despecta furtorum rapiens propalam." Gepp. — 14—19 una cum 5—13 ferri non posse, et alii contenderunt et Langen. Plautinische Studien (1886) p. 288, properationem Plautinam parum intelligentes. — 14. *te infelicent* A. Verbi hæc sola forma apud Plautum invenitur, v. Casin. 228. Merc. 428. Poen. 447. Rud. 874. 1212; eademque iure restituta est Cæcilio ap. Non. p. 126, ubi codd. „infelicitent", v. Buecheler. Mus. Rhen. XV p. 433. — *is* Scutarius emendavit; „es" codd. et fortasse A, sed gradibus grandibus esse pro ire non est veri simile Plautum dixisse. In B *tu* prius omissum eadem, ut mihi videbatur, manu additum est, nec vidi, quod ait Studem. apud Gepp., prima manu „is" scriptum fuisse. Muell. Pros. p. 14 „cum tuis gr." voluit. *Grandes gradus* militares erant, cf. Pseud. 1049: „Quin hinc meamus gradibus militariis?" — 15. *apud portum* rectissime emendavit Langrehr, ut infra 218 A et I, 222 etiam B. Thebis Athenas redeuntes in portum venire non poterant. — *curriculo* I, cf. ad Most. 354. — 16. *adipiscendi* codd. cum A; Both. et Goetz. „apiscendi", v. ad Capt. 482 cum addendis. — *Scurra*, homo urbanus et delicatus, v. ad Curc. 296. Catul. 22, 12. — 17. *equidem* A, v. ad Amph. 757. — *Audacter quamuis dicito*, cf. Merc. 718. Thesprio gloriabundus ait, si militarem se dixerit, nullum periculum esse ne mentiatur, v. Capt. 624. al. — 18. „Quid agis?" A et B; *Quid ais?* Camer., et sic I, cf. 30 et ad Amph. 414. — *perpetuen* et B et I; ed. pr. et vulg. „perpetuo". Neue

Formenl. II p. 645 animadvertit in inscriptione anni 18 p. Chr. (Orell. 686. Willmanns 884) v. 6 legi „perpetue", v. 17 „perpetuo". — *uarie*, non semper eodem modo. Epidicus scurriliter ludens ad varietatem coloris trahit, et quum plagis lividi „uarii uirgis" dicantur (Mil. 218), varia hominum genera sibi parum placere dicit. Hæc autem bestiarum nominibus significat varia pelle insignium, pantherarum et caprearum. Capreæ enim nominandæ sunt, non capræ, quæ sæpe unius coloris sunt, nec Plautus „caprigenum genus" dixit, ut vulgo editur, sed ut in codd., etiam in A, est, *capreaginum*, quod a caprea formatur ut oleaginum ab olea. — 20. In lacuna codicis B sec. manus addidit: „de. THES". Ed. pr.: „Ut illa respondeas probe", quod, si *responses* posueris, versui convenit, sed „illa" plurali numero ferri vix potest; scribendum est aut „illud" aut *id mi*. Hoc fortasse in A fuit, cuius scripturam admodum incertam sic affert Goetz. in ed. UTILLAERES. Gepp. ed.: „EP. Iam ut alia responses. TH. Probe!" Goetz.: „EP. Mitte illa ac responde hoc. TH. Probe!" Verum *Probe* in respondendo approbantis est, non promittentis, cf. Mil. 1140. Ter. Eun. 773. Brix. coni.: „TH. Ut ualui, respondi probe". — 21. *Quid ... filius*, sc. agat, cf. Asin. 30. Most. 833. — *Ualet* A recte Thesprioni dat; cett. cum interrogandi signo Epidico, quasi fuisset „Ualetne?" — *pugilice atque athletice*, cf. Bacch. 245. — 22. *atportas Thesprio* A. — 23. *ubist is* et *aduenit* et *ergo* A. — Ante *nisi* auditur „Nusquam video". — 24. *melina*; et A et cett. duplici l „mellina", sed *l* simplici scribendum videtur; est enim scortea mantica ex melis pelle facta, quam bestiam pellemque eius Plin. H. N. VIII, 37, 55, 132 commemorat, cf. Grat. Cyneg. 401: „Collaribus ... lucifugæ cristas inducere melis". ib. 340, ut em. Salmas., „canaque e mele galeri". Diocletiani Ed. de pretiis Cap. 8 n. 29. — *Di te perdant*, qui tam inepte risum quæras, cf. 69. 29: „Uae tibi!" al. — 25. *reddetur* A, „redditur" I. Versus causa Cam. „reddibitur" et „mihi da". Goetzius *Thesprio* addidit, quum in A personæ spatium vacaret. — 26. Propter membranæ vitium, credo, hic versus in archetypo tribus versibus scriptus erat; sic enim A, B autem tres primos iambos antecedenti versui annectit; uterque

proximi versus initium „Quem“ huic adiungunt. *Ius dicis*, id quod iustum est, cf. Pseud. 1316: „ius petis“. Trin. 1161: „ius hic orat“. Stich. 424: „et ius et aequom postulas“. Rud. 1125. 1139. Sed alio torquetur, quasi de prætore ius dicente locutus sit. — 27. Ante *hodie* hiatus est; Goetz. „hoc“ addebat, Mueller. „esse aeque“ scrib., Fuhrm. „me esse“. — 29. *Lictores duo* cum fascibus prætorem urbanum comitabantur, v. Cic. Agrar. II, 34, 93. Censorin. d. nat. 24, 3: „M. Plaetorius tr. pl. scitum tulit, in quo scriptum est: Praetor urbanus qui nunc est quique posthac fuat, duo lictores apud se habeto cet.“ Epidico autem si adstarent hominis fascibus instructi, verberandi causa arcessitos esse consentaneum fuit, cf. Asin 568: „ualidos lictores ulmeis adfectos lentis uirgis“. Goetz. hic quoque „ulmei“ scripsit. — 30. Deest aliquid; *me* addidi. „Eloquere, ubi“ addebat Goetz. Anal. p. 113, nam prava sunt, quæ propos. Both.: „Quid ais tu?“. Gepp.: „Quid aliud rogas?“ — *arma*, quæ Thesprio armiger eius portare debebat. — 31. *Atque quidem* cod.; „equidem“ Luchs. Herm. VI p. 277 et Goetz., cf. ad Amph. 757. — 32. *istuc* Gruter. em. — 33. *fecerunt idem*, ut arma hostibus relinquerent. — 34. *ante* I aliique. Sui temporis homines his verbis tetigisse Plautum, parum veri simile est; ad fabulas regressus arma, quæ sponte moverentur, ἡφαιστότευκτα debere esse dicit; cf. quæ Homerus Il. XVIII, 373 sqq. de tripodibus narrat; honori autem fuisse Stratippocli Vulcani arma habere. Si hoc ita est, respondet Epidicus, non dolendum est, quod arma perdiderit; Achilli Nereides alia apportabunt; addit tamen salsiore etiam irrisione: modo ne tam sæpe hoc faciat, ut scutariis materies deficiat. Omnia recte se habent, si codices sequimur in personis distribuendis; corruperunt edd. v. 35 „Mulciber cet.“ Epidico dantes, v. 36 „Tum cet.“ Thesprioni, v. 38 sq. Epidico; unde profectus Goetz. etiam vv. 35—37 post v. 31 posuit, quamvis appareat v. 31 a 32 divelli non posse; Seyffert. spurios putabat. — 36 sq. *Tum ... filiae* affert Priscianus VI p. 708, ut ablativum *Theti* probet. „Nerei ei“ maluerunt Muell. et Goetz. — 38. *scutariis* iam margo cod. B et ed. pr. — 39. „is“ om. ed. pr. — 40. *Supersede* iam in B emendatum, et sic Nonius

p. 40. cf. Poen. 412. — *ubi* B man. sec., cett. — 43. *se neuolt* Both. em. — 47—49. duo senarii cum octonario iamb.; illos septenarios tr. fecit Goetz. scribens „hinc in Thebas" et (cum Ribbeckio) „mihi interim". Sed summo iure Reinhardtus (Studem. Stud. I p. 104) hos tres versus spurios iudicavit, nam si Epidicus hoc loco rem narrasset, fieri non potuit, ut v. 60 Thesprionem de ea celandum esse diceret. Quod vero eadem damnatione v. 50 complectitur, quia similis sit Poen. 753: „Utcumque est uentus, exim uelum uortitur", probari nequit; potius, si alter uter versus tollendus est, Poenuli is erit. *exim* B man pr., cf. Ritsch. Opusc. II p. 456. — 51. Versum *ἄμετρον* iure damnarunt Weis. Gepp. Hasper, nam v. 58 demum id dicit, quod hic dixisse putatur. Goetz. licenter: „quid ais tu? TH. Quid est?" — 53. Ex corrupto „Reddigitur" Camer. „Redde igitur" vix Latine; I ceterique *Quid igitur?* unde Goetz. „Quid uis igitur?" Weisius, quem in priore ed. secuti sumus, verba „TH. Uili .... minis" pro spuriis seclusit; mihi iam veri similius videtur excidisse aliquid, addidique *eam emit.* Tum Meursius pro *Tot* scripsit „Totis", quod recepit Goetz. magis ad nostram quam ad Latinorum dicendi rationem. Seyffert. in praef. Goetzii: „TH. Tot. EP. Quot? TH. Quadraginta minis." Weisius: „TH. Tot. EP. Quadraginta minis!" Sed nihil obstat, quominus omnia Thesprioni dentur. Is primum solito more digitis numerum significat, tum clarius verbis enuntiat. — 54. *danista*, *δανειστής*, qui argentum fænore dat, cf. Most. 521. — 55. Fænoris causa in singulas minas quotidie nummum debebat, i. e. pro centenis drachmis binas, nam nummus didrachmon est, vid. not. ad Aulul. 440, ubi eatenus erravi, quod ab Æginetica ratione profectus sum. Corinthiorum ratio potius ab antiqua Euboica ratione repetenda est; stater autem Corinthius, qui et ipse nummus Italorum est, *δίδραχμον* est, quamvis Attico paulo minus. Fænus igitur fuit ingens, binæ centesimæ in dies, ut non immerito exclamet Epidicus; ac tamen interdum ulterius progrediebantur *ἡμεροδανεισταί*, ut ille apud Theophrastum, Char. 6, qui *τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας* postulabat. — 56. „qui petit" pravum est; aut „petat" scribendum, aut „atque", et hoc quidem Plauti similius est. Utrumque proposuit Seyff.

apud Goetzium præf. XXII. — 57. „basilisce“ I et E. *basilice* edd., cf. ad Curc. 359. — *aut* fuit quum delere mallem, sed cf. Mil. 279: „Quid iam? aut quid hic negotist?“ *Quid iam?* etiam Most. 450. Pseud. 958. Pers. 30. Trucul. 330. 733, i. e. quomodo hoc dicis? — 58 sq. Si hic unus versus est, necesse est et transponantur extrema, ut scribatur „arma perdidit“, et addatur aliquid in prioribus, ut: „Epidice. EP. Eheu. perdidit me“. Gepp. scripserat: „Homo me perdidit“, Goetz.: „Ei! me perdidit“. Si relinquitur codicum scriptura, duo fiunt iambici dimetri catalectici, v. Spengel. Plaut. p. 143. — 61. Octonarium in duos quaternarios divisit A, ac sic fecisse mallem, ut in proximo, sed paulum refert, utro modo scribatur. — *taceam optumumst*, v. ad Asin. 445. — 63. *edepol* et A et cett.; Mueller. Luchs. Goetz. „pol“, ut „Nescio . . . tuum“ iambicus octonarius sit. Post *tuum* excidisse aliquid, cum Goetzio credo, sed supplere non audeo, neque hoc incerto voc. *Uideor*, etiam in A lectum, quamvis et ipse ad antecedentia pertinere credam, mutare ausim. Gulielmus coni.: „ita uoltum tuum uideo“, Acidal. „uti u. t. uideo“, Mueller. „ita uoltum turbatum uideo tuum“, Seyff. „ita uoltus tuust“. — 65. *hic* codd., Mueller. „hinc“ fortasse recte. In B, quicum consentit I, versuum 64—79 discriptio turbata est. Duodecim versus fiunt, quorum hæc principia: 1 Trepidas. 2 Hic, 3 Abeo, 4 Amatne, 5 Detegetur, 6 Iuppiter, 7 Uenire, 8 Eo, 9 Prius, 10 Quod, 11 Mitte, 12 Pereunda est. — 66. *Potin ut . . . ne*, cf. Men. 615. Pers. 286. Bacch. 747. Merc. 433. 768. Pseud. 636. Trucul. 887. Ter. Ad. 626. simplex „ne“ Poen. 1250. — Post *Abeo* hiatus, nisi cum Camerario „sies“ scripseris. — 68. *Ei* R. Muell. addidit, Gepp. „Tum“, Goetz. „Hercle“. — *Detegetur*, nam corium quasi tectum est tergo. Nonius p. 278 „degitur“ legerat, unde efficit: „degere est detrahere“, quod defendere conantur Fleckeis. Ann. phil. CXIX p. 767. Leo in Herm. XVIII p. 567. — 69. *Plusque amat*, continuatur oratio Thesprionis, v. ad Amph. 1136. — 70. *me* addidit Camerarius. Octonarium trochaicum constitui cum Goetzio, proximumque similem feci addito *Ire*, Goetz. septenarium: „Ad sodalem Chaeribulum iussit huc in proxumum“. — 73 scripsi ut R. Mueller. p. 34. — 75. *Eu edepol*, v. ad

Most. 331. Edd. „Heu". — *turbulentas* Gruterus. Quod in B additum est t. post rasuram addidit man. sec. — 76. *Haecine* M. Warren. American journal of philology II aliique non interrogative, sed affirmative positum censent, qui quin errent, non dubito; cf. ad Pers. 221. — 77. *pereundast*, mira passiva forma, cf. Trin. 265: „abstandus". 1159: „si illa tibi placet, placenda dos quoque est". Varr. ap. August. Civ. dei XXII, 28: „in renascendis hominibus". Non credit Francken. Mnemos. 1879 p. 7, et coniicit: „pereundost prope". — 78. *med* Both. — 79. Post *tu* hiatus; Goetz. cum R. Muellero „interbitas". — 81. *sum beneuolenti* emend. Goetz.; R. Mueller. proposuerat: „Beneuolum cum beneuolente". — „a me" del. Guietus. et Goetz.; sic versus septenarius fiet. — 82. *si quidem* Ribbeck., idemque in A fuisse videtur.

84. Epidicus solus secum trochaicis septenariis pergit; sed inde a 87 ad 100 alternantibus dimetris creticis, ut recte vidit Spengel. Plaut. p. 165 sq. Sequuntur 101—103 dimetri trochaici catalectici; tum continui septenarii. In A breviores versus etiam singuli in binos divisi sunt, ut pro dimetris monometri cretici fierent. B desperata fere versuum discriptione longiores fecit a v. 85 ad 103, quorum hæc principia: 1 Epidice, 2 Inpendent, 3 Itaque, 4 Ex, 5 Senem, 6 Emit, 7 Si sibi, 8 Nam, 9 At enim, 10 Qui.

84. *Illic hinc abiit*, v. ad Aulul. 257. — 86 sq. *Tantae .... itaque* iungenda. De structura paratactica v. ad Amph. 952. — *montes mali*, infortunii, cf. Most. 344. — 93. „quam ipse amat" corruptum est; ne de sene intelligeretur, Gepp. „iste amat" ed., Muell. „iste amabat", Guietus „ille amabat". Sed etiam „quam mandauit" pro „de qua" parum recte dicitur. Quid in A fuerit, ignoratur. Credo Plautum scripsisse: *quam ipse emundam abiens mandauit mihi.* — 94. *Si* B recte; edd. „Is", male; Goetz. et hoc omisit et proximo versu „animi causa" propter v. 46 temere. — 95. *corium perdidi*, cf. Ter. Phorm. 76: „scapulas perdidi". — 97. *despoliat* scripsi, sc. corio (95); „despoliet" nihil est; Palmerii autem coniecturam „depoliet" in priore ed. frustra tueri conatus sum. Præsens pro futuro in quotidiano sermone interdum ponitur, cf. Most. 590:

„nemo dat." ib. 1070. Notiora sunt „quid ago?" (Madv. Gr. Lat. 339 ann. 2 a) et „iam redeo" (v. ad Merc. 951) et infinitivi usus, de quo v. ad Most. 16. — 98. *praecaues* scripsi; imperativus enim in principio sententiæ „itaque" flagitaret, non *at enim*, quod obiici aliquid significat. — 99. *At enim. Bat enim* ex A addidit Studem. Herm. I p. 295. Epidicus statim ipse se reprehendit, et improbata obiectione id vocabulum, a quo cœpit, cum contemptu distorquens repetit, ex „at enim" „bat enim" faciens, quod nihil est. Similiter Pseud. 236: „CAL. At. PS. Bat." Pers. 213: „P. Heia. S. Beia." — *nihil est istuc*, nugæ sunt; præcaveri non potest. — 100 sqq. secum disputat. — 103. *Men tu rogas* codd.; Goetz. „Men rogas", ut dimetrum creticum faceret, quum in A ante „rogas" N exstare visum esset. — 104. *Tu quidem* codd. et A; Goetz. cum Seyff. „Tu equidem". *mutua*, tanta copia erat, ut quod abundaret aliis mutuum tradi posset. — 105. *Aliquid* ex A restitutum est; *aliqua* edd. cum I. Cf. 332 sq. — 108. *concedam* B man. sec. cett. — *placide*, quietus, cf. Mil. 222. 523. 1214. Merc. 137. 158. Pseud. 243. Poen. 544. Rud. 1149.

109. Stratippocles et Chæribulus adulescentes septenariis colloquuntur; postea Epidicus sermonis particeps fit. In B huic scenæ suprascribitur DV, i. e. diverbium, v. Proleg. p. 171 sq. — *admodum*, prorsus, cf. ad Bacch. 833. — 110. *edictaui*, v. ad Amph. 809. — 112. *Idne pudet te*, cf. Most. 1145. Neue II p. 622. *quia*, v. ad Asin. 55. — 113. *In praeda*, inter res hostibus ereptas. Solet „de praeda" dici, idque hic scribendum censuit Studem. Ann. phil. CXIII p. 67. — Qui hunc versum sequuntur in codd. ceteris tres versus, ab A absunt, ne quis dubitet quin inepti hominis additamentum sit; delevit Gepp., uncis seclusit Goetz. — 114. *uerbis suis* Gertzio misere languere videntur, quum „solis" aut „meris" exspectetur; „rebus suis" fuisse suspicatur. — 117 *Quod*, v. ad Bacch. 1026. *detur* Pius em. — 118. *Si hercle*, v. ad Aul. 48. — *non negarem* supplevit Camer.; Goetz. cum Muellero Pros. p. 257: „pollicerer" ex v. 331. — 120. *defatigor*, *differor* Camer.; diffatigor", quod Goetz. cum Gulielmo retinet, nihil esse videtur. „defatigor" etiam E. — 121. *mersos* dicit, quia apud argentarios in foro

æs alienum contraxissent eoque oppressi emergere non possent. Tales Stratippocles amicos quæsita allitteratione *furno mersos* se malle ait, cf. Cas. 288: „in furnum calidum condito". — 122. *pretio pretioso*, i. e. magno, alliterationis causa, cf. ad Amph. 274. — 123. Pro *ego* Muell. „ego hercle", Schoell. „hercle"; vix opus. *irrigatum plagis*, ita plagis affectum, ut tergum eius sanguine madeat. *pistori*, in pistrinum. Ter. Andr. 199: „Verberibus caesum te in pistrinum, Daue dedam usque ad necem". — 126. *fidem* Lamb. em. — 127. Cum *symbolis*, quæ in cenam collaticiam conferuntur, plagas comparat, quas sibi exspectat, nec immerito, quoniam nihil agenti plagas erus promittit. *sine sumptu* suo has symbolas conferri dicit. Etiam apud Xenoph. Conviv. 1 extr. *συμβολαί* pro ipsa cena ponuntur. Iocus de Græco translatus videtur, nam similiter Aristophanes Ach. 1210, ubi Lamachus: *Τάλας ἐγὼ ξυμβολῆς βαρείας*, i. e. *τῆς ἐν τῇ μάχῃ*. Dicæopolis autem respondet: *τοῖς Χουσὶ γάρ τις ξυμβολὰς ἐπράττετο*; — 129. „Salua" del. Weis.; ex initio alius versus ortum est. R. Mueller.: „Sua". — 130. *Saluom te aduenisse* sc. gaudeo, cf. 7 al. Quod in codd. additur „gaudeo huc", facile auditur. Erus impatiens eum sententiam peragere non sinit. Secutus cum Gepp. et Goetzio R. Muellerum sum, nisi quod illi: „aduenisse huc". Pylad. „Saluom gaudeo aduenire". — 132. *mandauisti* Both.; Guiet.: „tu mandasti". — 133. *Empta ancillast* Cam. — *quod*, v. ad Curc. 327. — 134. *Missiculabas* pro missitabas mira frequentativi forma. — 137—39 a Plauto alieni videntur Goetzio, iniuria. *impendet* iam in B emendatum. — 138. *homini* Scioppius, cf. Muell. Pros. p. 577. Ante h. v. hiatus in cæsura; Goetz. „Hercle qui" voluit. — 139. *bene feci* I et ed. pr. — 140. „*Desipiebam mentis* pro mente desipiebam. Plautus Epidico: desipiebam mentis, cum illa scribta mitterem" Nonius p. 499, in quibus coniunctivus falsus est. *illa scripta* probum, nam epistolas scriptas esse dicere non attinuit. *mentis* dicitur ut „animi", cf. Trin. 456: „Satin tu sanus mentis atque animi tui". Rudimannus affert Sil. Ital. IV, 370. VIII, 17. — 141. *piacularem*, victimam. Lipsius confert Plin. Ep. III, 9, 9: „ne potentissimi vilissimo quoque quasi piaculari dato elaberentur". — 142. *succidaneum*,

vicarium. Sic dicebatur hostia, quæ, ubi prioribus litatum non erat, secundo loco cædebatur, v. Gell. IV, 6, qui et vetus senatus consultum et hunc locum affert. Ex Gellio *tuae stultitiae* Both. — 143. *Quid istic?* v. ad Bacch. 1046. Vulgo hæc parum recte cum sequentibus iungunt. — *Verba facimus*, v. ad Most. 788. — 144. *calidis*, celerrime comparatis, cf. infra 257, 285. Most. 653. Mil. 228. Poen. 913: „At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur". — *resoluat* Pylades; cf. ad Asin. 429. — 145. *trapezita* h. l. duas primas syllabas breves habere videtur. Goetz. cum Ritsch. Op. II p. 524: „uis me". Vv. 145—47 iniuria interpolatos habet Goetz. — 146—47. Extremæ versuum partes exciderunt; supplevi ut potui. *Ante solem occasum*, cf. Men. 126. 1003. Gell. XVII, 2, 10 ex XII Tabb.: „Sol occasus extrema tempestas esto"; item ex Claudio Quadrigario; id. III, 2, 3. XIV, 7, 8. Priscian. p. 869 ex Lucilio. — *e loculis*, cf. Hor. Sat. I, 3, 17. Ep. II, 1, 175. — *in pistrinum* I; „pristinum" defendit Ritsch. Op. II p. 459 sq. Franckenius aliter supplet: „ante solis occasum edolaueris" et „tu te in pristinum ipsus conferas". — 149. *nostros*, familiares, qui conservo non parcant in verberando. — 150. *Quid? Tu*, sic interpunxi. Superiores „Quid tu nunc?" Goetz. cum Seyffertio Stud. p. 18: „Quid tu? nunc". — 151. *accedam*, adibo. *atque audaciam* corruptum est. Guiet. coni. „atque audaciter", Goetz. „aliqua audacia". Aut longe aliud fuit, velut „quam te deseram" vel „quam illa ex te audiam", aut excidit versus, ut voluit W. Wagner Litterar. Centralbl. 1879 n. 11: „Meam exercebo, ut mea uirtute seruem hodie uitam tuam". — 152. *quodlubet*, quodcunque fuerit; sic et A et cett.; Goetz. cum Guieto: „qualubet"; Seyff.: „patiar, dis quidquid lubet". — 153. *Quid illa* et *res* A; et iam Non. p. 508: „Repperibitur pro repperietur cet". — 154. Nonius p. 8: „Epidico: aliqua ope exsoluam, extricabor aliquam, i. e. ex impedimentis liberabor". Langen. Beitr. p. 68 et Abraham Ann. phil. Suppl. XIV p. 221 ex A „exsoluar" amplectuntur, ut omittatur „ope". — 155. *Euboicus*. Idem v. 301 Rhodius dicitur. Num sui oblitus est Plautus? Iure Langen. Stud. Plaut. p. 140 animadvertit, parum referre, quid illo loco servus seni narret. — 157. *tramittas* A; „trans-

mittas" cett. — 160. *luculente*, præclare, hilariter Gepp. et Goetz. ex A „luculentum" quod probat Abraham l. l.

161. *senatum*, v. ad Aulul. 541. — 163. *subito* et A et cett.; „subita" maluerunt alii, ut Curc. 302. — 164 *Nonnum* scripsi, ut Aul. 67, nam particula „enim" non est apta — *dormitandi* A, Goetz. — „tibi" del. Cam. — 165. Ex B Camerarius: „At eundem senem". Acidalius „At tandem", non melius, nam „At" pravum est. I ceterique: „adeundum" (idemque in A legi dicitur); inde ed. pr. et Goetz. „Adeundumst", quasi „res aggredienda est", quod non sic dicitur; rectius Weis., „audendumst". Ego priore editione „Ad fundum" scripseram; iam *Actutum* ausus sum. — 166 *Ibo intro atque* A; sed versus longior est; „atque" om. Weis. et Gepp., „intro" R. Muell. et Goetz. — 167 ex A Goetzius ut edidi.

Proximæ scenæ quod in B suprascribitur DU, ultima littera excidisse videtur, ut *duo* legendum sit; nec enim diverbium est, sed canticum, cuius versus duo primi sunt trochaici trimetri catalectici, tertius tripodia trochaica. Sequitur 171 tetrameter creticus, 172 compositus ex dimetro cretico et tripodia troch. catal., 173 tetram. creticus, 174 dimeter troch. catal., 175 tripodia trochaica, 176—79 tetrametri cretici, quorum duo primi coniuncti sunt, 180 iamb. senarius (?), 181 tetrameter creticus, 182 iambicus dimeter cum duobus creticis et trochæo, 183 iamb. septenarius. In versibus discribendis fere A secutus sum, nam B in priore cantici parte versus turbat. Similiter Spengel. Plaut. p. 166 sq., aliter Reformvorschl. p. 41 sq.

168. Periphanes, cuius uxor ante aliquod tempus mortua est, postquam Epidici fraude se filiam suam ex Thebana matre olim susceptam emisse putat, eius matrem, Philippam, quam multis annis non vidit uxorem ducere cupit; sed veritus ne hoc sibi probro detur, Apoecidem amicum consulit. Is pudorem eius quasi ratione carentem vituperat, eosque ait, quos ubi non oporteat, pudeat, plerumque non pudere, ubi oporteat. Oratio anacoluthos, v. ad Bacch. 211. — 170. *Quom usus est ut pudeat*; hæc nihil aliud dicunt, quam quæ iam dicta sunt verbis:

„ubi pudendumst". Itaque Kiessling. Mus. Rhen. XXIV p. 119 tollenda censuit, Goetz. prioribus sublatis hæc eorum loco inseruit, præterea cum aliis „pudeant" scribens, cf. ad Casin. 815. Sed non raro fit apud Plautum, ut condicio semel posita post apodosin repetatur, v. ad Amph. 900. Asin. 870. Pers. 836. Nec aliter Cicero, v. Madv. ad Fin. I, 3, 7. — 171. *Quid est quod* A ut iam Lambinus. — 172. „pauperem te domum" Hermann. et Goetz., ut tetrameter creticus fiat. — 175. *filiam* A ut iam Aldina. Quid in B ante rasuram fuerit, non constat. — 177. *Uxorem*; prima vocis syllaba cum antecedenti versu iungitur, cf. Proleg. p. 186. Hermannus aliique: „Quam tu uxorem". *pudore exsequi*, cf. Cic. Tusc. I, 48, 115: („Decebat), qui labores morte finisset graves, Hunc omni amicos laude et lætitia exsequi". Ironice Apoecides pudoris causam se putasse ait, quod uxoris defunctæ memoriam pie coleret. Pro *sepulcrum uides* Franckenius (Mnemos. 1879 p. 8) suspicatur scriptum fuisse „speciem conspicis", quoniam de re improviso obiecta agi videretur; sed scurrilis iocus et exaggeratio non tam severe exigenda est, ac potuit sepulcrum, si prope viam erat, prætereunti etiam non cogitanti apparere. Salse autem non Manibus uxoris eum sacrificare dicit, sed *Orco*, mortis auctori. — 180. Versum affert Servius in Æn. XI, 160: „Veteres *vivendo vincere* dicebant supervivere. . . . Plautus in Epidico: Quia tibi licuit eum vivendo vincere". Goetz. mutato ordine „uincere uiuendo". — 182. *sextam* Herculis ærumnam cur nominaverit, non liquet. Quod non nulli putarunt significari Herculis pugnam cum Hippolyta amazone, quasi Periphanes diceret tantum sibi cum uxore bellum fuisse, illa ærumna apud omnes auctores nonum, non sextum locum habet, nec comparatio per se apta foret; Men. 198 alia ratio est. Kiessling. Mus. Rhen. XXIII p. 418 animadvertit senarium numerum sæpe exempli causa poni apud Plautum; hic autem, quia posterior quæque ærumna gravior esse debebat, poetam unam ex posterioribus nominare. — 183. Periphanes laudandam quidem pecuniam esse ait, sed non matrimonio iunctam. *maritast* recte A et Porphyr. ad Hor. Carm. sæc. 20: „lege marita"; unde etiam Propertius IV, 11, 33: „faces maritas".

184. Scenæ titulum dedi ex B, nisi quod ex A adscivi ordinem: PERIPHANES APOECIDES. Canticum iambicum incipit a duobus quaternariis iambicis, quorum posteriori additur semiquinarius iambicus; sequuntur quattuor octonarii et quaternarius. *St* extra numeros est. Primo versu Epidicus ex ædibus Chæribuli exiens herum et amicum eius tacere et bene sperare iubet. *St tacete*, quod iam Camerarius divinaverat, in A exstat. — 185 sqq. Hæc Epidicus secum. *auspicio foras* et alii scribi voluerunt et Studem. Stud. I p. 44; „foras auspicio“ codd., *aui sinistra*, quod etiam A habet, Weis. uncis seclusit. Prorsus simile est Pseud. 766: „Aui sinistra, auspicio liquido atque ex sententia“. Sinistra auspicia Romanis, Græcis dextra meliora visa esse et ex Cicerone (de Divinat. II, 39, 82) et ex Varrone notum est, qui causam inde repetit, quod et templo et auguri auspicia capienti sinistra pars orientem solem spectet, v. Fest. p. 339. Varr. L. L. VII, 7. — 186. *exenterem*. „Loquitur de senis marsuppio ut de pisce, cui ἔντερα eruuntur“ Gron. cf. 510. 670. 321. — 187. *eum meum atque* Goetz. add.; Acidalius „et Apoecidem“ scripserat; superiores male „Apoecidae“. — 188. Prior versus pars vacat in B. — 189. *exsugebo* pro exsugam, mira forma, cui unum comparari potest Novianum „dicebo“ apud Non. p. 507. Quod ad h. l. attinet, Nonius p. 479: „Plautus in Epidico: iam ego me uortam in erundinem Atque eorum exugebo sanguinem“. Sed idem p. 102: „Exorbebo pro exorbeam. Plautus Epidico: iam ego me conuortam in irundines Atque horum exorbebo sanguinem“; ut appareat fuisse qui „exsorbebo“ legerent. — 190. *Senati qui columen cluent*, i. e. qui senatus principes dicuntur, cf. Cas. 515. Nonius p. 484 s. v. „senati“ et hunc et alios locos affert.

191. Colloquium senum et mox Epidici septenariis trochaicis scriptum est, nisi quod 194—96 iambici octonarii sunt. Sed in principio aliquot versus exciderunt, ut animadverterunt R. Mueller, Studem. Ind. Gryphisw. 1870—71 p. 20, Goetz. Analect. p. 111. Palimpsesti folium v. 186—214 continens deest; sed et ordo nominum scenæ suprascriptorum ostendere videtur priorem locutum esse Periphanem, et folium, quod

excidit, quoniam nullus infuit scenæ titulus, facile plures quam 29 septenarios continuisse potest. Periphanes amicum interrogavit, quid fieri posset, ne novum matrimonium filium offenderet; is respondet, uxorem ei quærendam esse, ut continuo paternas ædes relinquat. Hoc autem consilium eo magis patri placet, quia eum a meretricis amore, quo implicitum esse audivit, abstrahere cupit. — 192. *in amorem* B man. sec.; Camer.: „in amore", quod etiam cum Plauti usu convenire, recte animadvertit Abraham l. l. p. 223; sed antiqua lingua hic interdum minus accurata fuit, nec solum „in mentem est" dicitur (v. ad Amph. 177), sed etiam Cas. 224: „in lustra iacuisti". — 193. Post *me* hiatus in diæresi; Goetz. „me hercle omnes" — 195. *orna te*, ut properantis speciem præbeas, v. ad Capt. 772. Hunc versum affert Gellius IV, 17, 4, ut *conice* prima producta pronuntiatum ostendat. — 197. *Age, si quid agis*, noli tergiversari, fac propere, cf. Mil. 217. Pers. 656. Stich. 716. Trin. 981. Similia sunt Poen. 1235: „Ite, si itis". Stich. 709: „bibe, si bibis". Senec. Benef. II, 5, 2: „fac, si quid facis". — 198. Goetz. cum Bothio: „quem omnem per urbem"; non opus. *defessus quaerere*, cf. 718. annot. ad Aul. 333. — 199 sq. Enumerantur loca, ubi homines otiosi versari solebant, gymnasium et forum cum lanienis et argentariorum tabernis, tum alia tabernarum et officinarum genera, cf. Demosth. Aristog. I. 52: *οὐδὲ προσφοιτᾷ πρός τι τούτων τῶν ἐν τῇ πόλει κουρείων ἢ μυροπωλείων ἢ τῶν ἄλλων ἐργαστηρίων οὐδὲ πρὸς ἕν*. Lys. 24, 20: *ἕκαστος γὰρ ὑμῶν εἴθισται προσφοιτᾶν ὁ μὲν πρὸς μυροπωλεῖον, ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον, ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον, ὁ δ' ὅποι ἂν τύχῃ*. Ter. Phorm. 89. Hor. Sat. I, 7, 3: „Omnibus et lippis notum et tonsoribus". De *lanienis* v. ad Pseud. 197. — 203. „et quidem ego" Goetz. cum Muellero. — 204. Verborum ordinem restituit Both. — 205. *Mane sis* Muell. Pros. p. 267. Goetz. cum Brixio „Manedum". — *Animo male est*, v. ad Amph. 1074. — 206. *PER. Recipe* em. Brix. Ann. phil. CI p. 765. — 207 sq. Lacunam B in principio posterioris versus indicat. *Quis hoc* addidit Camerarius. *Dicit* pro „scit" multi emendarunt. — 212. „alius quisque" nihil est; edd. inde a Camerario: „alius quinque", pessime, nam et „quinos" dicendum

erat, nec „alius" recte ponitur; saltem „alii" esse debuit. *Unus* scripsi. Ad usum pronominis cf. Cic. de Invent. II, 50, 152: „in unam quamque rem tantum singulas esse leges", or. agr. II, 31, 85: „si uni cuique vestrum bini pedes assignentur". — 214. *quantum fuit*, v. ad Aul. 778; h. l. post „numerus tantus" ἀνακολούθως, cf. ad Amph 959. — 215. *occurrebant* B man. sec., cett. — *ibi* add. Mueller. Nachtr. p 125. — 216. *Id adeo*, v. ad Amph. 464. *qui . . . animadvorterim*, auditur: „quæratis forsitan", ut Trin. 1050: „Hoc qui in mentem venerit mihi?" Poen. 350. Ter. Andr. 191, cf. Donat. Phorm. 685. Ad. 84. 261. 374. — 218. *ad portam* A ut 222, cf. 15. — *atque*, v. ad Bacch. 276. — *illi* et A et B, v. ad Amph. 245. — 220. *quam* præter B omnes; *deamat* iam in B emendatum. — 221. Cf. Trucul. 45: „et ipsus periit et res et fides". — 223. *ornata* A, ut iam Camer. Lepide vestimentis, auro, ceteris rebus instructam dicit. *aurata*, cf. Men. 789. — 224. *Quid*, v. Madv. Gr. Lat. 237 a. *indusiata* est vestis, quæ induitur; *regilla* sive recta tunica dicebatur, quam induebant et pridie nuptiarum diem virgines et, ubi virilem togam sumebant, pueri, v. Fest. p. 286. Nonius p. 539: „Regilla vestis deminutive a regia dicta ut et vasilica: an regillam tuniculam indulam an mendiculam?" Quæ derivatio quamvis parum recta sit, tamen Plauto observata est, nam *mendicula*, a mendico ductum, regiæ vesti opponitur. — 225. *impluuiatam* ridiculi causa fictum videtur. Non intellexit Nonius p. 548: „impluviatus color quasi fumato stillicidio implutus, qui est Mutinensis quem nunc dicimus. Plautus in Epidico: impluuiata? ut istae faciunt uestimentis nomina". *istae faciunt* etiam A. „facimus" B man. sec., cett. — 226. *Utin* em. Acidalius. *fuerit* A; cf. Madv. Gr. 353 not. Rud. 1050. Ter. Phorm. 874. Hec. 199: „Utin omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque omnia?" Hor. Sat. II, 5, 18: „Utne tegam spurco Damæ latus?" — Verba *Quid istuc* cett. cum plerisque edd. Epidico dedi, non cum Goetzio Apoecidi. *tam* A. — 227. Quia impluvium ædium pars est, quærit, cur non impluvio ornari possint, qui sæpe *fundis* ornentur, i. e. ornamentis fundorum pretio emptis, cf. 236. — 228 sq. Geppertio huius loci esse non videbantur.

potis A, v. ad Aul. 301. *tributus*, masculino genere. Sic a plerisque veterum dictum esse testatur Gellius XIII, 21, 19. Exstat in lege Acilia de repet., C. I. L. I p. 62, v. 64. Affert Nonius p. 229 ex Catonis Origin.: „ne praedia in lubricum dirigerentur, quom tributus exigeretur". — 231. *rallam* A et Nonius p. 539; „Ralla vestis dicta a raritate" sc. texturæ. Contrarium huic videtur, quod sequitur, *spissa*. — „*Caesicium linteolum*" ait Nonius p. 539 „dicitur purum et candidum, a caedendo, quod ita ad candorem perveniat, vel quod oras circumcisas habeat. Plautus in Epidico". — 232. *Indusiatam*. Varro L. L. V, 131: „(Amictus genera) duo, unum, quod foris ac palam, palla, alterum intus, a quo intusium, id quod Plautus dicit: Intusiatam cet.". Nec aliter Nonius p. 539, nisi quod h. v. corruptum affert: „indusiata, patagiata, catulam aut proputulam." Sed apparet errasse Varronem; significantur vestimenta indusiis et patagiis ornata, quæ clavorum genera esse videntur, v. ad Aul. 501: „patagiarii, indusiarii". — „*Caltulam et crocotulam*" ait Non. p. 548 „utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco. Virg. in Buc. (2, 50): luteola pingit vaccinia calta. Plautus Epidico cet.", crocotam etiam ex Novio et Nævio affert; cf. Aul. 513. — 233. „*Supparum*" ait Nonius p. 540 „est linteum femorale (humerale coni. Roeper) ad talos pendens, dictum, quod subtus appareat. Plautus in Epidico: supparum aut subnimium est, ritam, vasilicam aut exoticum". Tum afferuntur et alia et ex Afranio: „Tace! puella non sum, supparo si induta sum?" Varro L. L. V, 131: „Indutui alterum, quod subtus, a quo subucula, alterum, quod supra, a quo supparus"; sed ipse dubitat, nam addit: „nisi id, quod item dicunt Osce". Eadem enim vox esse videtur atque siparium, vid. Marquardt, Privatalterth. II p. 95. — *subminia* num ad minium colorem referendum sit, non liquet. — „*Rica*" ait Nonius p. 539 „est quod nos sudarium dicimus. Plautus in Epidico cet.". Tum et alia afferuntur et Turpilii (Ribb. v. 72 sqq.): „Ducit me secum; postquam ad aedem venimus, Veneratur deos; interea adspexi virginem Ibi stantem, in capite riculam indutam". Fest. p. 277: „Ricae et riculae vocantur parva ricinia ut palliola ad usum capitis facta", id. epit. 288:

„Rica est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo flaminicae pro palliolo utebantur“. — *basilicum* et *exoticum*, magnifica et peregrina vestimentorum genera, v. Non. p. 540. — 234. Hunc versum Goetz. (et iam Guietus) spurium putavit, ac sane numeri difficulter explicantur; sed omnia nimis incerta sunt. „*Cumatilis*“ ait Non. p. 548 „aut marinus est aut caeruleus, a Graeco tractum, quasi fluctuum similis; fluctus enim Graece cymata dicuntur. Titinius Setina: et quem color cumatilis deceat. Plautus in Ep. cet.“. Hic tamen potius materiæ tenuitas spectatur, cf. Theocr. 28, 11: *πόλλα δ' οἷα γυναῖκες φορέοισ' ὑδάτινα βράκη.* Anthol. Pal. VI, 270: *ὑδατόεσσα καλύπτρα.* — „*plumatile*“ ait Nonius p. 540 „aut clauatum aut ex plumis factum. Plautus cet.“. Plumæ vero non clavus continuus est, sed ornamenta passim sparsa, v. Procop. de Ædific. III, 1: *χιτὼν ἐκ μετάξης ἐγκαλλωπίσμασι χρυσοῖς πανταχόθεν ὡραϊσμένος, ἃ δὴ νενομίκασι πλούμια καλεῖν.* Plumariorum autem ars inde a Varronis ætate (v. Non. p. 162: „quid sit bene pictum a plumario aut textore“) per omne ævum celebratur, v. Marquardt, Privatalterth. II p. 147. Waddington, Edit de Diocletien p. 32. — *carinum* A, „caerinum“ Nonius p. 548, v. ad Aul. 502. — *gerrinum* codd. una cum A; Nonius p. 548 „gelinum“. Vox videtur ridiculi causa formata, quo transiretur ad *gerras*, v. ad Asin. 593. Brandt. in Annal. phil. CXVII (1878), p. 385 sqq. corruptam censet; sed quod proposuit „cirrum“, etiamsi Latinum esset, parum convenit, nec enim colorum nomina hic afferuntur, sed inde derivata. — 235. *ademptum*, lepide, quasi vestimenti nomen, quod est *Laconicum*, non traductum solum a canibus sit, sed etiam iis ereptum. Personarum nomina in codd. permutata esse, facile intelligitur. „adeptus“ (A) et „adeptum“ (I) errori facili debentur, cui frustra patrocinatur Kiessling. Mus. Rhen. XXIV p. 120 scribens: „Canis quoque etiam adeptust nomen, quem uocant Laconicum“. Ad brevitatem dictionis *vocant Laconicum* cf. Madv. Emend. Liv. p. 367. — 236. *Haec uocabula*, vestimenta his vocabulis appellata. — *uiros* Goetz., iure credo. — 237. *ut occepisti*, quam narrationem v. 222 interruperat. *Occepere* iam in B emendatum. — 238. *sic*, quæ sequuntur v. 244 sq. — *inter se* Both. em. *inter*

sese etiam A. — *sciens* A, i. e. consulto, prudens, cf. Asin. 555. Ter. Eun. 72. al. — 239. *earum* A. — 240. *sermonis fallebar*; cf. ad Amph. 665. — 241. *Quae loquerentur* quo minus ab *exaudibam* pendeant, non impediunt interiecta verba („nec . . . fallebar"). Est constructio quæ *διὰ μέσου* dicitur. — 241. *Ibi*, cf. ad Asin. 502. — 242. *ibat* iam in B em. — *ergo*, cf. ad 476. — 244. Hiatus in diæresi. Ritsch. Op. II p. 250: „te obsecro", Mueller. Pros. p. 577: „illic". — 245. *quam liberare* A. — 247. *Periphanai* Ritsch. Proleg. Trin p. LXXXVII, cf. 507 et 633. — 248. *quod* iam in B emendatum. — *actum est* et *postquam id* A. — 249. *rursum uorsum*, retrorsum, v. Amph. 1128. — „pausillatim" glossarium Plautinum, v. Ritsch. Op. II. p. 250. — 250. „hominum retruderet" Mueller., „med hominum" Ritsch.; neutro opus. — 251. „Qui id" per se ferri potuit, v. ad Amph. 127 et Curc. 274. — 252. *Quia* Both. em. — Quod in cod. B extremo versui additur, *eum*, Pylades in proximum versum transtulit, et sic Goetz.; verum si pronomen addendum est, *se* scribendum, ut v. 254. — 254. Goetz.: „Id paratum esse et se". — *ob eam rem*, ut eam liberaret. — *Certo* Kampmannus em. — 255. Corruptum versum Goetz. Kampmanno duce sic ed.: „Haec sic aibat: sic audiuisse ex eapse atque epistula." Mueller. Pros. p. 603: „Haec sic aibat audiuisse se ab eapse atque ab epistula"; (nam in B „ab epistola" fuit, sed „ab" erasum est). Sed et „atque" pravum est, nec ab epistola quidquam auditur; scripsi *adlata*. — 257. *calidi* Dousa em., v. 144. Properandi causam affert proximus versus. — 260. *opino* Both. em., cf. Non. p. 474. — Vs. 262—67 Hasper. spuria censet, Langen. Stud. Plaut. p. 292 etiam 260; non credo. — 263. *Qui plus sapitis*; relativum ad remotius refertur, v. ad Asin. 64; add. Capt. 296. Rud. 79. Cicer. Tusc. IV, 22, 49. p. Milon. 26, 70. prov. cons. 6, 14. al. Igitur non opus est „quia" scribere. — *Eia* et ceteri codd. et B ex emendatione. *Eia* interiectio est admirantis, v. ad Merc. 938. Bacch. 405. 628. Cas. 212. Pseud. 276. Poen. 571. Rud. 418. *Eia uero* Mil. 1135. Rud. 337. — 264. *utitor*. Exspectabatur pluralis, qui sequitur (reperitote); poeta metrum secutus videtur. — 266. *Mihi istic* cet., meum nullum in ista re emolumentum

est, cf. ad Most. 781. — *nisi*, i. e. sed, v. ad Aulul. 357. — 268. *Continuo* cet.; repetit ea, quæ senes velle audiverat v. 191. *arbitretur*, eligatur; arbitrium est eligendi potestas. Activa verbi forma exstat Pseud. 1017. Stich. 147. — *atque ut*, i. e. „et cura ut", cf. v. 279. 280. Capt. 115. Rud. 1115. Ter. Adelph. 280: „At ut omne reddat". 741: „arte ut corrigas". Andr. 712: „ut ducam". SC. de Bacchanal. 22: „Haice utei in couentionid exdeicatis". Ut h. l. post simplicem coniunctivum Poen. 911: „Valeas, beneque ut sit tibi". Liv. I, 18, 9. III, 64, 10. Cf. etiam ad Curc. 257. Recentiores locum corruptum habuerunt. Gepp.: „atque tum" ed.; Goetz. ante hunc versum lacunam esse statuit; Gertz. proposuit: „atque ut . . . . ulciscare, age ita curetur". — 271. *Em* Brix., Goetz., v. ad Asin. 333. — 272. Ante *aduenit* hiatus Goetz. cum Acidalio „aduenerit", sed præsens apud Plautum legitimum est, v. Asin. 445. 932. Capt. 826. Curc. 210. 567. Men. 905. Most. 77. al. Weis. „prius in urbem quam aduenit". Gertz. „prius quam in urbem ille aduenit". — 273. *sicut*, i. e. si quidem, nam, ut Græcorum ὡς, cf. ad Mil. 520. 969: „Quin tu illam iube abs te abire quo lubet, sicut soror Eius huc gemina uenit Ephesum et mater arcessuntque eam". — *ueniet* Guiet. et Gepp.; „uenerit" versus non fert, nisi cum Weisio et Goetzio „haud" pro „non" scripseris. — 274. *hunc* B, sed in margine additur: „al. hic". I: „hic hunc". Vulg. „hic", quod cur præferam, non video. — 278. *enim*, v. ad Amph. 651. — 279. *ut*, cf. 268. — 280. Hiatus in diæresi; „eam" add. Luchs. in Studem. Stud. I p. 25, Goetz. — 281. „est" versus causa omittendum erat; Goetz. cum Weisio in antecedentem versum transtulit: „tuast". — *Quid tu autem* codd.; Mueller. Pros. p. 306 *ais* addidit, quod vix audiri potest; equidem inde ortum credo „autem". — 282. *Quid* præter B cett. codd. *aiam* em. Brixius Ann. philol. CI p. 766. — *nisi*, cf. 266. — 283. *fuerit* cum Lindemanno Goetzius. — 284. *Tu* cet. Periphanis verba esse pridem intellectum est. *Tu ne* scripsi, v. ad Asin. 877. Alii aliter. Gepp. „Nimium sapis. Sat placet". Goetz. „Sane sapit et placet" Loewius: „Plane sapis et placet". Eandem in utraque sententia personam non est quod postulemus, v. ad Asin. 697.

— 285. *calide*, cf. 144. *si quid* em. Luchs. Herm. VIII p. 119. — 286. *Rem*, i. e. ipsam rem, id quod est, cf. Pers. 94: „rem loquitur meram“. Trin. 482: „rem fabulare“. Men. 1050: „hoc quod res est“. — *haec suspicio* ferri non potest, nam nulla commemorata est. Goetz. hunc versum cum duobus proximis post v. 291 posuit, nec tamen locum expedivit; nam v. 289 vehementer mutavit, et versum ante eum excidisse statuit. Verum vidit Geppert. *a te* scribens, quo etiam sua redditur verbo constructio. — 288. *illo*, ad lenonem. — 289. *te nolo neque*, sc. hoc facere; facillimo remedio corruptam codd. B et I scripturam emendavi. Vulgo edebatur: „te illo non aeque“; Gepp.: „Non te lenoni aeque“; Goetz. „Cum lenone quae opus sunt facto“. — *Ne* præter B cett. — 291. *euenat* Both., cf. Proleg. p. 215. — 292. *Hic*, Apoecides. — 293. *iura qui et leges tenet*, cf. 521 sqq. — 294. *Epidico* scripsi. Periphanes Apoecidem iubet Epidico gratiam habere propter tam splendidum testimonium. Quod quoniam per ironiam quandam dicitur, non mirum est nihil responderi; nec Epidici verba, quæ sequuntur, ad hæc referenda sunt, sed ipsius orationem continuant. Vulgo cum Guieto edunt: „AP. Epidice, habeo gratiam“, quasi ipse propter bonum consilium servo gratias agat. — *faciam* I et in B emendatum. *sedulo*, v. ad Capt. 880. — 295. Codicum scriptura prava est; nec factum est nec ulla causa erat, cur fieret, ut lenonem ad Periphanem adduceret; itaque Reinhardt. in Studem. Stud. I p. 105: „Ego conveniam hunc atque adducam ad illum, quoiast f.“. Sed adest Apoecides; recte igitur priora in codd. scripta sunt. Epidicus primum lenonem adibit; tum ubi inter eos de emptione fidicinæ convenerit, Apoecidem adducet, qui rem conficiat; itaque sensus postulat: *hunc ad eum*; nec est quod cum Goetzio versum spurium habeamus. Gepp.: „adducam huc ad te, quoi iam est, fidicinam“. — *quoia*, v. ad Curc. 229. — 296. *cum hoc*, Apoecide. — In exitu versus I cum B congruit, nisi quod Apoecidæ, non Epidico tribuit „Illane“, quam vocem codd. deteriores (non I) antecedentis versus finem faciunt. Numeri pravi vitium arguunt. Ego scripsi: *Quanti potest minimo illa emi?* Eodem fere pervenit Luchs. Studem. Stud. I p. 36, quem Goetz. sequitur: „Illaec quanti emi minimo potest?“ —

297. *fortasse* cum infinitivo, v. ad Amph. 615 — *minus* Gronov em., coll. Suet. Iul. 20: „divisit extra sortem ad viginti milibus civium"; add. Liv. VIII, 18, 8: „ad viginti matronis accitis". Caes. B. G. II, 33, 5: „occisis ad hominum milibus quattuor". — 298. *nihil*, i. e. nullo modo, cf. ad Asin. 924. Weis.: „nulla", quod iusto longius abest, alius: „nihili", quod parum placet. *captio*, detrimentum, v. ad Most. 905. — 299. Nonius p. 355: „Occupare est . . . detinere", tum h. l. affert et ipse „decet" scribens; *decem* olim emendatum est. — 300. *Qui dum* iam in B. emend. — *alius illam* Both. — 301 *raptor hostium*, qui armatos hostes quasi inermia pecora rapit. — 302. *lubens* Gruterus em. — 303. *Face* Acidalius. — *Est lucrum hic*, cf. Ter. Heaut. 609: „si redimat, magnum inesse in ea lucrum". — *Impetras* Camerarius. Goetz. quo hiatum vitet: „Et impetras". — 304. *huic* Goetz., vulgo: „huc". — 306. *numera*, cf. 629.

307. Epidicus solus secum senariis loquitur. *omni* addidit Lomanus. — 312. Metuit ne tergum suum ulmeis virgis continenter laceretur, vel ne ulmeæ virgæ tergum suum *attondeant*, ut parasiti domini mensam, cf. Bacch. 1092. Verg. Buc. 10, 7: „Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ." — 314. *Quam . . . aliquam*, cf. Asin. 779 sq. — 316. *ut* addidi, quod desiderari apparet; nec aliter Abraham coll. Amph. 211. Longius digressi Gepp.: „Conducere aliquam fidicinam sibi, ut domi cet." Goetz.: „fidicinam, quae hodie domi cet." Buecheler. Mus. Rhen. XXXV p. 628: „Quae, dum rem dinam faceret, c. s.", ac B ab initio „dinaui" habuit. — 319. *aduersus* codd., „aduorsum" Gepp., Goetz., qui confert Pseud. 454. Mil. 1074. Poen. 398. — 320. *damnoso*, v. ad Curc. 471.

321—336. Canticum, quo colloquuntur adulescentes, creticis, trochaicis iambicisque numeris compositum est; 321—23 tetrametri cretici, 324 constat ex duobus creticis et duobus iambis. 325—27 trochaici septenarii, 328 tetrameter creticus cum choriambo, 329 octonarius trochaicus, 330 dubius, 331 iamb. octonarius, 332 iamb. septenarius. 333 constat ex tribus iambis(?)

et dimetro iambico. 334 iamb. octonarius, 335 tetram. creticus, 336 iamb. septenarius. Versus præter quinque primos ex B et I discripsi.

321. *exedor atque exenteror*, consumor et maceror; „exenterat" eadem significatione Lucilio (XIV, fr. 16) restituit Eyssenhardt. — 322. *euenant* Both. ut 291. — 323. *Sitne* edd. *quid* indefinitum, v. ad Most. 734. — 324 sq. *Per*, cf. 338: „per hanc curam". Stich. 613: „Per hanc tibi cenam incenato esse licet". Sed sine dubio *Per illum* scribendum, quod etiam W. Wagner. voluit. *parare* I et B ex emend. Cetera mala repetitione corrupta. I alterum „tibi" om., ego malui duas primas voces delere. Goetz.: „tibi copiam Comparare". — 325. *in* del. Abraham, fortasse recte, v. ad Pers. 548. — 326. *oppido* Goetz. addidit. Speng.: „Nullam tibi bonam esse in illo copiam". — 327 trochaicum constitui cum Muellero, Pros. p. 334, ut „prendero" legatur. A *Si* in codd. Stratippoclis verba incipiunt; verum is non *nos inridere* dixisset, sed „me". — 329. *facere* pro „ferre" olim emendatum. — *tibi quoi* per attractionem dicitur, v. ad Aul. 566; nec cum Guieto „tibi quom" scribere audeo, quamvis post *qui* dure dicatur. Illud apparet, post hæc „Is" in principio proximi versus poni non posse. Goetz. utrumque versum iambicum octonarium faciens, scripsit: „qui, tibi quoi diuitiae sunt maxumae, Ais nummum nullum habere". Sed nec *habes* mutaverim, nec *domi* omitti debet. Pro corrupto principio secundi versus posuerim aut „Subito" aut „Miseris" aut „Amicis". — 331. „aliquid" nullum verbum habet, quo referatur; *aliquando* Mueller. em. — 332. Acidalius versus causa: „mecum fortunam fore"; sed fortunæ notio anceps est, ac necesse est addatur, utrum bona an mala sit. Schneidewin. Philol. V p. 377: „aequam fortunam fore"; ego, ne cum mutato verborum ordine iungatur emendatio, pro „mecum" *aliam* scripsi. — 333 ut octonarius iamb. fieret, Goetz.: „Uae tibi, iners, muricide". Fest. Ep. p. 125: „*Murricidum*, ignauum, stultum. Plautus: murricide homo". Item glossarii, v. Loewe, Prodrom. p. 282. Augustinus Civ. Dei IV, 16: „deam Murciam, quæ præter modum non moveret ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, i. e. nimis desidiosum et inactuosum". — 334. *mihi aliquid*

coalescunt. — *blatis* I. — 335 cum Weis. et Speng. Plaut. p. 167 tetrametrum creticum feci. Goetz.: „Quod nusquam gentiumst: neque ego id aures inmitto meas". — 336. *das* cum Pylade Goetz.

337. Septenariis iambicis scena doli triumphum continens scripta est. Epidicus domo egreditur cum pecunia, quam ei tradidit senex. Hunc in exeundo etiam nunc alloquitur; quod autem se ait suum officium facturum esse, longe aliud atque senex intelligit. Versus iusto longior est; „tu" del. Gepp. et Goetz., „iam" Mueller. — 338. *periit* olim emendatum. — 339. *Ne* scripsi perspicuitatis causa, codd. „Ni", v. ad Most. 406. *quid* iam in B emendatum. — 339 sq. Weisius spurios habuit, cui in priore ed. ita assensus sum, ut v. 338 iisdem uncis includerem. Iam verisimilius mihi videtur, v. 340 solum, qui ab ingenio Plauti abhorrere videtur, damnandum esse, cetera emendanda. Itaque cum Goetzio *pollinctum* scripsi, i. e. ad sepulturam paratum (Geppert. „polluctum", i. e. sacrificatum, v. ad Curc. 193). Tum numerorum causa *tu* addidi; Goetz.: „Ni quid hinc in spem referas tibi; hoc oppido p.". *in spem referre* dici videtur ut „acceptum referre". — 340. Edd. inde a Cam.: „Crede modo tu mihi". — 341. *ut* Guietus add. *dedistis* I. — 343. *impetrabilem*, qui quod vult impetrat, (v. Most. 1142), felicem. — *cesso*, v. ad Aul. 389. — 343. *meo* omissum esse intellexit Pylades. *auspicio*, cf. 381. Amph. 193. — 346. *plus satis*, vid. ad Bacch. 669; add. Ter. Eun. 85: „iam calesces plus satis", quam figuram Quintil. IX, 3, 18 detractionem dicit. — *superfit* Cam. em. — 347. Quadraginta debebat, v. 116; sed Epidicus plus postulaverat, v. 298, et quinquaginta acceperat, v. 466. — 349. „Quia ego tuum" I et B manu novicia. — *parenticida*, quod voc. et Priscianus I p. 26, 9 et Isidorus X, 225, agnoscere videntur, est qui parentem occidit, iureque hoc tuetur Leo ind. schol. Rostoc. 1887—88. Epidicus ait se Periphanem ita affecturum ut afficiantur qui parentes occiderint. Iubebat autem antiqua lex apud Fest. p. 170 „caput eius obnubere, qui parentem necavisset". Eandem agnoscunt Rhet. ad Herenn. I, 12, 23: „Malleolus iudicatus est matrem necasse. Ei damnato statim folliculo lupino os obvolutum est et soleæ

ligneæ pedibus indutæ sunt, et in carcerem ductus est." Cicer. de Invent. II, 50, 149: „Quidam iudicatus est parentem occidisse. Ei statim, quod effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes indutæ sunt, os autem obvolutum est folliculo et præligatum; deinde est in carcerem coniectus, ut ibi esset tantisper, dum culleus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur". *follitus* igitur (v. 351) paricida damnatus iure dici potuit; „peratum" eundem dici potuisse, quod affirmat Leo p. 5, non probavit, neque ex eius coniectura scribendum: „peratum ductarent", sc. si paricida esset, sed potius quod nos in priore ed. fecimus, *ductares*. Quod autem cum Camerario ceterisque „peratim" et „follitim" scripseram, erravi; in posteriore membro nihil mutandum est; in priore scribendum: *pera tu ductares*, i. e. tu pera patrem fraudare constitueras, ego multo maiore damno eum afficiam. Pera enim crumina vel marsuppium est, follis multo maior, sed et ipse ad nummos condendos usitatus, v. Veget. II, 20: „decem folles, hoc est decem sacci, per cohortes ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur." Iuven. XIII, 61. XIV, 281. Corp. Insc. Lat. III, 2240. cf. Hultsch. Metrologie p. 251. *ductare* autem est decipere, cf. Most. 830. Capt. 636. 749. Iungitur cum ablativo ut „circumducere", de quo v. ad Trin. 859. — 350 cf. Pseud. 124: „PS. De istac re in oculum utrumuis conquiescito. CA. Utrum oculum an aurem? PS. At hoc peruolgatumst minus". Bacch. 1070. — 352. *resolui*, cf. 144. — 353 cum R. spurium putavi. Vahlen. ind. schol. Berol. 1880 p. 15 parenthesin „ego . . . dinumeraui" defendit; numeri autem necessario emendandi sunt, et „credit" pro „credidit" plerique scripserunt; pro „dinumeraui" „numeraui" scribi possit. Leo p. 6 sq. „Manibu' his" cum synaloephe legit. — 355. *Inueni*; *nam* R. Mueller partim præeuntibus aliis. Sed narrationem fraudis eam, quæ exstat, Stratippocles intelligere non potuit; apparet excidisse aliquid, fortasse duo versus, ut tale quid fuerit:

Inueni; nam ita suasi seni atque hanc habui orationem,
Amore te meretriculae perire et liberare
Eam uelle, ni properaret eam sibi ipse praestinare,
Ut, quom redisses, ne tibi eius copia esset.

357. *pro filia* Acidalius em. Scriptura codicis B „pro illa" secundæ manui debetur; quid prius fuerit, non apparet; I: „pelia". — *Iam* Br. addidit. — „auctorem" ferri non potest; auctor enim venditoris est, non emptoris, v. ad Curc. 497. Rectissime Angelius: *cautorem* vel „cauitorem"; item Kiessling, Mus. Rhen. XXIV p. 120. — 358. Post *Apoecidem* hiatus in diæresi. — 359. In corrupta scriptura priores edd. hæserant; Lamb.: „quasi quoi emeret"; Gepp.: „quasi quom amet". Goetz. demum: *qui recte caueat* „exempli causa, coll. 293". Idem ipse ante plures annos inveneram, nec ea non ipsius Plauti verba credi possunt, si scribitur: *quasi qui a me recte caueat* (cf. Trin. 1142). Epidicus non proprium Periphanis consilium exponit, sed quod ipse ei tribuit irridens; et respondet adulescens, se intelligere senem probe captum esse. Errarunt enim editores post *Haud male* Epidici notam inserentes. Epidici verba a proximo versu incipiunt, nisi forte deleta Stratippoclis nota, quam ab I abesse ait Goetzius, omnia a 357 extr. ad 361 eidem continuare malis. — 360. *cruminam collocauit*, cf. Asin. 650. — 361, *aduueniens* Cam. em. — *domi*, si verum est, cum *adornat* iungendum, cf. Most. 425, sed valde vereor, ne „domum" scribendum sit. — 363. *astutiam hanc* Pylades et Fleckeis. Mus. Rhen. XIV p. 632, qui quam Both. posuit formam, „institiui" improbandam esse docet. — 364. „ego" del. Pylades. — 365. *Si qui . . aduueniant* Camer. em.; Goetz. „aduueniat". *datum esse* Pylades. Epidicus autem pecuniam nuper acceptam hero adulescenti tradidit. Quum igitur Apoecide præsente lenoni solvere non possit, solus lenonem adit, eique persuadet, ut, quum veniat Apoecides, argentum se accepisse dicat. Acceperat autem re vera ante aliquot dies pro Acropolistide triginta minas, v. 701. 703. Quod igitur v. 366 *quinquaginta*, non triginta leguntur, R. Mueller. et Gepp. hunc versum spurium putarunt. Immo, si „triginta" dixisset, dolus statim patefactus esset, nam Periphanes quinquaginta se dedisse putat, v. ad 347. Aut igitur nullam certam summam nominare debet aut quinquaginta. Hoc ipsum Epidicus lenoni se persuasurum sperat ut faciat; nec enim ei periculum inde orietur, quod se dicet rem pluris vendidisse quam

vendidit, nec v. 369 *caput suum alligabit* hoc significat, sed, ut ait Reinhardtius in Studemund. Stud. I p. 107, iure iurando se alligabit, affirmabit. Quod autem idem vir doctus in Annal. philol CXI p. 196 inde efficit, fuisse olim scenam, qua hoc affirmaverit leno, aliamque, qua mendacium eius vindicatum sit, non credo. Hæc afferuntur, ut versutiam servi admiremur, qui nihil non prospexerit et caverit; ut re ipsa sic factum videamus, non est necesse. Sed totam Epidici narrationem quum hilaritate et celeritate insignem esse videam, tum, si ordo et perspicuitas spectatur, magistrum habiturum esse credo quod vituperet. Hoc vitium, qualecunque est, Goetzius a Plauto abiudicatum retractatori tribuit, quem hanc scenam in brevius contraxisse putat. — 367. *Quippe qui*, vid. ad Amph. 738. — *dinumeraui* Goetz. ut 353; vid. tamen 167. — 369. *alligabit* Pius; *quasi* iam in B emendatum. Sed et B et I per hanc scenam versus parum constanter servant et plerumque septenariis longiores faciunt. — 371. *Versutus* quum re vera nihil aliud nisi callidum significet, tamen propria vi eum indicare videtur, qui sæpe et facile vertitur, v. Cic. Nat. Deor. III, 10, 25. Merito igitur arcessitur figuli rota. Versum affert Servius ad Æn. II, 62. Comparativus ultimam producit, cf. v. 10, Proleg. p. 196; sed versus diæresi caret. — 375. *praemeditatam* olim emendatum. — *onustam*, repletam, cf. Stich. 276: „onustum pectus porto laetitia lubentiaque". Capt. 768. — 378. *ille est* Camer. *Me quidem* ed. pr.; I: „me aequidem". B man. sec. „Me equidem", et sic. Goetz. — 380. *Atque*, et quidem, cf. Amph. 278 cum annot. Cist. 325. Bacch. 536. Curc. 571. Pers. 694. 826.

382. Senariis scripta est scena, qua primum Periphanes secum loquitur, deinde Apoecides cum fidicina advenit. Fidicinæ nomen in titulum recipere nolui, quia nullum verbum facit. — Periphanes homines ait non solam faciem suam in speculo spectare debere, sed etiam, si fieri possit, animum, ut accurate reputent, quales sint qualesque fuerint, ne senili ætate adulescentes culpent, quasi non ipsi illa ætate similia deliquerint. Editores compararunt Senecæ locum Quæst. nat. I, 17, 4, elegantem sane et dignum, qui legatur. — 384. *Sed qui* Camer.

Mox interpolationis indicium manifestum, eadem verba repetita, ne superiores quidem latuit; sed ut prior versus retineatur, posterior deleatur, fieri non potest, quoniam „cor sapientiae" nihil est; itaque Geppertum secuti sumus partem utriusque versus tollentem. — 388. *Uel* exemplum proponit. v. ad Curcul. 611. Proxima corrupta sunt, sed sensus apparet. „quasi" necessario delendum, nec „egomet" primo loco ferri potest. v. Mueller. Prosod. p. 487. *dudum* Guietus em., i. e. nuper. v. ad Amph. 654. Proximo versu *Egomet* Mueller. De repetito pronomine vid. ad Amph. 532. Goetz. partim Fuhrmannum secutus: „Uelut egomet dudum fili causa coeperam Animi med excruciare". — 390. *Meus* cett. codd. — *me erga* Camer. *plurima* Pius. — 393. Hunc versum hoc quidem loco a Plauto non esse scriptum facile apparet. Alii post v. 385 posuerunt, Goetzius cum Brixio post 387. Mihi spurius videbatur, et abest ab A, v. Luchs. Comment. Plaut. II p. 9. — 394. „Sed huc meus" Goetz.

396. *Quid fit?* ed. pr., i. e. quid effecisti? v. ad Bacch. 624, ubi hic versus non suo loco positus est. Mox verba ex proximo versu male praecepta delevit Gulielmus. — 397. *Quin omini*; litteras recte divisit Gruterus. Atqui, inquit, non omen solum laudandum, sed omen sequuntur omnia prospera. Correctori codicis B debetur, quod Weisius et Brix. amplexi sunt: „Quoi homini". — 398. *tu hanc* cum hiatu, v. Proleg. p. 219. Brix., Goetz.: „tu istanc". — *iube sis* Gruterus em.; alii „iubeas". Editorum plerique: „intro iubeas" vel „intro iube sis", ne hiatus sit. — 399. *Exite huc aliquis*, cf. Men. 662. Merc. 898: „aliquis huc foras exite". Pseud. 1287; „Simoni me adesse aliquis nuntiate". Stich. 70: „inde uocatote aliqui". Ter. Ad. 634: „aperite aliquis". Cf. ad Amph. 1087. — 402. *aediculа*, cubiculum. — *istanc* in B emendatum. — *concludi uolo*, quæ verba in I versui 399 addita sunt, etiam in B prius ibi scripta erant, postea erasa et suo loco posita. — 403. *Diuortunt*, diversi sunt. Lamb. confert Hor. Ep. I, 18, 3: „ut matrona meretrici dispar erit". — 404. *numquam* em. Fleckeis. Philol. II p. 87; vulgo „non"; Mueller. „nemo", deleto „quisquam". — 405. *pudicitiam* in quattuor syllabas contrahi videtur, v ad Cist. 86. Goetz

Bentleium secutus „quis" pro „quisquam" scripsit. — 406 *ne istam* cum hiatu codd.; nam quod in B post „istam" aliquot litterarum rasura est, nullius momenti est. Gepp. „istance", Acidal. „istam nos", Muell., Goetz. „istam hodie". — *temperi* Guietus em., v. ad Aul. 416. — 408. *tuom uidisse* I ceterique. — 409. Quod iam aliquod tempus in urbe est nec domum venit, indicio est eum occulti aliquid agere. — *Planum* Gepp. em., cf. Capt. 559. — 410. *graphicum*, lepidum, dignum qui pingatur, cf. Stich. 271. Trin. 936: „nimium graphicum nugatorem". 1024: „graphicum furem". Pseud. 519: „mortalem graphicum", item 703. Stich 570. „graphice" Pers. 305. 463. 838. Trin. 769. — 411. *auro contra*, cf. ad Curc. 201. — 412. Versus lacunosus. Vulgo post Pyladem: „Fecit nescire prorsus se esse emptam tibi". Goetz.: „Facete fecit nescire esse cet." cf. Madv. Gr. 372 b not. 5. Varr. R. R. III, 5, 3: „desiderium facit macrescere volucres". Cic. Brut. 38, 142: „tales oratores videri facit, quales ipsi volunt". Lucret. III, 100: „quod faciat nos Vivere cum sensu". Sed Plautinam hanc structuram esse probari non potest, quare Muellerus Prosod. p. 505: „Fecit ut se nesciret". — 414. *qui* I, al. — 416. *Rectam*, sc. uiam, Lamb. em., cf. Asin. 53. — 417. Nec *Immo* nec *ipsus* ferri potest; scripsi *Inde orsus*. — 418. *administraret*, v. Proleg. p. 201. Fleckeis. „adminstraret" legebat, Muell. „administret". Spurium versum, qui sequebatur, delevit Acidalius; apparet v. 415 repetitum esse ab eo, qui versus 416—18 omissos in margine adscripsit. — 420. *Stolidus sim* em. Geppert, cf. Amph. 115: „ita adsimulauit se, quasi Amphitruo siet". Ter. Eun. 461: „adsimulabo quasi nunc exeam". De vitiosa temporum consecutione cf. ad Amph. 192. „quom" ferri non potest; Gertzius „subbardum" coniecit. *bardum*, v. ad Bacch. 1085. — B: „stat"; cett. codd. „sta", unde edd.: „Immo ita decet". mira sententia, nec Latine, nam „Profecto" dicendum erat. Sine dubio fuit: *Immo haud decet*. — 421. *ei* I cett.

424. Periphanes secum amici operam laudat. „amicius", quod editur, ineptam tautologiam habet; scripsi *antiquius*, i. e. præferendum, v. Cic. Philip. XIII, 3, 6. Liv. III, 10, 2 al. —

425. *tamen*, v. ad Amph. 538. — 426. *adlegassem* edd. Post h. v. hiatur in cæsura. In proximo versu „quam" omittendum esse, Camerarius vidit, sed non minus necessaria est transpositio: *Hominem minus*. Goetz. maluit: „Ego si adlegassem aliquem hominem ad hoc negotium, Minus quam hunc doctum." — 428. *Os sublitum*, v. ad Aulul. 660. — „itaque" nec per se aptum est, et dativus desideratur; Kiessling. in Mus. Rhen. XXIV p. 118 „ei atque" coniecit, Mueller. Pros. p. 505 *mi atque* — *albis dentibus*, „significatur cachinnatio et risus effusior, in quo dentes denudantur" Cam. — 429. *derideret* in B emendatum est. — 430. *quis illic est?* Seyff. em. — 431. „*Quassare* est movere", Nonius p. 254 hunc versum („qui suam undantem cet.") quasi ex Milite afferens. Magnificum se faciens inter eundum chlamydem iactat, quo fit ut undarum similitudo oriatur; cf. Afranii v. 237: „Magnifice volo fluctuatim ire ad illum."

432. Aduenit miles cum cacula, quem quærere Periphanem iubet. *Caue praeterbitas*; mox 434 *rettuleris*, ut inter præsentem et perfectum coniunctivi nihil intersit. Hoc apud Plautum frequentissimum est, sed illius quoque exempla non rara, v. Amph. 838. Asin. 369. Bacch. 1030. Capt. 430. 438. Most. 316. 795. 1006. Pseud. 1299. Stich. 40. — 433. *Plothenius* em. Petitus, i. e. *Πλωθεύς*, ex pago Attico, cui nomen *Πλώθεια*. — 434. *Incertus*, i. e. ut non certo scias, ubi habitet. — 436. *commonstrasso* B man. sec. et cett. — 437. *ornatus* Gepp. em. — 439. *tranquillum*, vacuum, ubi neminem obloquentem habeas. — 442 affert Priscianus III, p. 600 cum codd. in scriptura *de illius illac* consentiens. Quod quum parum intelligeretur, ex emendatione cod. Pal. 1 edd. „de illius ore", quasi hoc intelligi posset. Goetzius cum Ribbeckio: „si praedicat Suas pugnas duellis", vix melius. Immo *prae* pro „de" scribendum, ut Trucul. 378: „quom inter nos sordebamus alter prae altero" (ubi eodem errore A „de" pro „prae"), i. e. parvi existimabamur. Sic h. l.: Si fortiori deterior suas virtutes prædicat, præ illius virtutibus suas sordere videbit. De omisso nomine, unde genetivus pendet, v. Madv. Gr. Lat. 280 ann. 2. Ter. Eun. 444: „si laudabit haec illius formam, tu huius contra".

Hor. Ep. I, 14, 11. Sed praeterea pro „illius" aut „eius" aut „huius" scribendum, ne idem pronomen de diversis personis ponatur; alius enim generis sunt quæ attuli exempla ad Aul. 648, ubi ipse erravi quod codicum scripturam „hic abierit" retinui; „hinc" scribendum erat. — 443. *istum, quem quaeris, ego sum*, cf. Curc. 419. — 444. ***Nempe***, **v. Proleg. p. 200. Goetz. cum** Acidalio: „Quemne". — 446. *indeptum* A „ut videtur". — *Immo*, v. ad Bacch 205. — 407. *manibus dimissis*, sic codd. Pseud. 847, sed ibid. 845 et 848 „demissis"; illud tamen verius; significatur enim ὁ παρασείων, v. Aristot. Probl. 5, 8. Theophr. Char. 3 extr. cum annot. mea, i. e. qui manus in diversam partem movet, ut altera ante corpus porrigatur altera post, ut fit in contentione cursus. In vasculis antiquis sæpe sic currentes conspiciuntur. — 448. *unum*, v. ad Aul. 563. — 449. *illum* codd.; in A ex litterarum spatiis „eum" fuisse censet Goetz. — 450. *Proin* A. — *sarcias* Lamb. em., recte, quamvis „farcias" etiam in A lectum sit, cf. Cat. R. R. 2: „centones sarcire". *Centones* enim sunt vestimenta aut integumenta ex variis pannis undique collectis consuta et consarcinata. H. l. sic dicuntur narrationes undique confictæ. — 451—54. Hos versus, qui in codd. post 429 leguntur, huc transtulit Acidalius, nec, si re vera Plauti sunt, aptior locus inveniri potest. Senex, qui sibi temere filio, quæ ipse adulescens fecisset, exprobrare visus erat, etiam militi iactantiam obiicere veretur, quum se quoque olim gloriosum fuisse sciat. Hæc autem secum dixisse censendus est non audiente milite. Goetzius hos versus post 442 posuit, loco minime apto. Causam affert, quod ne in A quidem, qui inde a v. 445 denuo incipit, inveniantur (Analect. p. 112); verum inde nihil aliud sequitur, nisi vitium hoc Ambrosiano antiquius esse. Francken. l. l. p. 14 sq. duos priores versus post 391 collocat, duos posteriores post 447. — 451. Pro *Atque* „Atqui" scribendum videtur, cf. Most. 812. — 454. ***Eradicabam***, **cf. Aul. 292.**

455. *quod ad te uenio*, v. ad Curc. 327. — 461. ***Molestum necne sit*** **A, v. Studem. Stud. I p. 218. — 462.** ***adest***, **sc.** argentum; præsens solvetur. Sic recte A; ceteri: „PER. Habeas", quod v. 470 demum locum habet. — 463. Pro „uerba" Gepp.

„uerum" scripsit, Goetz. et ego olim *uera*. — *parcam prologui* cf. Bacch. 905. Poen. 347: „comperce me attrectare". Ter. Hec. 282: „hancine ego uitam parsi perdere". al. — 464. *uolo hodie* A. — 465. *Te absoluam breui*, brevi responso te dimittam, cf. ad Aul. 509. — 467. *Si*, quod in B extremum locum antecedentis versus tenet, in I ceterisque excidit. — *dinumerantur* Goetz., v. ad 367. — 468. *Tuas possidebit ferias*, i. e. otium tuum occupabit, per id tempus, quo a bello vacas, te delectabit. „Indutiae" ait Varro ap. Gell. I, 25 „sunt belli feriae". — 469. *atque ita profecto* cet., et ea quidem condicione, ut *eam*, fidicinam, ex agro Attico educas; nam ante omnia eam a filio abstrahi vult. — 470. *Estne empta mihi istis legibus* recte A. In personis distribuendis non codd. sed edd. errarunt usque ad Goetzium, quod „PER. Istis legibus habeas" scripserunt. — 471. *Conciliauisti pulcre*, i. e. bene emisti, vili pretio, v. ad Capt. 131. Goetz. male hæc verba militi dat. Non sine ironia hæc dici apparet ex iis, quæ adduntur 472: „Atque etiam fides cet." — *Heus* cett. seruis suis dicit. — 473. *Ei quae accessere*, quæ, quum fidicinam emebam, accessio erat. — *tibi addam dono* et A et cett. Goetz. cum Brixio „tibi dono addam". — 474. *te* exstat in A; addiderat iam Cam. — *intemperiae*, v. ad Aul. 71. Insanum dicit, qui sibi non eam, quam emerit, sed aliam tradat. — 475. „tenebras trudis" nihil est; saltem „obtrudis" dicendum erat, aut „me in tenebras trudis", ut voluit W. Wagner.; nam quod Buecheler (Ann. phil. CV p. 113) pro terebris dictum putat, probari non potest. Ed. pr. „tenebras cudis", et sic vulgo, quasi: „Quam tu mihi nebulam fingis?" sed cudi nebula non potest. Immo quum pro splendida et pulcra puella vile scortum productum esset, *tenebras* id dicit, ut Cicero Pisonem in oratione (26, 62) alloquitur: „O tenebræ, o lutum, o sordes!" Quod si ita est, apparet *trudis* scribendum esse. — 476. „Intus produci iubes" Gepp.; „Intus iubes produci" Goetz. cum Brugmano. — *ergo* in repetita asseveratione, cf. Ter. Andr. 850: „Mihin? SI. Tibi ergo." v. ad Amph. 172. Langen. Beitr. p. 238 sq. — 480. *Meam* A, ut iam Pius. — *filias* B in rasura; fuerat „fidicinam". — 485 sq. ex A restituit Geppert. — 486. *destinauit* A, i. e. emit,

v. ad Most. 630. — 487. *articulatim*, in minutas partes. — 488. „Qui concidit" ex A Goetz., sed si de ratione interrogatum esset, alia sequeretur responsio. *Sic suspiciost*, sic suspicor, cf. Pseud. 561: „Suspiciost mihi". — 489. *ceruam* ex A accessit. Ut in Iphigenia immolanda cerva pro puella supposita est, ita hic Acropolistidis loco altera multo deterior ad te deducta est. Iniuria dubitat Francken. conciens: „pro fidicina uera haec suppositast tibi". — 490. *sublitum* iam in B emendatum, cett. et A. — 491. Personas recte distribuit cod. I, item Goetz.

492. Posterior versus pars emendationem flagitabat; nam, quod post Camer. vulgo scribunt, „pugnauisti" non sufficit. In A „frugi es" et „homo es", in B prius „es" in rasura scriptum est; Goetzio „st" fuisse videbatur. Scripsi: *frugi — ita pugnasti — homo es*, cum hiatu, v. Proleg. p. 220; possis etiam: „frugi es — ita pugnasti — homo". Francken. „frugi's; purgasti bene", W. Wagn.: „pugnasti σοφῶς". — 493. *emunxisti*, v. ad Bacch. 698. *mucidum* se dicit, qui tam stultus sit, cf. 501. — 494. Fidicinam ipsam interrogat. — 495. *Fando* Geppert. em. ex A, cf. Amph. 582. In B „Ehodum" legitur, sed ex correctura; „videtur fuisse eandum ut I", Goetz. — *istuc nomen* Both. em., cf. Capt. 628. — 497. *libera* ne ultimam producat, Muellerus uterque et Goetz. mutato ordine: „plus iam quinquennium sum libera". — 501. *Athenis Atticis*, ne quis dubitet, quin celeberrima illa urbs significetur; cf. Mil. 100. Pseud. 415. Rud. 731. Trucul. 492. — 502. *nouistin* codd.; Gepp. ex A „probe scein", minus apte. — 503. *liberast* A, ut iam Pylades, quum ante eum „liberta est" legeretur. — 504 ex A restituerunt Geppert. et Studem. Stud. I p. 215. *incerte scio*, cf. Pseud. 967. — 505 ex A rest. — *liberauerit* ed. pr., B man. sec. — 507. *aiunt* A; Geppert. „audiui" legerat, ut suppleverunt edd. *Periphanai* Both., cf. 247. — 510. *exenterauit*, v. 186. — 513. *tibias* nullas attulit, quippe quæ non tibicina sed fidicina sit; senex iratus significat se crurum tibias, nisi abierit, fracturum esse. — 514. *Propera sis* A. Quod ceteri habent, „igitur' parum aptum est. — 515. *Flagitio*. Convicio populi aut, si magis contenderis, iudicio damnatum te cogam, ut meum mihi reddas. — *tamen*, v. ad Amph. 538.

516. *qui in tantis positus sum sententiis.* Si hæc vera sunt, necesse est significent: qui tanta laude gaudeo, qui eo loco positus sum, ut tam honorificæ de me hominum sententiæ ferantur. Antiquiores interpretes quum varia conati essent, Gronovius de auctoritatibus præscriptis psephismatum cogitavit, eumque intellexit, cuius in sententiam sæpe populi scitum factum esset; nimis contorte. Geppertus tamen in hanc, credo, sententiam „promptus" edidit pro „positus". In A „quintantis" lectum est, sed ut prius n „perdubium sit". Num fuit: „qui tantis auctus sum sententiis"? Alia conatur Leo Herm. XVIII p. 582 sqq. — 517—19. tres versus ineptos ne quis damnare dubitet, absunt ab A; tertium emendare sibi videntur qui „irrisui" et „depeculatui" scribunt. — 520. *Ei scic* A, Gepp., Goetz. — 521. *me minoris* A, ut iam Pylades. Minus indignum dicit se deceptum esse quam Apoecidem, cuius peritiam legum et iuris vulgo laudent, v. 293, cuiusque opera in legibus ferendis et condendis cives uti soleant. — 522. *conditor* recte B, cf. Rud. 1361: „ius iurandum conditumst". Pseud. 578: „meo in pectore conditum (i. e. inventum) consilium est". Ne quintus pes iambus sit, Luchs. Studem. Stud. I p. 55 transp.: „conditor fictor". — *iurum* in B emend. — 524. Ex A expleta est lacuna ceterorum codicum, qua non animadversa edd. ante Geppertum malleum manubrio sapientiorem Plauto visum esse putabant. Immo malleum manubrio orbatum rem ait esse inutilem et qua nihil scite aut artificiose geri possit.

525. Novam scenam hinc incipi non satis animadvertit librarius cod. B, sed antecedenti versui extremo additum fuit „mulier", postea erasum; retinuit I. Advenit autem Philippa mater filiæ ex Periphane olim susceptæ, quam quum in Thebano bello captam esse audierit, timore plena patrem puellæ quærit. Lamentabile canticum trochæis compositum est intermixtis creticis; sed discriptio versuum in B nullam omnino fidem habet, in A perpauca legi potuerunt. Incipit autem, ut videtur, a troch. octonario; 526 constat ex dimetro iambico et cretico. 527—28 tetrametri cretici, 529 bacchiacus (si hiatur post „mentem"), 530—34 octonarii iambici, 535—36 troch. octonarius cum septenario, 537—38 tetrametri cretici, 539 trochaicus

octonarius, 510 septenarius, 511 octonarius, 512 septenarius, 513 octonarius; 513 octonarius; tum inde a 544 septenarii.

525. „homini est" transp. Both., Gepp., Goetz; „st" del. Lamb. *miseresco* et misereo apud Catullum, Lucretium al. personaliter ponitur miserandi significatione, sed ut personæ obiectum genetivo casu addatur; h. l. eo omisso („sui") *quod* additur obiectum rei vel causa lamentationis. — 528. *aerumna* Pius em. *med* add. Both. Gepp., Goetz. — 529. *Paupertas, pauor*, asyndeton, v. ad Amph. 891. — *mentem animi*, cf. Cist. 205 sq. Lucret. III, 615. V, 149. al. — 530. *spes conlocem* transp. Weis., Gepp., Goetz. — 531. *Ita* ferri non potest; requiritur „Postquam", „Nam" aut aliud. In altera versus parte geminatio negationis prava est; aliud est enim, quod „neque haud" pro simplici „neque" dici potest, v. ad Bacch. 15, nec simile Mil. 1403. Itaque aut *neque* tollendum est aut *scio* scribendum pro „nescio". Hoc prætuli, quia sic in A legit Studemund. Stud. I p. 216. Iambicum octonarium sic constituerim: „Postquam gnata mea est hostium potita neque, ubi sit, scio", aut sic: „Potita gnata mea hostium est, neque ea nunc ubi sit ego scio". *hostium potita*, cf. Capt. 92.

533 ex vestigiis palimpsesti in „aduenicns" terminandus erat, proximus in „locis". Libenter transposuerim: „peregre aduenicns timido pectore". Goetz. ed.: „Quis illaec est timido pectore, quae peregre aduenicns ipsa se". — 533. *Miseratur* iam in B emend. — *mihi locis* transp. Both. — 534. Post *illi* hiatus; Mueller. Goetz.: „illic". — *usus meo uenit* Lindemannus em., v. ad Bacch. 360. Langen. Beitr. p. 162: „hospitio inuento usus est". — 535. De demonstrativo omisso vid. ad Amph. 38. Cum toto loco cf. Ter. Phorm. 305: „Hominem conmonstrarier Mihi istum uolo aut ubi habitet demonstrarier". Becker. in Studem. Stud. I p. 192 hic maluit omitti *aut*, vel potius in „hic" mutari. — 536. *Noscito*, novisse studeo, in memoriam revocare conor, cf. Cist. 515. Men. 1044. Trin. 863: „circumspectat sese atque aedis noscitat". — *me uidisse* ferri non potest. Goetz. cum Lindemanno: „uidisse mihi"; equidem *me* delevi; extremo versui *eam* addidi, ubi perparva rasura est in B. — 537. *an non ea*

est Both. congruentibus vestigiis A. — 538. *hunc an non* addidit Gepp., quod propter similitudinem antecedentium magis placet quam Goetzii „hunc ego umquam"; nam inde ab hoc loco accuratissime inter se respondent personarum dicta, et in vicem uterque eandem sententiam prorsus simili ratione enuntiat. Sed admodum corruptum hunc locum codices tradiderunt. Non discriptio solum versuum, sed ipsi numeri ita turbati sunt, ut prosæ orationis speciem habeant, sæpius autem additamentis et repetitionibus quam lacunis laborari video. V. 538 manifesta est lacuna, sed in proximo versu, ubi nulla esse videtur, quamquam putavit Francken. l. l. p. 16, simile spatium vacat in B. Præterea personarum notæ tam sæpe permutatæ sunt, ut appareat eas non ex genuino fonte, sed coniectura et libidine rubricatoris addita esse. — 539. Goetz. ed. „memini me pauperculam". — 540. *Plane*, cf. Ter. Hec. 696: „Plane hic diuinat". — „hicine" pro asseveratione capit Warren., quod fieri posse non credo, v. ad 76. *hic ille est* emend. Camerarius. — *mihi* Both., Gepp., Goetz. ante „pepulit" posuerunt. — 541. Continuatur Periphanis oratio ex 539. — 542 affert Nonius p. 473 corrupte: „Congredias. Plautus in Epidico: quid si adeam? aut sicia an congredias, si hoc est". Personas recte distribuit Goetz. *Si is est homo* recte Geppert.; „sin" ferri nequit; nullum enim hic dilemma cogitari potest, et sententiæ forma antecedenti similis esse debet; cod. I habet: „sin is est". Utraque autem sententia imperfecta est; sequuntur reliqua proximo versu. Hic autem misere corruptus est. Gepp.: „Si is est homo, Sicut anni multi dubiam me danunt". Goetz.: „Sicut anni multi dubiam me dant, animi pendeo". Et „sicut" per se probum esset, v. ad 273; sed h. l. parallelismus membrorum ostendit aut tollendum esse aut etiam altero loco ante „Longa" addendum, quorum illud vel numeri unice commendant. Tum „dubiam dant" I et, ut videtur A; Camerarius „dubiam me dant", quod pro „faciunt ut dubitem" Latine non dicitur. *dubium* Plautus id solet dicere, de quo dubitatur, v. ad Capt. 813, hic autem versus structuram scenæ recte reputanti Periphanis, non Philippæ esse apparebit. Hoc igitur Plautus dixit: „Anni multi eam dubiam mihi faciunt"; quare scripsi *dubiam reddunt*. —

Longa dies meum incertat animum affert Nonius p. 123: „Incertat, incertum facit", una cum altero Pacuvii loco. Quæ in codd. sequuntur, intellegi non possunt, nec multum iuvamur emendatione Camerarii, quam receperunt edd., „incerto autumo", nam autumare dicere est, non suspicari. Delevi quæ ex repetitione antecedentium orta videntur. — 544. *astu*, v. ad Capt. 222. — Quæ versui supererant, delevi. Goetz. cum Lindemanno: „Muliebris mi adhibenda malitiast"; Brix.: „Adhibenda muliebris mihi malitiast". — 545. *Orationis aciem.* Similitudo, ut 544 „congrediar", e re militari petita.

546. *Quid ceterum?* cf. 7. Salutem sibi reddi vult, v. Bacch. 242: „Quin tu primum salutem reddis, quam dedi?" — 547. *Haud accuso fidem*, in reddendo credito. — 548. Hiatus in diæresi; Mueller. „tu" addebat. *ut* Both. em. *animum inducam* cet., „persuadebo mihi seu credam me tibi notam esse", Lamb. De structura v. Madv. ad Cic. Fin. I, 5, 14. — 550. *interpretari*, interpretem esse; obiectum deest. — 551. *Mira ni me noris* em. Acidalius p. 185, cf. ad Amph. 279. Codicum scripturam sic enarrat Lamb.: „Mira memoras, quum dicis me, quæ femina sum, commode fabulari, id quod a natura mulierum abhorret". Immo ab hoc loco, gravitatis pleno, eiusmodi ineptiæ abhorrent. Palimpsesti reliquiæ prorsus incertæ sunt. Hoc versu igitur nihil desiderari videtur, operamque perdiderunt qui supplementa addiderunt, maxime Both.: „Mira memoras, Periphanes", quicum congruit, quod in proximis Weisius: „Meministin, Philippa"; nondum enim eo pervenerunt, ut inter se agnoscant; sensim agnoscendi via munitur. Itaque recte Periphanes: *Em, istuc rectius*, i. e. iam planius loqueris, non ut nuper (548) perplexe. Gepp. et Goetz.: „rectiust". — 552. Olim sic supplebam: „PHIL. Meministin [uidisse me]? PER. Memini in Epidauro — PHIL. Ah guttula". Sed Ambrosiani vestigia pressius sequenda sunt. Itaque Gepp.: „PE. Meministine? PHIL. Meminerim? quid? PE. In Epidauro—" (cf. ad Amph. 741). Goetz.: „PE. Meministin? PH. Memini. PE Quid? meministi. in Epidauro". Equidem: *Meministin? PH. Quid? PE. Meministin tu in Epidauro* cum hiatu in diæresi. — *Guttula* cet., me recreasti. — 555. *in me aerumnam* Camer. em., cf. Trucul.

513: „Salue qui me interfecisti paene uita et lumine. Quique uim magni doloris per uoluptatem tuam Condidisti in corpus." — 556. *Salue* codd. et A, recte. Brix. Annal. phil. CI p. 767: „saluaen?", v. ad Men. 765. — 557. „*Compotem*" ait Nonius p. 456 „in bonam partem solum accipi putatur, cum et in mala positum sit. Plautus Epidico: caedo manum. Accipe erumnarum et miseriarum compotem". — 558. *retines*, cf. Capt. 441: „te dextera retinens manu". Catul. 62, 21. — *uoltus* Cam. em., *turbatust* et ego olim et nuper Goetzius. — 560. *tace* Gepp. em.; queri vetat, cf. infra 601. 611. — 561. *postquam ilico*, i. e. extemplo quum, cf. Pseud. 490. — 562. *continuo* abundat ut „ilico" Mil. 1170. Trin. 244. — *captam* cett. codd. et edd. — 563. *adeo . . ut*, ita . . ut, aeque . . ac, cf. Ter. Andr. 245: „Adeon hominem esse infelicem quemquam, ut ego sum." — 564. *ut is ad alias* Goetz. ex A, ubi *accurauit . . . . ad alias* lecta sunt. — 565. Post *si me uis* B deficit in fine versus (I: „sitne" nec quidquam amplius); Camerarius „uiuere" supplevit; sed pluribus opus est, nam A versum in „Canthara" terminat. Studemund. Stud. I p. 40: „Fac uideam, si mea, si salua mea sit", quod ex A elici posse negat Loewius, v. Goetz. in præf. p. VI. — 566. *Telestidem.* Verum nomen G. Valla et Camerarius restituerunt; nam Acropolistis exit illa quidem, sed Telestidem (v. 633) Periphanes se evocare credit. — *huc* ex A addit Geppert.

569 sqq. Titulum dedi ut in B plene scribi solet, quamquam h. l. duo nomina propria omissa sunt; in A solum Periphanis nomen servatum est. Per totam autem scenam fidicinæ proprium nomen indicavi, quod librarii ignorant. — 569. *aduenienti* Cam. — 570. *exsequitur*, quærit, cf. ad Amph. 794. Men. 243. Rud. 260: „patronam exsequontur benignam". — 571. *ferre* iam in B em., cett., cf. Amph. 709. — 572. *nata sit* Ald. — 573. *istanc* Muell. et Goetz.; Gepp. „hance"; Spengel. „hanc ego". — 575. *inmutabilem*, i. e. non mutatum, non, ut Boxhorn. voluit, mutatum. Sed proxima lacunosa sunt. Unam fere vocem sequentis versus periisse putarunt superiores, velut Both.: „Habet hæc mulier", Gepp.: „Aliter felis", ac satis veri simile erat, quæ in archetypo in exitu versuum

fuerant, excidisse; sed potius, ut Goetz. iudicavit, duorum interierunt versuum partes, nam in A duo versus fuerunt. Ego exempli causa sic suppleuerim:

Quia uestitum atque ornatum inmutabilem
Habet haec *etiam nunc, quo dudum, quom est adducta, induta erat.*

PII. *Canis uenaticae* aliter catuli longe olent, aliter suis,
Ne ego meam nouisse *nequeam.*

Mulier primo adspectu intelligit, non virginem bono genere natam, sed meretricem sibi ostendi. 578 Camerarius et omnes post eum ediderunt: „Nego eam me novisse, quae sit", male. Codd. et A recte *Ne ego*; sequebatur autem non „eam", sed *meam*, cuius in A prima littera apparuit; itaque supplendum; „Ne ego meam non nosse possim", aut „nouisse nequeam", i. e. nedum ego non possim, aut ne existimes me meam filiam ignorare posse, cf. ad Aul. 426. Bugge in Annal. philol. CVII p. 404. — *PER. Pro deum* edd.; in B exciderunt; I: „PER. Deum". — 579. Iam intelligens se deceptum esse et alienam puellam pro sua filia mercatum, vehementissime queritur. *Lenocinium facere* sibi videtur, v. Merc. 405, sed mirum et parum fructuosum. *Quod* necessario scribendum est, ut Langiani codd., non „Quid?" ut B cett. (in A nihil apparuit); hoc enim post emphaticam exclamationem locum non habet. — *alienas* Lang. et vulgo, quo nescio an non opus sit. — 580. Non. p. 102: „*Egurgitem* exhauriam significat" h. l. laudato. — 581. *oscularis* A. — *stupida*, stupens, cf. Poen. 1248: „ita stupida sine animo adsto". — 582. *Ne fuat*, cf. 593: „ne fueris pater". — 583. Etiam si hæc nolet mater mea esse, tamen matris filia ero, si non eius, at alterius. *tamen ero* et A et cett., proceleusmaticus; sed videtur cum Bothio „tam" scribendum, v. ad Bacch. 1196. — 584. *med* Both. em. — 586. *appelles* B, sed fuit „appellas", quod et ipsum ferri potuit; I: „appellabas". — 589. *quae didici, dixi omnia*, i. e. nihil dixi, quod non didicissem, cf. Poen. 904: „Omnia memoras, quo id facilius fiat"; i. e. omnia, quæ memoras, hanc rem faciliorem reddunt. Rud. 515: „omnia corusca prae tremore fabulor". L. de XX Q. v. 32: „eosque praecones omneis, quos eo ordine dignos arbitrabuntur,

legunto". Cic. p. Plancio 7. 17: „omnes tecum equitum Romanorum filii petiverunt". Sall. Iug. 103, 1. al. Non opus igitur, ut cum Gepperto scribatur: „quae dixi, didici omnia". — 590. *put magister*, transp. Both. *plaustrum* Saracenus ex Festo, qui p. 230 hunc locum affert, et ex Donato ad Ter. Eun. 379 („perculeris iam tu me"): „peruerteris, unde proverbium: bene plaustrum perculit". Sed præterea *perculit* scribendum, quamvis etiam Festus „perculi" habeat; nec enim senex sed Epidicus omnia evertit et rem familiarem eius fregit. — 591. *peccaui* addidit B man. sec.; *pater* Kiessling. Mus. Rhen. XXIV p. 120, idemque postea in A lectum est. — *audiuero*, quod iam Pylades addidit, exstat in A. — 592. *uitam tuam interimam*, cf. Casin. 633. — 594. Post *rem* hiatus; Goetz. cum Brixio: „istane". — 595—97 damnavit Goetzius in editione, iniuria. — 597. *uisum esset* necessario scribendum, et sic Mueller. Prosod. p. 758, qui quod persequitur: „non pote nouisse", ego malui cum Gepperto „poteras nosse" scribere. — 598. *Quid* etiam in A lectum est; sed nescio an „Qui?" fuerit, i. e quo modo nosse poteram? — *ut primum uidi* olim emendatum est, nec aliter A. — 599. *habe* A, ut voluerat Guietus. — 600. *Hinc*, cf. Trin. 327. — *eam* tolli voluit Mueller. Pros. p. 389. — 601. *equidem*, v. ad Amph. 757. — 602. *Circam*, ueneficam. Quod addit *Solis filiam*, prope necessitate coactus fecit, ne Romani homines, quid vellet, nescirent. — 603. *relictis rebus*, i. e. posthabitis omnibus, cf. Cist. 6. Trucul. 231: „Probust amator, qui relictis rebus rem perdit suam". Stich. 363: „res omnes relictas habeo prae quod tu uelis". Ter. Andr 412. Eun. 166. Heaut. 840. — *Epidicum quaerendo*, cf. Poen. 222: „nos lauando". Apud prosæ orationis scriptores dativum gerundii cum accusativo iungi negat Madvigius Em. Liv. ad XXI, 64, 1. Habet Ovid. Met. IX, 684. — 604. De structura v. ad Aulul. 662.

605. Dum senex per urbem ambulat Epidicum quærens, Stratippocles ex Chaeribuli ædibus exit moræ impatiens, quod nondum venerit danista cum virgine. Mox Epidicus, tum virginem adducens danista advenit. In nominibus suprascriptis virginis nomen addiderunt edd.; B man. sec.: MULIER. — *qui*

a me Gepp., quod etiam si in A non exstet, nam Goetz. „quod“ ibi legi testatur, tamen verum videtur, quia B „quid“ habet. Goetz.: „quod a me“. — 606. *quae empta ex praedast* Cam., Gepp. ex A, quamquam hodie nihil apparet, v. Anal. Plaut. p. 76. — 607. Versum affert Nonius p. 8: „*Caperrare* est rugis frontem contrahere et asperare, tractum a caprorum frontibus crispis“, iterumque p. 173: „*Seueritudine* pro seueritate“, utroque loco *illud* scribens. Cf. etiam Fest. p. 48. Varro L. L. VII, 107 ex Nævii Dolo affert: „caperata fronte“.

609. *ita non*, ne ita quidem, si omnes dei mihi adsint, me adiuvare poterunt. cf. Curc. 451. Men. 968. Nihil est quod cum Luchsio Herm. VI p. 275 „tam“ (i. e. tamen) scribamus. — 610. *lora*, ad me vinciendum. cf. 615. 682. *ibi aderat* A, ut Both. — 614. *defloccatos* Scaliger calvos intelligit; immo male tractati, cf. Casin. 889, misere decepti intelligendi sunt; nam attondere et detondere in hac re vulgata verba sunt, v. Bacch. 1123 sqq. Capt. 267. — 615. *copulas*, vincula, cf. Corn. Nep. Datam. 3: „copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat“. Ovid. Trist. V, 9, 28. Proxima, quum vulgo ex Scaligeri coni. „sescuncias“ scriberetur, ex A emendata sunt. — 616. „Quippe“ codd. „Quasi dicat: quidni ego bonum habeam animum, cui libertas parata est domi? Ironia servilis“ Lamb. Sed ut hoc intelligatur, necesse est *Quidni* scribatur, quod feci; cf. Trucul. 716. — *in mundo*, v. ad Asin. 262. — 617. *seruabo*, salvum præstabo; sed servus in respondendo de custodia accipit. *me* codd.; „ne“ voluerunt Gulielm., Fleckeis., Gepp., Goetz., fortasse recte. — 618. „rauistellus“ A teste Lœwio, sed scribendum *rauastellus*, quod legerat Studemund. Herm. I p. 284. A „rauo“ enim dicitur „rauaster“, inde „rauastellus“ ut „peditastellus“ Mil. 54; pertinet autem ad colorem capitis; subcanus homo intelligi videtur, et sic Festi Ep. p. 272: „raui coloris appellantur, qui sunt inter flavos et caesios, quos Plautus appellat rauistellos. Quis, inquit, haec est mulier et ille rauistellus, qui uenit“. Sed iam ante eius ætatem alia fuit vocis scriptura: „grauastellus“, quam prætulit Goetz.; nam idem p. 96: „grauastellus senior Plautus: qui est grauastellus, qui aduenit.“ Cf. Placid. p. 49. — 619. *de praeda* et A et, ut mihi videbatur, B;

vulgo cum I: „ex". — 620. Prius *est* in B exciderat; supra lineam additum est. — *ita*, non „ista" legendum esse apparet; viderunt Mueller. et Goetz. Sed post *dixi* interrogandi signum poni non debet; continuatur sententia proximo versu. — *et* A. — 621. *unguiculo*, pedis. Goetz. ex A „ungulo"; I „angulo" habet. — „est" recte omisit ed. pr., quamquam etiam ex A affert Gepp., Goetz. tacet. — 622. *Estne consimilis quasi cum signum* et *adsperseris* A. — 623. *Ex tuis uerbis*. „Si picta sunt pulchra, meum tergum pulchrum futurum est, nam pigmentis ulmeis, i. e. virgis ex ulmo, a senibus quasi pictoribus pulchre pingetur. Per Apellem et Zeuxin, optimos pictores, Periphanem et Apoecidem significat", Lamb., cf. Poen. 1269: „O Apella, o Zeuxis pictor!" *Apella* scripserunt Gepp. et Goetz. — 624. *duo*, i. e. ambo, cf. Most. 761.

625. Corruptum locum vulgo ex Camerarii coniectura sic edunt: „otiose isse admiror; pedibus pulmoneis Qui perhibetur cet." Quod ad priora attinet, istis profecto verbis adulescens non usus est in querendo, quod danista tam lento gradu incedat. Gepp.: „cito te esse admiror", quasi per ironiam. Goetz.: „otiose adbitis". Melius Mueller.: „Sei iussem ad me ire"; Brix. Ann. phil CI p. 767: „Sicin iussi ad me ire?"; ipse olim conieceram: *Sic te iussi ad me ire pedibus?* i. e. isto gradu. — Ex „pulmunes" quum in I ceterisque „pulmones" factum esset, Cam. „pulmoneis" scripsit, eumque ceteri secuti sunt; pulmoneos autem pedes intelligunt molles, tumidos, ulcerosos; quod ne quis dubitet quin nihili sit, legat Taubmanni aut Gronovii annotationes. Unus tamen Brixius damnare ausus est, qui „pedibus plumbeis" scripsit; sed quem plumbeis pedibus esse dixerint antiqui, non novi. Equidem non dubito, quin *palmipes* fuerit, i. e. anas aut anser, v. Plin. Hist. nat. X, 11, 13, 29: (Volucres) „aut aduncos ungues habent aut digitos aut palmipedum in genere sunt ut anseres et aquaticæ fere aves." — 628. *Id*, i. e. ideo, v. ad Capt. 674; Camerar. et vulgo: „Es remoratus" — 629. *absolue me* Cam., cf. ad Aul. 509. — 630. *Pernumeratumst*; numeratum argentum apud se iacere dicit. — *Tene cruminam*. Cruminam ei tradit, ut in eam indat argentum. — „Sapienter uenis" corruptum est; Acidalium secuti vulgo edunt:

„Sapienter mones"; admirandam sane sapientiam! Equidem scripsi: *capit* (sc. quadraginta minas, id quod mihi debes). *ST. An tu uenis Opperiri?*

632. Dum adulescens ædes intrat, Epidicus agnoscit puellam illam ex præda emptam Periphanis filiam esse, quæ Thebis cum matre habitasset. Primum dubitat, an se fallat oculorum acies. „Oculis utilitatem obtineo" pro „oculorum" Latine dici non potest. Credo fuisse: *Satin ego oculis utor? aciem optineo sincere an parum?* — 633 et 34 in codd. inter se permutatos esse perspexit Brixius Ann. phil. CI p. 761, verumque ordinem in A animadvertit Studemund. Stud. I p. 40. Quod quum non intellectum esset, ex errore, qui in B apparet, I: „natan es Thebis, Epidauri sata?" nec aliter Geppert., nisi quod „nata es". — *Periphanai* Both., cf. 247. — 636. *nouisti Quod* A, ut edd. Ante *Quod quidem* auditur: „Non noui". — 637—38 in codd. permutatos esse vidit Acidalius; probat A. *natali die*, cf. Ter. Phorm. 48. — 638 affert Priscianus III, p. 616 sq.: „aureus, aureolus. Plautus in Epidico: lunulam atque anellum aureolum" et iterum paulo post. *Lunulam* puella collari alligatam non ornamenti solum causa gestasse videtur, sed etiam ne sibi noceret malus oculus aut fascinatio, v. Ussing, Erziehung u. Unterricht[2] p. 43. Jahn in Bericht. d. Sächs. Gesellsch. 1855, p. 42, not. 48. — *digitulum* Goetzius em. — 639 sq. emendavit Goetz. ex A; sed in altero versu fere nihil legi potuit. *tuus* A; „tuust" Goetz. — 641. *animo liquido*, cf. Most. 736. — *ualet* Seyffert. em. in præf. Goetzii p. 18. — 643. *occàsionem ut*, v. ad Capt. 256.

644. Stratippocles redit cum argento. — 645. *dubium* „sitne probum an improbum", Lamb. — 646. *enim*, v. ad Aul. 492. *aeque*; mecum, quod additur Asin. 330, non est necessarium. — 647. Post *appellat* obiectum „te" omissum, cf. ad Asin. 392. — 648. *sum* add. Goetz. — *atque exeo* cett. codd.; *inde* addidi ego; Goetz. cum Brixio: „dum ego eo intro"; Mueller. inter alia: „Quid? ego huic quomodo frater factus sum dum eo intro atque exeo?" — 649. *Quod boni* cett. codices. Epidicus eum queri vetat, quod sororem reppererit. *tacitus taceas*, Plautina allitteratio. Gronovius dubitat: „Utrum teneas an habeas?"

sed nihil mutandum. — 650. Perdidisti, inquit, me amantem, quum me fratrem repperisti. — 651. *illa* add. Goetz. — 652. *concilio*, cf. Capt. 131. — 653. *fateor*, ultima longa, v. Proleg. p. 195. De quinto pede ibid. 184. Mueller. Pros. p. 46 „i intro" proposuit. — Fatebatur, sibi sororem magis placere quam fidicinam, sed Epidicus eum interrumpit. *aquam calefieri*, lavandi causa, ut convenit peregre advenienti. — 654. *Cetera haec*, cetera quæ huc pertinent. *ubi* A, ut iam Camerarius. — 655. *Sequere me, soror, hac* A. Intrant Periphanis domum; Epidicus ex Chaeribuli ædibus Thesprionem evocaturus est, ne amplius quasi exsules foris versentur. — 656. *saeuibunt* Dousa. Ne cum A „saeuibit senex" scribas, cf. 659. — 657. *Suppetias* I et cett.

658. *hortus* plerumque post ædes erat, ut per hortos vicini commeare potuerint, cf. Mil. 342. Merc. 998. Stich. 438. Pers. 445. Exempla Pompeiana plura supersunt. — Epidicus armigerum heri evocans iocabundus militarem hominem auxilium sibi ferre iubet. Mueller. „ac fer" voluit. Alii plura emendenda putarunt, Acidalius p. 188: „Thesprio, exi: istac per hortum abi domum. ausculta mihi: Magna est res". Eum in prioribus Goetzius sequitur, deinde secum loquentem facit servum: „auxilio mihi Magnast res". Abrahamo Ann. phil. Suppl. XIV p. 225 lacunosus locus videtur. — 659. *facio* Cam., *senes* edd. — 660. *ut adcurentur* cet., ut bene accipiantur Stratippocles et soror domum reversi. — 661. *Eadem*, v. ad Bacch. 47. *haec* cett. et edd. — 662. *neque . . haud*, v. ad Bacch. 15. — 663. *Abeo* I et edd.

---

664. Duo senes redeunt. Periphanes id unum cogitans, quo modo Epidicum ulciscatur, Apoecides misere cupiens abire. *Satine*, v. ad Amph. 627. *illic* Both. em. — 665 *med* idem. — 666. *Tace, sine modo* Goetzius; Weis. et Gepp.: „Tace modo: sine"; alia Mueller. Pros. p. 742. Luchs. Studem. Stud. I p. 28. — *iam* codd., Goetz. „nunc". — 667. *te melius* in B iterata posteriore loco tollenda esse ostendunt numeri. „meliust" Lamb. aliique; sed vid. ad Amph. 590. — *ita* rationem affert, cf.

Amph. 1083. Aul. 404. Men 583. Poen. 642. ann. ad Mil. 159 et Pseud. 898 et Rud. 203. — 668. *Lassitudine* A, ut iam Pius. *flemina*, tumores. Festi Ep. p. 89: „flemina dicuntur, cum ex labore viæ sanguis defluit circa talos". Caper, Orthogr. p. 1243 a P.: „flemina sunt, ubi abundant crura sanguine". — 669. *Quot illic homo hodie* A, ut iam Mueller. — 672. „propius" omisi cum Weisio. Vulgo cum Grutero: „si prope astes, calefacit." Goetz.: „prope sist, aestu calefacit". W. Wagn.: „propius si astes, i."

673. Epidicus redit optima spe triumphans. V. 608 dixerat ne duodecim deos quidem se servare posse; iam, quoniam se salvum videt, præter eos ait omnes omnino deos sibi adesse. Scripsi quod proposuit Mueller. Pros. p. 270: *Duodecim di et plus quam*, quamquam ipse aliud fuisse putat, velut: „Nimio plus quam quantum". R. Mueller. voluerat: „Duodecim di plusque quam in caelo adeost immortalium". Quod Francken. proposuit: „Duodecim dei, quantum in caelo deorumst", saltem „et quantum" esse debuit. — 674. *auxilio* I et cett. — 676. *Apolactizo* vel *apolactisso*, calcibus pulso, Græcum verbum de summo contemptu vulgatum. — 677. *quaeras* iterandum esse plures viderunt; in A lectum est: „Du . . . . s quaeras", v. Anal. Plaut. p. 96. Goetz. „Dummodo" edidit omisso in proximis „uel". — *mea causa*, per me, cf. Men. 715. 1010. Trin. 979. Cas. 77. Pseud. 123. — 678. *quaeris* B em., cett. — 679. *oculis concessi tuis*, i. e. ab oculis tuis. Præpositionem addunt Gepp. Goetz., vix necessario, v. ann. ad Amph. 213. Mil. 691. Stich. 360. Men. 835. — 680. Præter primam vocem in A nihil certi legi potest. — 681. *uincire* B em., cett. — 683. *Ilicet*, v. ad Amph. 334. — *Uadimonium* cet., quasi de iure disceptandum sit, me provocat. — *facit* et *Quin* A, ut olim alii. — 685. *deprecari* Both.; in A „spatium fere quadrat". — 686. *Ecquid agis?* v. ad Aul. 628. — *Tuon arbitratu*, sc. hoc faciam? Num tu mihi imperas? — *uero* A, ut edd. inde a Pio. — 688. *tragula*, a trahendo, telum s. iaculum fuisse videtur, cui funis additus esset, quo id quod percussum erat retrahi posset. Hoc et milites in bello utebantur, v. Cæs., Liv., Fest. Epit. p. 367: „Tragula genus teli, dicta quod scuto infixa

trahatur", et piscatores, v. Plin. H. N. XVI, 6, 13, 34 de subere: „Usus eius ancoralibus maxime navium piscantiumque tragulis et cadorum obturamentis"; cf. Pseud. 407. Casin. 276. *adornat*, parat. — *facit* A. — 689. *age* A. — 691. *Mos geratur*, ut vinciatur. — 692. *Atque*, v. ad Asin. 697. Non vinciri solum se iubet, sed etiam *arte* vinciri, i. e. firmiter. — 693 corruptus est. Edd. ab initio: „Nihil uero obnoxiose"; interpretantur: non ambitiose", quod fieri vix potest. Mueller. Pros. p. 605: „Nihilo uero obnoxior sum", quod enarrat: „Das hilft doch nichts", vix melius. Goetz.: „Nimis erunt obnoxiossæ", i. e., credo, obedientes, ut Trin. 1038: „magisque sunt obnoxiosae quam parentes liberis"; sed his non convenit responsum. Illud recte vidit, „uero" corruptum esse; equidem ortum putaverim ex „uolunt" omissa posteriore syllaba; tum scribam: „nihil uolunt obnoxias se" (sic I), vel potius: *nihil uolunt obnoxiae esse*, i. e. nihil cuiquam debere volunt; nihil levatum cupio; nec multo aliter Stich. 499: „Perii hercle uero plane, nihil obnoxie". — *Facto opere arbitramino*, ubi constrictus eris, iudicato, quanto opere tibi pepercerim; cf. Bacch. 568. De forma verbi v. Madvig. Opusc. II p. 240. Neue Formenl. II p. 399. Plauti Pseud. 868. Truc. 195. — 695. *Qua* cett. codd. et B. man. sec. *fiducia*, cf. Ter. Andr. 613. — *nudius tertius*, cf. 367. — 696. *ea fiducia* ablativus est, ne quis cum Gepperto „est" addat. — 697. *Uel*, v. ad Amph. 910. — *da pignus*, Pylades em. Sponsione eum provacat, ni filia aut ni matris filia sit; ipsius non dicit; ludit enim eadem ratione qua fidicina, quam docuit, v. 583. Dare pignus est enim sponsione certare, v. ad Bacch. 1053, cf. Pers. 187. Trucul. 272. Sponsionis summa non accusativo casu additur, sed per præpositionem *in*, v. Cas. 75: „Id ni fit, mecum pignus, si quis uolt, dato in urnam mulsi." Poen. 1240: „Da pignus, ni nunc peieres, in sauium, uter utri det", quasi significetur pignus datum tum demum recipi posse, si solvatur promissum, sive urna mulsi sit sive savium sive ut v. 699 talentum. — 699. In tali autem certamine qui prorsus sibi confidunt, ipsi maximam summam opponere solent, quum alter minimam ponat; servus scurrili ioco rem invertit; ipse *nummum* ponit, quum herum *talentum* ponere iubeat. — *Enim*,

i. e. enimvero, v. ad Aulul. 492. Goetz. cum Brixio et Muellero: „Em". — *istic*, i. e. in ista sponsione. Sic recte scriptum est in eadem locutione Most. 1125; vulgo: „istaec" editur. — *captio*, v. ad Asin. 783. — 700. *rem* add. Pylades. — 701. *tibi* ultima longa; Ritsch. „ego" addebat. — 702. *eo* olim emendatum est; error „ego" etiam in A exstat. — 703. Vulgo „Istis adeo te"; Pylades: „Te istam ob rem tetigi"; Goetz. cum Pareo: „istam ob rem te"; sed „illam" scribi debebat. Weis. „Istis adeo te tetigi". Mihi *Is* (i. e. iis, v. Proleg. p. 212) *te* relinquendum videbatur, pro „abore" scripsi *fateor*. *minis* I et edd. inde a pr., recte, cf. Poen. 101: „tangere hominem uolt bolo". 1284: „aere militari tetigero lenunculum". Turpil. 36: „quia se talento argenti tetigi". Cic. Orat. II, 64, 257. — 704. *Quomodo* etiam A. *ludos* ed. pr., v. ad Amph. 567. — 705. *Factum*, sc. est, v. ad Amph. 590, p. 291. — 707. „benignus" prodigum significat Trucul. 34; sed quid hoc ad rem? Lamb. „te indigno" coniecit, Scaliger „maligno". Oppositio postulat ut *bono* scribatur; neque hoc non veri simile est, nam ad proximum *tuo* requiritur *gnato*. In A litteræ evanuerunt; spatium relictum emendationem commendat. In B Goetz. ait „tuo" man. 3 additum esse, sed exstat in I. — 708. *Cur dare ausus es?* v. ad Aul. 733. — *impudentia est* Camerarius supplevit ex Donato ad Ter. Eun. 780: „Plautus in Epidico: quae, malum, haec impudentiast?" — 709. *inclamitor quasi* edd. ut I, i. e. increpor, cf. Cist. 107. Mil. 1029. al. — *Quom tu es liber, gaudeo*; ironice quasi nuper manumisso gratulatur, cf. Men. 1012. 1127. Ter. Ad. 972 c. not. Donati. — 712. *Abi modo intro* cett. codd., cf. 653. — „Non pol temerest" Mueller. Pros. p. 357, Goetz.

713. Dum intrat Periphanes, Apoecides cum Epidico loquitur. — 714. „haec filia" ferri non potest; *huic* scripsi. De ordine verborum v. ad Amph. 290. — 716. *mali messim* olim emendatum, cf. Trin. 33: „Eorum licet iam metere messem maxumam". — 717 sq. Bothium „Quemne" scribentem et hos versus post 712 ponentem satis refutavit Reinhardt. in Studem. Stud. I p. 107. Periphanes se filiam reperturum esse promiserat v. 600 sq. *Quamne*, v. ad Amph. 690. *defessi quaerere*, cf. 198.

719. Redit Periphanes. In exeundo etiam filiam filiumque alloquitur. Non opus esse ait se tanto opere orare; se iam intelligere Epidicum ita de se meruisse, ut merito eum solvere possit. *isti* A, i. e. intus. Mox *Sic* addidi. Both. „conmeruisse", Weis. „Nam meruisse", Gepp. „me meruisse", Goetzius cum Brixio: „mi euenisse". W. Wagn.: „rem tulisse". — 720. *Cedo.* Epidicum iubet manus porrigere, ut solvatur; ille iratum se simulans superbe aspernatur, quo maiora præmia extorqueat. — 721. *attigas*, v. ad Bacch. 442. — 723. *oras*, v. ad Capt. 332. — 724. Vulgo post hunc versum interrogationis signum ponunt; sed tum scribendum erat: „Quid postea? Nam cet." — 725. *quod pappet*, quod edat, cf. Pers. Sat. 3, 17: „Cur non .... similis regum pueris pappare minutum posceis?" Scripturam cum p geminato tutatur Loewe in præfat. Goetzii p. XXV. — 727. *si quid* A ut cett.; *inprudens* primam corripit, v. Proleg. p. 203. Goetz. cum Bothio: „si qui". — 729. *Nisi*, v. ad Aul. 357. *cogor* scripsi; nam coniunctivus a Plautina ratione abhorrere videtur.

730 sq. Solita spectatorum, finita fabula, allocutio. Edd. vulgo „Gregi" eam tribuunt sive catervæ histrionum, cod. B „Poetæ", quod probat Dziatzko, Ueber Plautinische Prologe p. 9; fortasse ipsius Epidici sunt, v. ad Cas. 932; quare et cautius et antiquius videbatur Græcum litteram ponere, v. Proleg. p. 173. — 731. *porgite*, antiquæ edd., Weis., Goetz.; iam confirmat A. *exsurgite* A. Cf. Pseud. prolog. extr.: Exporgi meliust lumbos atque exsurgier", unde surgendi verbo transitivam vim tribuerunt Taubmannus, Gepp. Stud. II p. 62, Loew. Analect. p. 149.

COMMENTARIUS

IN

MOSTELLARIAM.

Mostellaria fabula est, qua de monstris agitur sive mostellis, quamquam deminutiva nominis forma vix alibi reperitur; (de n ante s extruso vid. Corssen, Aussprache des Lat. I p. 97 sq.). Monstris enim obiectis vel potius narratis callidus servus senem superstitiosum ab ædibus abigit, ne adulescentis heri nequitiam animadvertat.

Theopropides senex Atheniensis negotiorum causa triennium domo abfuit. Interim Philolaches filius adulescens amore meretricis captus amicorum exemplo et servo nequam hortante totum libidini et luxuriæ se dedit, et quum absumpta re familiari pecunia non suppeteret, gravi fænore primum triginta minas accepit, quibus amicam a lenone redimeret, deinde in alios sumptus decem minas. Quibus comparatis quum in ædibus paternis sumptuosum convivium institueret, senex redux ex improviso supervenit. Quem ubi in portu conspexit, Tranio servus callido consilio adulescentem servare conatur. Ædes arte occlusas seni persuadet, quia mortuorum monstris infestarentur, ab adulescente domino pridem relictas esse, nec sine summo periculo adiri posse. Verum supervenit fænerator pecuniæ, quam Philolacheti commodaverat, usuras poscens. Cuius rei quum senex rationem quærit, Tranio ei narrat, filium eius alias ædes sibi emisse et arrhabonis dandi causa argentum illud a fæneratore sumpsisse, interrogantique seni, ubinam sint illæ ædes, vicini Simonis domum indicat. Theopropides ædes inspicere cupit, et Tranio postquam Simoni narravit, senem suum novas ædes ad illius exemplar ædificare velle, inspiciendi veniam impetrat. Iam ridicule admodum ille alienas ædes pro suis

inspicit et, si quid ædium dominus pro domino dicit, pænitere eum venditi putat, hic vicinum ridiculum et parum integræ mentis ædes, quas ipse non vehementer probat, admirari censet, servo utrumque æqualiter ludente. Interim potantibus in Theopropidis ædibus Philolachete et Callidamate sodali et amico eius cum meretricibus, Callidamatis servi adveniunt, ut herum domum comitentur. Horum demum sermone audito Theopropides in suspicionem adductus a Simone omnem rem comperit, seque a suo servo ludibrio habitum esse maximo opere indignatur, eumque gravissima pœna castigare instituit; sed intervenit Callidamates, qui quum suam esse culpam profiteatur suumque sumptum fore promittat, eius precibus motus senex et filio veniam dat et servo ignoscit.

Mostellariam hoc nomine et alii sæpe grammatici et Festus p. 166 laudant, sed apud eundem Festum p. 162 huius fabulæ v. 235 et p. 305 v. 714 quasi ex Phasmate afferuntur. Hoc ita explicarunt viri docti, ut Phasma Græcum fabulæ nomen fuisse censerent, Plautum Latine Mostellariam appellasse, posteriore autem ætate, quum in plerisque rebus Romani propius ad Græcos accedere conarentur, histriones Plautinam fabulam agentes Græcum nomen reduxisse. Tres autem Græcæ huius nominis fabulæ commemorantur, una Menandri, cuius Terentius in Eunuchi prologo v. 9 mentionem facit, ubi Donatus argumentum fabulæ tradit a Mostellaria prorsus diversum, altera Theogneti, *Φάσμα ἢ Φιλάργυρος* (v. Meinek. Fr. Com. Gr. IV p. 549), quæ et ipsa a Plautina fabula diversa fuisse videtur, si quidem avari hominis, cui alterum nomen illa fabula debet, in hac perexiguæ partes sunt. Quod ad tertiam attinet, Philemonis *Φάσμα* (v. Meinek. IV p. 29), quod unum inde affertur fragmentum, a nostra fabula alienum est; sed æqualem saltem ætate poëtam fuisse, efficitur ex v. 1130. Certius nihil affirmari potest.

Ceterum fabula est prorsus egregia; nam et mores hominum lepidissime depingit, et ex ipso argumento ea hilaritatis et festivitatis copia oritur, ut nec parasito nec milite nec coquo aut sycophanta ad risum movendum opus fuerit. Merito igitur semper inter optimas Plauti comœdias habita est, nec Lorenzio

(p. 33 ed. 2) assentior eam aliis quibusdam postponenti. Recentiorum quoque poetarum non pauci imitati sunt. Ex Gallis Lorenzius p. 61 affert Pierre la Rivey, qui „Les esprits“, et Montfleury, qui „Le comédien poète“ scripsit. Etiam Destouches propter „Le tambour nocturne“ hic commemorari posse ait Bonnet in Jahrbücher f. Philol. CXI p. 885. Propius ad Plautum et argumento et merito accedit Regnard, cuius est „Le retour imprévu“. Hinc derivata est fabula Fieldingii Angli „The intriguing Chambermaid“. Dunlopius autem (History of Roman litterature I p. 209) etiam antiquiorem fabulam Heywoodii „The English Traveller“ et Italicam Bentivoglii „I Fantasmi“ ad Mostellariam fontem refert. Sed ante omnes commemorandus est Holbergius nostras, cuius fabula perquam ridicula, quæ Abracadabra inscribitur, ex Mostellaria expressa est, omissis tamen et adulescentis querimoniis et feminarum personis, quarum apud Plautum non parva festivitas et elegantia est.

Singularem iniuriam hæc fabula olim experta est transpositis casu foliis. Iam ante archetypum codicum nostrorum scriptum foliorum par vel duplicata membrana versus continens 787—866 ita inversa est, ut posterius folium (827—66) priorem locum teneret, prius (787—826) posteriorem. Quibus sic in archetypo descriptis quum in posteriore pagina locus superesset, versui 826 additi sunt 867—68. Tum autem ipsius archetypi duo folia versus 590—672 continentia casu avulsa alienis locis inserta sunt, prius post v. 868, alterum post 1047, eumque foliorum aut versuum ordinem codices inde descripti B et C ceterique omnes tenuerunt. Tam graves turbæ non diu editores fefellerunt; primus Pylades, tum Angelius, postremo Camerarius sagaci ingenio pleraque restituerunt, et, nisi quod Pareus codicum ordinem retinuit, inde a Camerario fabula satis recte ordinata lecta est. Sed vir doctissimus, ut fit, quum tam multa transponenda esse vidisset, causam autem turbarum non intelligeret, etiam nonnulla, quæ tangi non debuerant, locum mutare iussit et vss. 887—918 (integram scenam) post v. 841 posuit. Hoc male factum esse Ritschelius ostendit Parerg. p. 436 sq. de turbato scenarum ordine Mostellariae subtiliter disputans, verumque scenarum ordinem iam coniectura inventum Ambrosiani

palimpsesti testimonio confirmari ostendit, ita ut de eo amplius dubitare non liceat. Ambrosiani folia, quæ ad hanc fabulam pertinent, versus continent vel potius continuerunt 565—603, 641—711, 744—781, 811—842, 877—1016, 1027—1055, v. Ritsch. Præfat. Most. p. VII sq. et Geppert. Plautin. Stud. II p. 68. Inde quæ Ritschelius et Geppertius legere potuerunt et quæ adhuc publici iuris fecit Studemundus, contextui subiecimus (A) una cum varietate scripturæ codicum B et C ex Ritschelii editione repetita. Illud quoque animadvertendum est, archetypum Palatinorum codicum in hac fabula interdum lacunis vitiatum esse per plura folia pertinentibus mediasque duorum aut trium versuum partes absumentibus, unde vicenos fere versus singularum paginarum fuisse apparet. Sic per tria folia, sex paginas, pertinet lacuna 485—86, 506—7, 526—27, 543—44, 563—65, 586—88, item per unum folium, duas paginas, lacuna 690—92, 711—13, per duo folia lacunæ 727—29, 748—50, 769—70, 787—88 et 1104—6, 1125—27, 1146—48; quartæ paginæ nihil nocitum est, nam fabula terminatur versu 1161.

Recentissimo tempore hanc fabulam separatim plures ediderunt: *A. Lorenz* cum commentario Germanico 1866, iterum 1883, *W. Ramsay* cum commentario Anglice scripto 1869, *S. Bugge* cum interpretatione Norvegica Gjertsenii 1873, *E. A. Sonnenschein* cum comm. Angl. 1884.

Personarum nomina omnia Græca sunt, partim ex communi Atticorum usu sumpta, partim ad ingenia hominum significanda ficta. Huc pertinet, quod fænerator *Misargyrides* dicitur ironice quasi argenti osor, quod etiam Donatus ad Terent. Adelph. I, 1, 1 exemplum affert nominis per *ἀντίφρασιν* ioculariter impositi. *Philematium*, s. osculum, puellæ nomen est satis frequens, v. Lucian. Dial. meretr. 11. Corp. Inscr. Lat. I, 1011. 1095. 1205 (Philematio ibid. 1180). *Grumio* quod rusticus servus appellatur, conferri potest *Γρυμαία*, quod meretricis nomen est apud Athen. XIII p. 583 e; sordes autem significat apud Themistium 23 *συρφετὸς καὶ γρυμαία*, nec aliter comici, v. Ritsch. Opusc. III p. 307. *Tranio* (Tranius v. 549) urbanus vocatur ab adiectivo q. e. *τρανής* i. e. acutus; cf. Ritsch. Opusc. III p. 331. V. 1096 legenti mihi in mentem venire solet, piscis nomen esse

debere, fortasse anguillæ, sed testimonia desunt. Quod autem in vasculo Campano (Archäol. Zeit. XXXVII tab. 4) W. Klein hoc nomen sibi legere videtur, nimis dubium est. Senis nomen *Theopropidem* esse Bergkius invenit Zeitschr. f. Alterth. 1848 p. 1126, eique etiam Ritschelius accessit Ind. schol. Bonn. 1856 p. 4 sq., quum in editione vulgatam formam Theuropidem retinuisset, Lachmannus autem ad Lucret. p. 313 Theoropidem commendasset, quorum neutrum alibi invenitur, *Θεόπροπος* autem et *Θεοπροπίδης*, contracte *Θεύπροπος*, *Θευπροπίδης*, satis nota sunt. v. Pausan. X, 9, 2. Corp. Inscr. Græc. 3140, v. 28. Mommsen. Inscript. Neapol. 6997. al. apud Lorenz. p. 233. Codd. autem Plautini quum plerumque „Theuropidem". præbeant, tamen v. 944 B „Theupropidem" habet, A „Teoropidem", si Schwarzmanno et Geppertio fides; in titulo ante 677 B: „Theutropides". *Philolaches* aduiescens sæpe „Philolaces" scribitur; de obliquis nominis casibus v. ad 163 *Callidamates* Græca forma *Καλλιδάμας* est; sed Latini antiqui declinationem *ας* — *αντος* non magis quam *ων* — *οντος* probasse videntur. *Scapha* ancillæ nomen est, *Delphium* meretricis; apud Diogen. Laert. VIII, 88 *Δελφίς* est. *Sphaerio* denique, quod v. 410 pueri nomen esse Seyffert. intellexit, et ipsum a noto nomine, Sphaero, ductum est. - Ab initio autem Græcæ litteræ personarum notæ fuerunt, v. Proleg. p. 158. Huius rei unum vestigium relictum est, quod Theopropidæ verbis inde a v. 791 H præscribitur, v. Ritsch. ad v. 810. Ceterum omnes personæ Latinis litteris, binis plerumque, a quibus nomen incipit, indicantur; S autem interdum non Simonem significat, sed servum, pro quo sæpius SER. legitur. Personarum autem notæ quia a C plerumque absunt, ex solo B afferentur.

Argumentum

huius fabulæ acrostichon solum servatum est. Huic gratiam debemus, quod in altero versu O litteram servavit, quum et in codd. et apud Nonium Mustellaria scribatur. Primus Pylades Mostellariam inscripsit.

1. *Manumisit.* Plautus „manu emittere" dicebat. v. ad Aul. 809. — 4. *monstra*, cf. 495. — *fieri* Gruterus em.; Camer. „ait uideri" ediderat. — 5. *pridem* Both. em. Hiatum in cæsura non ferens Ritsch. „esse" addebat. — 7. *Ludos.* Edd. inde ab Saraceno et Pio plerique „ludus". Sed Latini plurali numero dicebant ludos facere aliquem. vid. ad Amph. 567; passive igitur „ludi" dicendum erat. Antiquitatis æmulator quid sibi permiserit, incertum est. — *nam mutuum* cet., i. e. nam Tranio dicit pignus s. arrhabonem emptis ædibus datum se a fæneratore mutuum sumpsisse.

Principium fabulæ convicium est Grumionis et Tranionis, rustici et urbani servi quorum ille rure profectus ea quæ villæ opus sunt flagitat, hic in culina cenæ operam dans scurrilibus iocis eum ludit, ille heri corruptorem gravissime accusat, hic agrestis hominis sordes et rusticitatem exagitat.

1. *culina* „colina" scribitur a Nonio p. 55 ex Varronis auctoritate, cuius verba affert: „in postica parte erat colina, dicta ab eo quod ibi colebant ignem". Cuius tam derivationis quam scripturæ auctoritas penes Varronem sit; ego a codicum scriptura, quæ eadem vulgaris est (cf. Non. p. 239), recedere nolo. — 2 affert Nonius l. l. — *argutias*, cf. Bacch. 125. Amph. 345. Trucul. 488 sq. — 4. *ruri*, quo eum pœnæ causa ablegatum iri augurat v. 16. — 5. Ex corrupta codicum scriptura *nidore cupinam* Pylades effecerat „nidor e culina", quod posteriores tenuerunt (Loewe in Analectis p. 215: „nidor e pupina"), quamquam „nidor" maledictum minime veri simile est. Ritschelius retento *nam*, quod sane nihil dubii habet, v. ad Amph. 548, dubitanter „nidoricape" coniecit „ut κνισοδιώκτης in Myobatrachomachia". Mihi alia via insistenda videtur; quum enim cæsura versus *nido* tueatur, in corruptis litteris RE . CUPI avis nomen quærendum est; itaque *uolturi* scripsi, cuius voracitas pro proverbio erat, cf. Capt. 838. Trucul. 334: „quasi uolturii triduo Prius praediuinant de quoio esuri sient". Trin. 102.

6. Iam evocatus Tranio exit. *clamitatiost* post Camerarium („clamatiost") em. Acidalius. Cf. 33. 369 et annot. ad Amph. 515.

— 8. *dierecte*, v. ad Bacch. 577. — 9. Tranio alapam Grumioni infligit. *Em* recte Dousa ceterique, v. ad Asin. 428. Interiectio potius extra numeros pronuntiari quam cum proximo coalescere videtur, cf. Men. 552. Pers. 802 cum ann. — *hocine*, ut te verberarem. — *Perii* dolentis est, cf. Asin. 413. Cas. 386. Pers. 806. — 10. *Quia uiuis*; nam mortuum eum volebat. Camerarius eumque secuti cett.: „Quia tu uis." — 11. *saluom* recte Nonius p. 81, qui plura affert exempla similis usus verbi *comedere* (καταφαγεῖν). — 12. *frutex* de stupido homine etiam apud Apul. Apol. 66 extr.: „ne huic frutici credam non modo odium peccatorum sed saltem intellectum inesse". cf. Ter. Heaut. 877: „Quae sunt dicta in stulto, caudex, stipes". Non igitur cum Guieto et Ritschelio „rupex" reponendum ex Gell. XIII, 9, 5 al. — 15. „sane hoc credo" ed. Bugg., quia in B supra lineam „hoc" additum est, ac reciperem, si a manu prima profectum putarem; nam satis apte dicitur: hoc, i. e. ideo (v. ad Aul. 228. infra 48.) rus odisti, quia scis tibi mala ibi patienda esse. — *scis* ed. pr. — *tradier* præsens infinitivi pro futuro, vid. ad Asin. 439. Curc. 597. Poen. 257. — 17. *Cis paucas tempestates*, i. e. intra breve tempus, cf. Trucul. 345: „cis dies paucos". Colum. II, 8, 3: „citra Calendas Octobres". al. — 18. *numerum*, sc. servorum, ut indicat appositum *genus ferratile*, i. e. genus ferro vinctum; nam catenati in pistrino opus faciebant, cf. Bacch. 776: „Ferratusque in pistrino aetatem conteras". — 19. *lubet* ultima correpta. — 20. Hiatus in cæsura ferendus est; alter ante „optumum", i. e. ante ultimum creticum (v. Proleg. p. 183, infra v. 38) magis dubius est; Ritsch. „nostrum" addit; ego „adulescentulum" scribere malim. Quod autem post Pyladem plerique addunt „filium", eo non est opus. — 21. *pergraecamini*, Græcorum more vobis indulgete, v. ad Bacch. 739, infra 61. 942. Poen. 602. Trucul. 91. — 23. *opsonate pollucibiliter*, i. e. opsonia parate sumptuose ut in sacrificiis deorum, ibi enim pollucendi verbum proprium est, v. Fest. p. 253 et ad Rud. 1406. Macrob. Sat. II, 13 „pollucibilem cenam" fortasse hinc sumpsit. — 24. *iit* codd., sed versus ostendit *it* legendum esse, neque hæc contracta perfecti forma est, sed præsens historicum, v. ad Amph. 661. — 29. *Quo*

nemo adaeque parcus, i. e. quo nemo parcior, v. ad Amph. 289 — 32. *factum* omisso verbo substantivo, v. ad Amph. 590. — 33. *me aut*, verba primus recte divisit Muretus. De accusativo cum substantivo verbali iuncto v. ad Amph. 515. — 34. *Mei tergi fiducia*, confisus meum tergum pœnas, quæ ob has res imponentur, patienter laturum. — 37. *fu* (vel *pfu*) ructantis sonum indicat ut in Pseud. 1298: „SI. Di te ament, Pseudole! PS. Pfu. SI. I in malam crucem. PS. Cur ego adflictor? SI. Quid tu malum, ergo in os mi ebrius inructas?" Ritschelius interiectionem in proximum versum ante voc. „oboluisti" posuit, non sine magno orationis detrimento; Loew. præf. Asinariæ p XXVI eum ita sequitur, ut „fufae" scribat. — 38. Ante *allium* hiatus, cf. v. 20. Ritschelius, antequam illud invenerat, proposuerat „oboluisti tu" aut „ita tu oboluisti"; C. F. W. Mueller.: „mi oboluisti". — 39. *rusticus* corruptum est, quamvis idem Donatus ad Ter. Phorm. IV, 4, 28 legisse videatur; nam et a metro abhorret et misere languet, numerisque solis consuluit Usener in Mus. Rhen. XXIV p. 331 antiquam quandam formam „rullus" restituens. Ritsch. „rus merum" coni. ex Trucul. 266. Mihi videtur fuisse: *Germana inluuies ruris*, i. e. „veræ ruris sordes", cf. Casin. 594: „in germanum modum". Ne „hircus" quidem sanum videtur enumerationis ordinem male turbans. *Stercus* scripsi. Leo Herm. XVIII p. 566: „stercus, hircus". *Hara*, cf. Asin. 427. Non. p. 120. — *suis* ed. pr.; malim: „suum". — 40. *Canes capro commixta*, dubia Scaligeri coniectura, sed nihil melius habeo. Brixius paulo durius: „canes capra commixta". Leo et Sonnensch.: „caeno κοπρῶν commicte". — *Canes* antiquam nominativi formam fuisse Ennii et Lucilii testimoniis probat Varro L. L. VII, 32. Apud Plautum legitur Men. 706. Trin. 173. — *Quid uis fieri?* quid faciam? — 41. *olere* tertiæ coniugationis formam Priscianus IX p. 866 et VIII p. 838 hoc versu allato testatur, cf. Diomed. p. 378, infra 262. 272. Mil. 41. Poen. 266. Ter. Heaut. 899. — „*Exoticum*, adventicium", Nonius p. 108 hunc versum laudans. Ponitur quum in aliis rebus, v. Men. 234. Epid. 233, tum in unguentis, v. Plin. H. N. XIII, 3, 5, 24: „Certum est Antiocho rege Asiaque devictis urbis anno DLXV P. Licinium Crassum

L. Iulium Caesarem censores edixisse, ne quis venderet unguenta exotica, sic enim appellavere". — 42. *superior* corruptum est, et post h. v. litteræ quædam desiderantur. Lacunam male supplevit librarius cod. B: „quam erus". Ritsch. tamen inde profectus „cum ero" scripsit, locumque lacunis laborare censuit, ut talis fere fuerit:

> Si tu oles, [at istis ego placere hau postulo
> Munditiis,] neque superior cum ero accumbere,
> Neque tam facetis, quam tu uiuis, uictibus
> [Aetatem exigere et deliciis uoluptariis.]

Buggius lacunis non egens scripsit: „neque superbe cum ero accumbere"; equidem coniicio: „neque super tapetia accumbere". — 43. „quam tu uiuis" codd. Inde audiri infinitivum uiuere posse non credo. Pylades et Both. „uiuere" scripserunt, ego *uiuo*. — 45. *fungi fortunas meas*, tolerare, cf. Lucret. III, 734: „Et mala multa animus contage fungitur eius". — *alliato* olim emendatum. Alliatum est cibus allio conditus, moretum vel, ut ait Donatus ad Ter. Phorm. II, 2, 4 „alliatum moretarium". Alliato fungi fortunas suas est alliato vivere, nec opus est cum Saraceno et R. „alliatum" scribere. Nobiscum faciunt Brix. Ann. phil. CXXXI p. 193 et Sonnensch. — 46. *patiunda sunt*, v. ad Amph. 279. — 49. *Quia*, quod, v. ad Asin. 55. — 50. *bubulcitarier*, boves pascere. Nonius p. 79 „bubulcitare", quod versus respuit. — 52. Carnifices, inquit, in cribri modum tergum tuum perforabunt, te brachiis patibulo adstrictis per plateas agentes stimulisque lacerantes. *carnificium* Pylad., Ritsch., „carnificinum" Scaliger, Camer. Sed nescio an ægre desideretur subiectum infinitivi „fore", numerisque minus elegantibus Plautus scripserit: „O carnificum cribrum, quod credo te fore". — 53. *patibulatum*, i. e. patibulo constrictum, ut ait Macrob. Sat. I, 11. Patibulum autem a patendo, ut videtur, ductum significat lignum post humeros et brachia porrectum, quo alligata brachia immota tenebantur; inde etiam crucem significat, v. Non. p. 366. Tale lignum portantes servi verberabantur et verberibus per urbis vias agebantur, v. Plaut. ap. Non. p. 221: „patibulum ferat per urbem, deinde adfigat*ur* cruci". Dion. Hal. VII, 69: *οἱ δ' ἄγοντες τὸν*

θεράποντα ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τὰς χεῖρας ἀποτείναντες ἀμφοτέρας καὶ ξύλῳ προσδήσαντες παρὰ τὰ στέρνα τε καὶ τοὺς ὤμους μέχρι τῶν καρπῶν διήκοντι παρηκολούθουν ξαίνοντες μάστιξι γυμνὸν ὄντα. — 54. *stimulis*, v. ad Asin. 415. — *saluos noster* lacunæ supplendæ causa addidi. Guietus: „Stimulis acutis, huc si". Ritsch. „Stimuleis terebris". Leo „carnufices". — *reueniat*; indicativum mallem, ut Aulul. 348: „si a foro ipsus redierit". — 55. *eueniat prius*; ordinem invertunt Cam., Ritsch.; Both.: „euenat", v. Proleg. p. 215. Curcul. 271. — 57. *compendi face*, vid. ad Asin. 305. — 58. *mala re magna*, cf. Bacch. 1141. Pseud. 235. 774. Epid. 81. Trin. 1045; „mala res" enim pro una notione est, v. ad Aul. 475. — 59. Iam Grumio id profert, cuius causa venerat. *Eruom* poscit, quo boves pascat, v. Columel. II, 11, 11. VI, 3, 4. XI, 3, 10. Diocletiani Ed. de pretiis cap. 1, 16. Verg. Buc. 3, 100. — *daturin* Pylades em. — 60. Cam. ed. „Date aes, si non estis", sc. ervum daturi, structura duriore et contra numeros. Ritsch. „Date, si non estis", i. e. editis, quæ quomodo Grumio Tranioni dicere possit, non video. Ego: *Date aes, si non est*, sc. ervum. — 61. *Quoniam* est postquam, v. ad Asin. 347; sed non iniuria antiqui editores „quo modo" vel „ut" requirebant. — *bibite* olim em. — 62. *ecfercite* Camer. em. — *saginam caedite* corruptum est, quamvis defendere conentur Goetz. Act. Lips. IV p. 353 sq. Leo Herm. XVIII p. 567.; sagina enim ubertas cibi est, v. infra 231. Mil. 843. Trin. 724. Cic. p. Flacco 7, 17. Ritsch. coni. „sagina condite". Madv. Advers. II p. 10: „ecfercite uos sagina, caedite"; sed posterius verbum obiecto caret. Ego olim conieceram: „saginae dediti". Fortasse fuit: „sagina pedite". — 63. *in Piraeum*, v. ad Bacch. 169. — 64. *parare*, ut parem, v. ad Bacch. 351. — *piscatum*, pisces, cf. 716. Cic. Fin. II, 8, 23: „optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione". Pompon 119: „omne piscati genus". al. — 66. *Quid est quod*, v. ad Amph. 167. — 67. *istuc nomen*, furciferi, ut furcam feras. — 68. *interea* Muretus em. Var. lect. V, 9: „Oratio est hominis præsentia tantum spectantis, futura negligentis. Dum, inquit, interea sic sit, ut nunc est, hoc est laute opipareque vivitur, quid actutum futurum sit, non laboro." — 69. *Ita est*, ita se res habet; tu

profecto id, quod futurum est, non curas. Ritsch. „Ita es“ malebat aut „Ita fit“; Seyffert. in Philol. XXIX p. 392: „Itanest?“ — *nimio*, i. e. multo, cf. infra 141 et ad Bacch. 120. — 70. Versus iusto longior, si cum Pylade scribas: „Venire quod molestum est“. Guietus „cupide“ tollebat; Ritsch. etiam: „Uenire, quod tu nolis“. Nos *Venit* scripsimus assentiente etiam Muellero Pl. Pros. p. 150 not. — 71. *nunc iam i rus.* R „i“ deleto: „nunciam rus te amoue“, sed vid. ad Amph. 38. add. Aul. 143. — 72. Ritschelius „hercle“ sustulit. Lorenzius „erres“; *ne erres* exstat Capt. prol. 14. Ter. Andr. 704.

73. *Satin*, v. ad Amph. 627. — 77. *huc* codd., Ritsch. „nunc“. — 78. *Paucorum mensum*, cibaria intelliguntur, atque adeo pecunia qua ea parari possunt; hæ autem reliquiæ exiguæ sunt rei familiaris. De forma *mensum* cf. Priscian. VII p. 771, qui Ovid. Met. VIII, 500 citat. Neue, Lat. Formenlehre I p. 267 sq. Quod autem dicitur „nisi redit, pauca restant“, non „nisi redit, peribimus, nam pauca restant“, vulgo sic loquimur, nec est quod cum Ritschelio versum excidisse putemus — 80. Post *corruptum* hiatus in cæsura. Ritsch. „ita“ addit; Muell. „corruptum iam“ aut „olim optumo“, Buggius „adulescentulo“ scribit. — Hic quoque, in exitu scenæ Ritschelius sine ulla necessitate versum excidisse statuit, et in eius gratiam v. 79 pro „eccum“ „hic quom“ scribit.

---

81. Philolaches adulescens exit, secum querens quod frugalitate omni abiecta libidini et nequitiæ se dederit ædibusque ruinam minantibus simillimus sit. Canticum gratiæ plenum, sed plerisque prolixior visum est, et nos quoque in priore editione aliquot versus uncis inclusimus; sed fatendum est, nulla certa interpolationis argumenta allata esse.

V. 81 tetrameter bacchiacus. 82 tetr. bacch. catalecticus. 83—84 tetrametri bacchiaci. 85 anapæsticus dimeter. 86 tetrameter bacchiacus. 87 iambicus dimeter catalecticus. 88—90 tetrametri bacchiaci. 91 anapæsticus dimeter. 92—94 tetrametri bacchiaci. 95 bacchiacus dimeter cum trochæo. 96—98 tetrametri bacchiaci. 99 iambicus dimeter catalecticus. 100—1

iambici octonarii. 102—3 tetrametri cretici. 104 iamb. octonarius. 105 creticus dimeter cum tripodia trochaica catalectica. 106 similis. 107—9 tetrametri cretici. 110 = 105. 111 tetrameter creticus. 112 trochaicus septenarius. 113 = 105. 114 trochaicus septenarius. 115 iambicus octonarius. 116 trochaicus septenarius. 117—19 tetrametri bacchiaci. 120 bacchius cum anapaestico dimetro. 121—122 bacchiaci trimetri. 123 bacchiacus tetrameter cum iambico dimetro catalectico. 124 iambicus octonarius. 125—26 similis vel duo dimetri. 127—28 octonarii iambici. 129 et 130 = 105. 131 creticus dimeter cum tripodia iambica. 132 = 105. 133 tetrameter creticus. 134 bacchiacus dimeter cum tripodia iambica. 135—36 tetrametri cretici. 137 = 105. 138 creticus trimeter. 139 iambicus octonarius. 140 tetrameter creticus. 141 trochaicus septenarius. 142—44 iambici octonarii. 145—48 tetrametri cretici. 149 creticus trimeter. 150—53 trochaici septenarii.

81. *Recordatus* Bergk. Ind. schol. Hal. 1862—63 p. VII pro participio habet, quod cum Plauti simplicitate vix congruit. Ritsch. *sum* aut post „multum" aut post „Recordatus" addendum censebat; sed nescio an abesse possit. vid ad Amph. 56. — 82 ut integer tetrameter fieret, Reizius „institiui" scripsit, quæ forma admodum dubia est, quare Fleckeis. Mus. Rhen. XIV p. 628 sqq. „in pectus meum" voluit. — *argumenta*, cf. 96 et 115. — 83 et 84 Ritschelius damnabat. *si est quod mihi cor* minime inepte dicitur, nam in toto cantico adulescens vecordiam suam deplorat, cf. Mil. 786: „Quoique sapiat pectus; nam cor non potest, quod nulla habet". Spengel. pro *Ego atque* „Multumque" scribit. — 84. *diu* synizesin patitur, cf. Trin. 687. Mueller. Pros. p. 269. — 85. *quando natust*, i. e. postquam natus est, inde a prima infantia. Ritschelius cum Reizio hæc verba delevit, quasi ex v. 89 invecta. — *simulacrumque habere*. Plautina abundantia cumulantur synonyma. Ritschelio hæc quoque suspecta fuerunt. — 87. *Id*, quod quærebam. — 89. *ei rei*, ut 115 „aedificiis". Trin. 524; sed 96: „ad hanc rem". — 91. „ita esse" Hermannus. — 95. *Mea* delebat Sp. — *id* post „hoc" repetitum a Plautino more non abhorret, v. ad Asin. 523.

Aul. 35. 111. — 97. *guaruris* Lambin. em. ex Poen. 47: „ut aeque mecum sitis guarures" Significat autem, ut est in Placidi glossario, guarum, scientem. Quod cum accusativo iungitur, v. ad Amph. 712 et Asin. 148, cf. ad Amph. 515. — 98. *quom extemplo*, v. ad Amph. 558. — 99. *examussim*, v. ad Amph. 836. — 101. Corruptum versum uncis inclusit Ritsch., Lor. delevit. Spengelius (Philol. XXVII p. 341) Hermannum et Ritschelium secutus sic em.: „sibi quisque similes uolt suas; sumptum operam non parcunt suam" quæ recepit Bugg. Verum *Sibi quisque* errore scribentis ex antecedentibus repetita videntur. Fortasse tale quid scriptum fuit: „Similes sibi ut faciant suo sumptu, operam non parcunt suam". *parco* cum accusativo, v. ad Curc. 381. — 102. *Atque*; „atqui" Lor. et nos in priore ed. — In extremo versu *que* iam Pylades delevit, ut integer tetrameter fieret. — 103. *instrenuus* iam ed. pr. — 104. *Hic*, ut 106 *ibi*, de tempore, v. ad Amph. 246. — 106. *tegulas imbricesque*, cf. Mil. 506; Græce κεραμίδες et καλυπτῆρες. His duobus generibus totum tectum constabat, v. meæ Inscr. Gr. ined. p. 68. Marquardt. Röm. Privatalterth. II p. 234, tab. 4. — 107. „*reddere*, reponere", Nonius p. 381 hunc versum laudans. — *neuolt* sæpius Plaut., v. Epid. 584. Trin. 362. 365. „neuis" infra 747. 1156. Curc. 82. Merc. 150. Pseud. 436. Poen. 1076. Pers. 357. Trin. 1156. — 108. *Uenit* perfectum esse metrum ostendit, quasi „ubi uenit", nisi forte „Uenit ut" scribendum est. Both. „Uentat" scripsit, Ritsch. „perlauit". — *perpluunt*, sc. parietes, i. e. pluviam per se transmittunt. Verbum non solum impersonaliter dicitur, ut Cat. R. R. 155: „sicubi perpluat", aut ut imbrem pro subiecto habeat, ut infra 160, sed etiam de rebus pluviam non amplius tenentibus, v. Trin. 324: „Benefacta benefactis aliis pertegite, ne perpluant". Quintil. VI, 3, 64: „cum cenaculam eius perplueret". Fest. p. 250: „Pateram perplovere in sacrificiis cum dicitur, significat pertusam esse". Nec aliter „perfluere" Ter. Eun. 105: „Plenus rimarum sum; hac atque illac perfluo." Superiores male „perpluunt tigna" iunxerant. — 109. *putrefacit* Camerarius prima producta, ut Cæcil. 6: „conducit nauem putridam", nisi forte cum Ritsch. „putefacit" scribendum, cf.

142. — *perdit* em. Bergk Ind. schol. Hal. 1862—63 p. IV. — 111. *Atque ea haud* Herm. et Ritsch., ut integer tetrameter fieret. — 112. *Morem* Lamb. — 113. *mantant*, manent, cf. Pseud. 256. 284. Poen. 262. Rud. 436. — *id*, ut sarciant. — 114. „Aedificantur" codd.; sic autem non miseria describitur, sed nova et læta spes proponitur; saltem dicendum erat: „ut aedes totae denuo aedificandae sint". Ne tota sententia deleretur, scripsi *aedificandae* cum biatu.

116. Hermannus „Docere" scripsit, ut hic quoque versus iambicus fieret. — 117. *Primumdum*, v. ad Bacch. 256. — 118. *Ei* Gulielmus em., et animadvertit Ritsch in B t litteram e correctione esse. — 119. *in firmitatem*, ut firmi sint, dicitur ut v. 120 „in usum" et „in speciem", alia, v. Madv. Opusc. acad. I p. 167. Buggii coniectura „parant sedulo eis firmitatem" vix opus est. — 120 sq. Ritsch., Lor., Bugg. Camerarium secuti sic scribunt:

Ut in usum boni sint et in speciem populo:
Sibique aut materiae neparcunt.

Sed, ut Latinum sit „neparcunt", quod ignoramus, Latine dici non potest: „sibique aut materiae neparcunt" pro „nec sibi nec materiæ parcunt". Immo *haud* pro „aut" scribendum, ut sæpe alias; *reparcunt* autem relinquendum. cf. Trucul. 373: „ut nunc repercis sauiis". Lucret. I, 667: „ex nulla facere id si parte reparcent". — 122. *sibi* Pylades. — 123 Ritschelio et Lorenzio non Plautinus videtur. — 125. Pro corrupto „comita" ed. pr. „cum itum", Cam. „quom itant", Ritsch. cum Pylade „quom itur". Puto „comitem" fuisse, sed iure, credo, Buggius pro glossemate omisit. — 127. *Eatenus abeunt* frustra defendit Seyffertius in Philol. XXIX p. 393. Dicendum erat aut „eatenus fabri eos ducunt" aut „ubi eatenus ducti sunt, a fabris abeunt". Ritsch. „Protenus" scripsit; sed „tum" ponendum erat. Equidem coniecerim: „Eatenus quae habent a fabris". — 128. *Igitur tum*, v. ad Amph. 207. — *specimen cernitur*, cf. Cas. 495. Bacch. 396. Cist. 1. — 129. *Nam* poni solet in transitu a generali sententia ad certam rem, unde illa deduci possit, v. ad Asin. 122. — *ad illud usque*, usque eo, tam diu. — 131. Ritsch. Guietum secutus: „Postea, quom"; *postquam* enim Plautinum esse negat Op. II p. 547.

— *immigraui*, ut 102 *in ingenium meum*, ut meo ingenio et voluptati, non aliorum imperio parerem, cf. infra 152. Stich. 129 „nostrum ingenium ingeni". Trin. 301: „Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum; pro imperio tuo Meum animum tibi seruitutem seruire aequom censui". Asin. 253 cum ann. — 132. *oppido*, i. e. prorsus, non cum „ilico" iungendum, sed cum „perdidi", cf. infra 161. Aul. 404. 721. Amph. 295 cum annot. — 133. *ignauia*, nequitia, quæ nihil boni facere studet; cf. Trin. 133. Poen. 845 sq.: „Proinde habet orationem, quasi ipse sit frugi bonae, Qui ipsus hercle ignauiorem potis est facere ignauiam". — *ea* Muellerus Pl. Pros. p. 625 not. in principium proximi versus translatum malebat; Sp. „haec" scripsit. — *tempestas* ut 105; cf. 158. — 134 Ritsch.: „Quæ mi aduentu suo grandinem, imbrem attulit". Sp.: „Mihique cet." — 136. *deturbauitque* Kampm. et Spengel. Fleckeis. maluit „de me", cf. Epid. 68: „detegetur corium de tergo meo". Rud. 87: „omnis de tecto deturbauit tegulas". — 137. *optigere*, i. e. obtegere, Camer., cf. 160. *eam* Speng. Ref. p. 83 operam v. 132 intelligit. Si Plautus ad verecundiam retulit, parum accurate locutus est; eam enim cum tecto comparavit, ut non ea obtegenda esset sed, ea deturbata, reliqua domus. Hoc igitur deleto Lambinus, quum in codd. deterioribus „Postillam" legatur, „Postilla me" scripsit, eumque Lor. secutus est. Ego in priore ed. „iam" scripsi, ut 160. De infinitivo cf. ad Aul. 333. — 138. In extremum versum librarius archetypi errore recepit proximi versus exitum *cor meum*. Quod antecedit *in*, additum videtur ad hæc coniungenda. Si pro eo „mihi" scribas, versus antecedenti similis erit. Ritschelius plura excidisse putabat; Bugg. supplevit: „grandibus guttis pluens". — 140. „que" Bothius delevit — *Re* amissa etiam *fides* perire solet, cf. Trucul. 45: „Extemplo et ipsus periit et res et fides". — 141. *in usu* est inter usum, inter vivendum. Lambinus: *in usum*, ut 120. — 142. *edepol* R. ex margine cod. B. Tum Camerarius: „umide putent", eumque sequuntur R. et Sp. *putere* non ad odorem solum, sed etiam ad fragilitatem referri censentes. cf. Afran. 14: „paries putidus", supra ad v. 109. Versus fulciendi causa „haec" addunt; sed „umide putere" con-

tortius dicatur; itaque *umiditate* scripsi. — *uideor* em. Camer.; Bugg. „ut non uidear" scripsit; sed in talibus enuntiationibus Plautus solutam orationem amat, v. ad Amph. 952. — 143. *perpetuae* (sic enim recte ed. pr.), i. e. continuae, vox in tali re Plauto familiaris, cf. „perire perpetuo" infra 539. Pers 280. Ter. Ad. 283, aut „in perpetuum modum" infra 525. 1020. — 144. „Quin" repeti non potuit; Ritsch. delevit; sed emendationem absoluit Buggius; quum enim „quin" ab ipso librario correctum esset, hoc *cum* autem alter librarius pro praepositione sumpsisset, proxima quoque vox mutata est. — 145. post *sum* hiatur. *quom scio*, postquam intellexi, cf. „si scio" pro „ubi rescivero" Men. 152. 205. Mil. 827. Pers. 235. 237. — 146 sqq. Buggius Acidalium secutus scribit: „Quo nemo" et „hau uictitabam". Sed nec veri simile est „nemo" in „neque" depravatum esse, et posterior sententia iusto brevius enuntiatur; nam *uolup* aliter dici solet, v. ad Amph. 951. Quare cum Ritschelio lacunosum locum esse arbitror, et tres versus in duo redactos; sed lacunas aliter expleo. Is enim, verbis „arte gymnastica" pro spuriis habitis, tertium versum sic supplevit: „[Nec minus suo animo] uictitabat uolup"; equidem verbi personam mutare nolui, alteramque ante *arte* lacunam esse putavi. Non multo aliter Spengel. Reformv. p. 100. — 148. *pila* ed. pr. Enumerantur vulgaria exercitationum genera. Hiatur et post *disco* et post *cursu*. — 150 em. ed. pr. — *disciplinae*, cf. ad Asin. 200. — 151. em. Gruterus. *expetebant doctrinam*, ut „exemplum" v. 100. — 152. *id uero*. Lorenz. confert Aul. 18. Pseud. 634. Cf. etiam initia epistolarum Ciceronis ad Fam. VII, 30. IX, 5. XVI, 10. 23.

Ex ædibus Philolachetis (v. 186. 233) exit Philematium puella pulchritudine et amore insignis, et quam facile credas adulescentis ingenium corrumpere potuisse, comitante ancilla, anu turpi et nihil præter quæstum spirante. Exeunt autem e balneo, et serva lavationis et ornatus instrumenta portat (262. 243). Quæ dum inter se colloquuntur, Philolaches ex altera proscenii parte sermonem earum auscultat. Scena lepida et festiva iambicis septenariis scripta est. — 153. *laui*, v. ad Amph. 795. — 154. Ante *quom* audiendum est verbum ante-

cedentis sententiæ, cf. Terent. Heaut. 559 sq.: „Numquam commodius umquam erum audiui loqui. Nec quom male facere crederem mihi impunius licere" Ritsch „quod" scripsit ut 678. — *rear esse defaecatam* Camer. em., i. e. purgatam, v. Aul. 79. Formam *defecatam* Ritsch defendit „ut decido, pertisum". Coniunctivum Luebbert. Beiträge z. Tempus u. Moduslehre II p. 79 potentialem quendam habet; potius ex relativa particulæ natura explicandus est, ut apud pronomen relativum (Mg. Gr. Lat. 364). — 155. Scapha puellam irridens ait, profecto hoc anno ut messis magna fuerit, ita omnia bene evenire. *horno*, v. Non. p. 121. Similiter „quotidiano" pro quotidie, „hesterno" pro heri, vid. Madv. Ep. ad Orell. p. 60. — „omnibust" et „magnast" R., non opus, v. ad Amph. 590. — 156. „Fuit" cum antecedentibus iunctum ferri vix potest. R. omisit scribens: „Quid ea nam". Sonnenschein ex Ellisii coni „fu"; mihi quoque interiectione admirandi opus esse videtur; ea vero non est „fu", sed *hui*, cf. Pers. 802. Rud. 153. Truc. 29. Ter. Phorm. 302. al.

157. *Uenus* amata puella dicitur, v. ad Curc. 192. Plautino more additur adiectivum eiusdem stirpis, v. ad Amph. 274. — 158. *illa tempestas*, v. 133. — 159. *tectus qua fui*, ed. pr. — „quam" ferri non potest; Ritsch. „quom"; Bugg. „qua" sc. tempestate; sensus aut *nam* aut „ita" postulare videtur. — — *amor et cupido*, cf. Cūrc. 3. — 160. *optigere* ed. pr., vid. ad 137. — Pro *umquam* Acidal., Ritsch. „usquam". — 161. *haec*, legitima feminini pluralis forma ante vocales.

162. Becker. in Studem. Stud. I p. 159 postulat: „satin haec decet me uestis"; sed vid. ad Amph. 17. — 163. *me* em. Both. *Philolachi* Camerarius ut 1063 cf. „Philolache" 240. „Philolachem 278. 306. 946. 957. „Philolachae" (?) 366. „Philolacheti" exstat 782. „Philolachetem" 310. 341. 606, „Philolachetis" 549. „Philolachete" 993. — 164. Immo. inquit ancilla, non veste lepidam (i. e. pulchram) feminam ornari oportet, sed moribus lepidis, nam amatores non vestem amant. sed ipsam mulierem et mores eius. Locum corrupit Bothius pro *Quin* „Quid" scribens; secutus est Ritschelius mutata interpunctione „moribus lepidis quom lepida tute's" scribens, quæ audiendo nemo iuncturus

erat. — 165. *Non uestem amatores amant mulieris* codd.; numeri facillime emendantur, si „mulier" scribitur vocativo casu, sed vereor ut ancilla sic dominam appellare potuerit, nec v. 172 prorsus simile præbet. Bothius: „amator mulieris amat"; Ritsch. cum Lachmanno: „amantes mulieris amant". — *fartum* olim emendatum est; apud Columellam V, 10, 11 legitur „fartus fici". — 166. *lepida est* Grut. em. — 167. *mores* Bergk. em. Ind. schol. Hal. 1858—59 p. VII. — 168. *haec*, vestis, ut 162. *deceat* Cam., prob. Becker. Studem. Stud. I p. 182. — 169. *uirtute formae*, i. e. formæ hoc debetur, v. ad Aul. 159. Mueller. Nachtr. p. 135 „uirtute et forma" coni., male. — 170. *Ergo*, v. ad Poen. 594 et Amph. 172; Langen. Beitr. p. 239. Acidal. „Euge" voluit, Ritsch. „Hercle". — *istuc* scripsi cum Buggio versus causa, cf. vers. prox.; Camer. „hoc ob". Ritsch. „Hercle ego ob hoc uerbum te, Scapha, donabo hodie aliqui [merito]"; nam etiam in extremo versu numeri dubii sunt. Aut enim hiatur ante *hodie*, aut hæc vox prima longa legenda est. cf. 982. Itaque Lor. cum Bothio „hoc die", quod ferri posse negat Ritsch. Nov. Exc. p. 91, Bugg. cum Bergkio „hoce die", quod minus etiam probandum. — *aliqui*, aliqua re, cf. Pers. 193: „ob istanc rem ego aliqui te peculiabo". Aul. 24. Mil. 1175. Trucul. 912. Epid. 332. — 171. *gratiis* Bentleius, cf. Proleg. p. 212. — 173. *Eho an* Ritsch. ut Bacch. 197. Cist. 66. Most. 445. 1064. Mil. 303. 821. 839. Merc. 388. Pseud. 973. Pers. 482. Stich. 248. Trin. 934.; alioquin „Eho tu, mauisne" dicendum erat, cf. Bacch. 798. Cist. 436. al. — *uituperarier* Bentl. — 174. Personarum rationem perspexit Canterus. *uel falso tamen*, quamvis falso, v. ad Amph. 538. — 176. *dici mihi* codd., inverso ordine Pylades, Ritsch., cett. — 178. *amarem*, recte post „adiurasti", v. Madv. Gr. Lat. 404. cf. Hor. Sat. II, 2, 124: „venerata Ceres, ita culmo surgeret alto". Guiet. et Ritsch. male: „amarim". Indignatur quod, quum dixisset: „Ita Philolaches te amet", non addiderit: „itaque tu Philolachem". — 179. *ita* Lamb. em.; „istaec" Grut. — *id* Ritsch. om., Mueller. et Bugg. retinuerunt. — *cur* ed. pr. — 180. Post Camerarium editur: „Periisti; quod promiseram tibi dono, perdidisti"; quæ tam inepta sunt, ut non iniuria Ritschelius ea secluserit. Sed

videtur Plautus scripsisse: *Perit istud*; sic prolixa et verbosa oratio erit, sed a Plauto non abhorrens. — 181. *catam* Pius em., cf. infra 1123. Epid. 259. Pers. 619: „ita cata est et callida". al. — *eductam* Cam. em. In *et* positio negligitur; Ritsch. „tam doctam et bene te eductam", ordine vix ferendo. Mire Seyffert. Philol. XXVII p. 453: „tam coctam te et bene doctam". Brix. Ann. phil. CXXXI p. 193: „tam cautam t. e. b. d." — 182. Camer. „Non stultam" scripsit, Both. et Ritsch. *Nunc stultam*; ego in priore ed.: „Istaec tam". — 183. *exspectes*. Gronovius bene contulit Mil. 1237: „Sine ultro veniat, quaeritet, desideret, exspectet". Ter. Eun. 194: „Me somnies, me exspectes, de me cogites". Male igitur Ritsch. aliique Acidalii receperunt coniecturam „exoptes" coll. Cist. 75. Bacch. 499, quæ longe diversa sunt. — 184. *Morem geras*, cf. 195. 199. 221. — *asperneris* ed. pr.; Ritsch.: „aspernere". — 185. *meretricium* pro adiectivo habendum est, cf. Bacch. 38. Guiet. et Ritsch.: „meretricis est". — *unum inseruire*, cf. Poen. 926: „Et illud autem inseruiendumst consilium uernaculum". — 186. *nam* interrogativum est, v. ad Amph. 548. — *meae domi illud* Camer. em. — 187. *pessumis exemplis*, cf. ad Bacch. 1089. add. Epid. 669. Ter. Phorm. 688: „malis exemplis perdant". — 188. *algu*, cf. Rud. 571. Nihil ei dabit, ut et cibo et potione et per hibernum tempus ligno caritura sit. — 189. *mihi* ed. pr. — 190. *amicum et beneuolentem*, cf. Pseud. 702. Pers. 647. Trin. 46. 1148. Ter. Phorm. 97. — 194. *me uide* egregie restituit Mueller. Pl. Pros. p. 218, cf. ad Asin. 144. Non probat Becker. Studem. Stud. I. p. 297, sed receperunt Bugg. et Sonnensch. Lorenz.[2]: „me uides, quae sim, at quae fui ante!" De variato modo, *sim . . . fui*, v. ad Amph. 17. add. Ter. Andr. 649 sq. „Ah, nescis, quantis in malis uorser miser, Quantasque hic consiliis mihi conflauit sollicitudines". — 195. *minus sum amata* idem Mueller., quod amplexus sum, quamvis Studemundus Stud. I p. 297 doceat in codd. „amata sum" exstare; nam nimis longe recedit Ritsch.:

Ex factis nosce rem: uide, ego quae sim et quae fui ante.
Nihilo ego sum amata setius, atque uni gessi morem.

„modo" iam Bentl. deleverat. — 197. *me* abundat, cf. ad Amph.

532, supra 15 „tu". — *credo* codd.; Acidal. „crede", quod placet; recepit Ritsch. — 199. Hunc versum Ritsch. proximo postposuit; sed nihil impedit quo minus ratio sententiæ postea addatur *Solam* ex initio proximi versus male repetitum esse, intellexit Fleckeisen. — *me* Cam. em. — 200. *aere* Ritsch. add. Beckerum Quæst. Plaut. p. 8 secutus. *sumptu* Bentl. Sonnensch.

203—218 pro altera recensione versuum 181—202 habent Ladewig. et Goetz, Act. Lipsiens. VI p. 249 sq., quibus accedere non dubito; nam ut totus locus in iisdem prorsus sententiis versatur, ita non pauca habet vel ex illis repetita vel minus feliciter expressa, et, quod gravissimum est, Scaphæ verba 219—21 aperte respondent ad Philematii verba 199—200, ut nihil intercedere debeat, id quod non animadvertit Brix Ann. phil. CXXXI p. 195. — 203. *Inscita* ed. pr., i. e. stulta, v. ad Bacch. 1074. — *cures* Pylades addidit. — 205. *ille te* malus anapæstus; Muell. p. 337: „te nisi ille". — *ultro*, ex altera parte, cf. Men. 354. 676. 817. Aul. 522. Aubert. in Tidskrift f. Philologi I (1860) p. 112 sq. — 206. Numeris consulens Both.: „tuo pro capite". Ritsch. licentius: „Pro capite tuo quantum dedit, perdiderit tantum argenti". *tantum* ἀναχόλουθως infertur, cf. ad Bacch. 211, nam errat Mueller. Pl. Pros. p. 221 pro adverbio habens. — *pro capite*, pro libertate, cf. 237. 293. Pseud. 174. Poen. 24. 518. Pers. 37. Rud. 917: „pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber". — 207. *Perii* cet., cf. Amph. 316. — *pessumis exemplis*, cf. 187. *enicasso*, cf. 218. — 208. *uitilena* nihil est, nec magis ferri potest „uitii lena", quod ed. Cam.; Madv. Adv. II p. 11: „uitiis" malis numeris. Ritsch. „inuitam", Bugg. „multum", Bonnet in Jahrb. f. Philol. CXI p. 885 „uetula", omnes voc. „lena" retento, quod qui versu 264 defendere student, quantum intersit non vident. Spengel. Plaut. p. 15: „uiti malesuada plena", Crain. ap. Mueller. Pl. Pros. 221: „malesuada uitique plena". Mihi vix dubium est, quin fuerit: *hac . . . cantilena*, cf. Ter. Phorm. 495: „cantilenam eandem canis". Placidi Gloss. p. 28: „*Cantilenas*, fraudes dolosque" fortasse huc pertinet. — 211. *inscrubis*, cf. 185. — 212. *aetatula*, cf. Cist. 47. Pseud. 172. Rud. 883. — 213. „*angina*" ait Servius in Verg. Georg. III, 497 „dicitur porcorum

morbus, qui occupat fauces" (sic Plaut. Trin. 542). „Plautus: Vellem me in anginam verti, ut huic aniculæ fauces præoccuparem" (cf. Winter. Plauti Fragm. p. 19). Sed etiam de hominum morbo ponitur apud Celsum et Plinium. — 214. *stimulatricem*, cf. 198. — 215. *impetraui* ed. pr. — *gratum* pro substantivo ponitur, ut „pergratum mihi feceris" Cic. Læl. 4, 16. „gratum elocuta" Hor. Od. III, 3, 17; cf. ad Cist. 68. — 216. Mueller. Nachtr. 137: „Atque olim, priusquam id extudi, fuit, quom illi subblandibar". — *extudi*, extricavi, expugnavi, cf. Verg. Georg. I, 133. — 217. Et versus claudicat et oratio. Ritsch.: „Di pol me faciant, quod uolint". Bugg.: „Qui di me faciant, quod uelint". — 218. *ni Scapham* ed. pr.; „nisi hanc Scapham" Muell., ne hiatus in diæresi sit.

219. *sat acceptum*, certum, quasi satisdatione cautum, cf. Merc. 647: „Si id fore ita sat animo acceptum est". — 220. *proprium*, cf. Ter. Andr. 716: „Nihilne esse proprium quoiquam" cum comm. Spengelii. — 221. *Soli* refertur ad v. 199 sq. — Nonius p. 202: „*Crines* genere . . . feminino Plautus Mostellaria: gerundum morem censeo et capiundas crines tibi". Unde R. licentius versum sic rescripsit: „Morem gerundum censeo tibi et capiundas crines". Genus nominis, quod B habet a prima manu, Noniusque etiam ex Atta affert, cum R. retinuimus. *Crines capere* apparet eius esse, quæ meretricia licentia deposita unius se concubinam fore promittat; crines autem sunt capilli certo modo compti, velut Festus p. 339 „senis crinibus" ait „nubentes ornantur". Crines matronarum, non meretricum esse ex his locis intelligitur, quos collegit Lorenz. in excursu, Mil. 791 sq.: „Matronarum modo Capite compto crinis uittasque habeat adsimuletque se Tuam esse uxorem". Tibul. I, 6, 67: „Sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos impediat crines nec stola longa pedes". Ovid. ex Pont. III, 3, 51. Prop. IV, 11, 33: „ubi iam facibus cessit prætexta maritis Vinxit et acceptas altera vitta comas". Meretrices capillos virginum more liberius fluentes portabant; virgines autem, ubi nubebant, eos aliter ligabant et ordinabant, quod sua oratione et ad suæ ætatis morem Tertullianus commemorat, de virginibus velandis 12: „hæ nostræ etiam habitu mutationem ætatis confi-

tentur, simulque se mulieres intellexerunt, de virginibus educuntur a capite quidem ipso deponentes quod fuerunt; vertunt capillum et acu lasciviore comam sibi inserunt crinibus a fronte divisis apertam professæ mulieritatem". — 222. *exin*, ita, cf. Epid. 50. Pseud. 682: „proinde ut quisque fortuna utitur, Ita praecellet atque exinde sapere eum omnes dicimus". — 224. „uendundum est" Cam., *uendundust* Ritschelius. *si quidem*, i. e. etiam si, v. ad Asin. 316. — 227. In lacunoso versu *me* addidit Gruterus, *referre bene merenti* ex Camerarii coni. Ritsch.; Gruterus: „rem ferenti", quod Brix. l. l. p. 194 præfert propter v. 230. — 229. *ut* addidi versus causa, R. „meis" ante „bonis". — 230. *Iam*, brevi, *ista*, Philolachetis. — „quidem" posterius om. edd.; Brix. p. 194: „Iam absumpta ista quidem". — *estur*, cf. Mil. 24. Poen. 834, ut „esse" v. 62, „estis" Truc. 309, „es" Cas. 230, „esse" sæpius, cf. infra 911. — 231. Hiatus in diæresi; Muell. „iam" addit. — 232 sq. em. Bothius. — 235 *Nec recte*, vid. ad Asin. 154. — 236 corruptus est. Cod. D et ed. pr. „uiuo argento", quod nihili est; Camerarium secutus Fleckeis. „Edepol ego si summo Ioui illo argento"; Ritsch. „Edepol si uel summo Ioui eo argento". Bugg.: „bouem illo argento"; unde ego propter argenti multitudinem „boues", accedente ipso Buggio in epistola ad me scripta. Speng. Sonnensch.: „si summati Ioui illo arg." — 237. „Pro capite illius" transponit Kiessling Ind. schol. Gryph. 1878 p. 10, ne tertius septenarii pes iambus sit. — *locassem* Guietus cett. — 238. *Ut uideo* em. Bugg. — *medullitus*, cf. Trucul. 436. — *probus*; nam si quis me improbum dicat, adest qui me defendat. Liberavi enim, inquit, non amicam, sed eam, quæ causam meam actura sit. Festive igitur libertam patronum dicit, ut Asin. 645; ac ne genus quidem mutat. Ad constructionem ad αὐτόν Lorenz. confert Ter. Ad. 261: „festiuom caput, Qui ignominias sibi post putauit esse prae meo commodo" præter alios locos non prorsus similes; vid. Madv. Gr. 317 d. Hor. Od. I, 37, 21. — 240 affert Varro L. L. IX, 54, prave „Uideo enim te" scribens. — Versum 241 in codd. excipit versus, qui nihil aliud est nisi circumlocutio versus 219. Damnavit primus Acidalius. *Si* pro „Is" scribendum esse vidit idem.

242. Altera scenæ pars trochaicis septenariis scripta est. Speculum poscit et arculam cum armillis, monilibus aliisque ornamentis aureis (276) ornandi causa. — 243. *siem* Both. versus causa; R. „adueniat“ maluit. — 244. *Mulier quae . . . ei*, vid. ad Amph. 1002. Camer. em. — 245. Speculo, inquit, ei opus est, quæ de pulchritudine sua dubitare possit, non tibi; nec enim tu ad speculum exigenda es, sed speculum ad tuam imaginem. Nugæ hæ sunt, sed non magis quam aliæ Scaphæ argutiæ, v. 155 et 253. Leo confert Meleagr. A. P. V, 143: *ὁ στέφανος περὶ κρατὶ μαραίνεται Ἡλιοδώρας· αὐτὴ δ' ἐκλάμπει τοῦ στεφάνου στέφανος.* — *quae tute*, i. e. quæ ipsa, cf. Ter. Ad. 402: „qui egomet produxi“. Ritsch. ed. „Quid opust speculo tibi, quom tute speculo's specimen maxumum?“ quæ Lorenz. frustra defendere conatur. — 247. *peculi* Camer. em. Amator lepido ancillæ dicto gavisus aliquid ei promissurus erat, sed subito se reprehendit et *παρὰ προσδοκίαν* Philematii nomen, cui omnia sibi debere videtur, substituit; vid. ad Asin. 875. — 248. *uide capillus satin* Mueller. ex Nonio p. 198: „Capillus . . . neutri Plautus Mustellaria: uide capillum satin compositum sit commode“. (Quod ad genus attinet, corrupto exemplari Nonius deceptus videtur.) Ritsch. Acidalium secutus parum feliciter: „Suon quidque locost? uide capillum, satin compositust commode?“ *Suo quique*, i. e. suo quoque, cf. Poen. 1175: „in suo quique loco sita munde“. Titin. 130: „Uerrite aedis, spargite; munde facite in suo quique loco ut sita sint“. Madv. ad Cic. Fin. V, 17, 46. „in“ hic quoque addi voluit Prehn. pron. indef. p. 11. — 249. *commoda es* Camer. em. — 250. *quidquam* post *quid* abundat, v. ad Asin. 779. Epid. 314. R. „quiquam“ scripsit. — *memorarier* Saracenus em. — 252. *cerussa*, qua ad candorem efficiendum utebantur feminæ, est *ψιμύθιον*, quod ex plumbi ramentis aceto solutis parabatur, v. Plin. H. N. XXXIV, 18, 54, 175. R. et Fleckeis. scripserunt: „Quid cerussa nam opust? PH. Malas qui oblinam.“ vix opus. — 253. Post *opera* hiatus est, quem tuetur Lachmann. ad Lucret. p. 388. Fleckeis. „tu“ addebat. Mueller. „te“, Ritsch. in editione „ebur hercle“, postea in Nov. excurs. „operad“. — *Una opera*, v. ad Asin. 98. *postules*, v. ad Amph. 357. De *atramento* v. Plin. H. N. XXXV,

6. 25. 41. — 254. *ebore* B antiquo more, ut videtur; cf. „eburata" Aul. 161. Posteriores „ebore" dicebant, v. Quintil. I, 6, 22. — *Euge* adprobantis et plaudentis est, cf. Trin. 707: „Non enim possum, quin exclamem: euge euge, Lysiteles!" Posterior syllaba longa est, v. ad Epid. 9; non opus igitur emendationibus Bothii „euge adplaudo" aut Buggii „euge, ego plaudo". — *Scaphae* dativo casu codd., Meursius vocativum postulavit, et sic Ritsch., cett. — 255. *purpurissum.* Non. p. 218: „genere neutro Afranius Homine: cedo purpurissum, feminino Novius Sannionibus: inlino cretam, cerussam, purpurissam".(?) Cf. Plaut. Trucul. 287: „bucculas tam belle purpurissatas". — *scita* ironice. Mueller. et Bugg. „inscita", male. — 256. *interpolare*, v. ad Amph. 313. — 258. „*Melinum*" ait Plin. H. N. XXXV, 6, 19. 37 „candidum et ipsum est, optimum in Melo insula, in Samo quoque nascitur". Ritsch. „melinumue" scripsit, sed pænultima brevis non est, nam Græca gentilicia in ῖνος exeunt, ut Ἀμοργῖνος, Ῥηγῖνος, Ταραντῖνος: similiter aut Μηλῖνος dicendum est aut Μήλιος. — *offuciam* ed. pr.; i. e. fucum, ut 269. — 259. *Cape igitur speculum.* Hæc codd. recte Philematio dant, edd. fere Scaphæ. Leo p. 9 recte animadvertit, Scapham, quamvis v. 245 heræ speculo opus esse negaret, tamen imperio eius paruisse. Sed ante quam speculum ancillæ reddit, puella imagini suæ, quam in speculo videt, osculum dat; adulescens autem, quasi rivalem osculata esset, iratus speculo caput se fracturum minatur. — 260. *diminuam* Camer. em. ex Men. 301: „Ei mihi, Quom nihil est, qui illi homini diminuam caput". Ter. Eun. 803: „Diminuam ego tibi caput hodie, nisi abis". — 262. *Ut*, i. e. postquam, in quo et causæ et temporis significatio inest, cf. ad Amph. 325, add. Bacch. 104. Ep. 15. Men. 479. Merc. 383. Rud. 903. Stich. 33. Truc. 570. Ter. Hec. 752. *Argentea* specula vulgo erant, nec pauca ad nostram usque ætatem pervenerunt. — *olant* Fleckeis. em., v. ad 41. — 264. *alteram* edd., *alteras* codd. B C (D „alteras"), quod nescio an iure retinendum censeat Bergk. Ind. schol. Hal. 58—59, ut pro adverbio sit, v. Fest. Epit. p. 27: „alteras ponebant pro eo, quod est adverbium alias"; conf. „utrasque" apud Nonium p. 183, „interutrasque" apud Lucretium, v. Munro ad II, 518.

— 265. *malae* Camer. em. — 266. *unguendam*, sc. me, v. ad Amph. 22. — 267. Hæc respexit Cicero ad Att. II, 1, 1: „tua illa . . . erant ornata hoc ipso quod ornamenta neglexerant, et, ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur". — 268. *istac*; „istaec" post Aldum edebatur; in B post „iste" unius litteræ rasura est. — „*interpoles*, quæ se pigmentis interpolent (v. 256) ut ex vetulis novæ quasi puellæ fiant". Taubm. — 269. *occulunt* Cam. em. adstipulante Philargyrio in Verg. Georg. IV, 39, qui hæc quasi ex Poenulo affert. — 270. R. mutato ordine: „sudor cum unguentis sese". — 272. *olant* Fleckeis. em. — R. „male ut", ne hiatus sit in diæresi; Gertz. „ut male eas olere". — 273. *doctius* codd.; „doctiust" R. — 274. *Verum illud esse* Gellius XX, 6, 12; R. maluit: „esse illuc". Mueller. Pl. Pros. p. 336 dubitat an *est* rectius scribatur; tum „id" addendum. — *adeo*, v. ad Amph. 671. *uostrorum*, ib. 4. — 275. *meruerunt*, compararunt. — 276. *me* add. Cam. Pro *haec* Studem. Stud. I p. 167 mavult „sic". — 277. *istuc curare* R. — 278. Immo, respondet ancilla, Philolachis est, ne quid emat, quod te non deceat, atque adeo quod tibi non placeat. Ideo tibi dona pretiosa dat, ut tibi placeat, tuque ei morigera sis. Non opus est igitur, ut hæc ei ostendas, quæ iam sua esse noluit. Locus sanus est, quamvis lacunis et additamentis corruptum putaverint Ritsch. Philol. I p. 311 et Lorenz. — 279. *mores*, cf. 164. Pseud. 64. — 280. *id ei* præeunte Pylade Ritsch. — 281. Ritsch. superiores secutus ed. „Purpura aetas occultandast: aurum turpest mulieri", quorum priora recte dicuntur, posteriora quum per se tum hoc loco perverse. Buggius sensum restituit scribens: „Purpura aetati occultandae et aurum turpi mulierist". Quæ cum durius dicantur, equidem tentavi: *Purpura aetati occultandae est natum turpi mulieri*, cf. Pers. 427. Madv. Gr. 415. Lorenz.: „Purpura aetas occultanda et auro turpi mulierist". — 283—84. Versus a Scaphæ ingenio omnino alienos iure damnavit Ritsch. In priore „Poste nequiquam" edidit; in altero Saracenus *collinunt* em. — 285. *si* pro „nisi" Cam. em. *manum* ed. pr.

286. Progreditur Philolaches et mulieres alloquitur. *diu* corruptum est; Pylades „tam diu" scripsit, Cam. „uos duae",

quod plerique receperunt, vix recte; R. vocem supervacaneam omisit, nec habeo melius. Sed idem licentius: „Nam quid hic uos agitis? PHILE. Tibi me exorno. PHILO. Ornata's satis". *Tibi* a verbo „placeam" pendet. Post „placeam" hiatus est. — 287. *Abi*. Scapham alloquitur. — 289. „Libet" in principio versus delevit Lachm. ad Lucr. p. 389. — „mihi idem" Bugg. — 290, cf. Pers. 665: „Non edepol minis trecentis cara est". *Mea uoluptas* ed. pr. ceterique usque ad R. puellæ tribuerunt, reliqua adulescenti. Pro „eam" vero ed. pr. „iam", Camer. „hem" ed., neutrum satis apte; equidem omisi. Ritsch. transp.: „Hem, istuc verbum, mea uoluptas, uilest". — 291. Amator verbis puellæ gavisus, si quis viginti minis emat, non cara esse dicit: illa ludens ait se decem minis contentam esse. *decem* Acidal. em.; superiores cum C „decumbe" scripserant. — *bene emptum*, v. ad Amph. 283. — 292. Immo, respondet Philolaches, tu mihi decem minas debes; nam triginta solvi pro libertate tua, quarum si viginti tibi dedero ob illud verbum, decem restabunt. *uel*, v. ad Amph. 910. *rationem puta*, v. ad Aulul. 519. — 293. *Cur exprobras?* cf. Trin. 319: „Quid exprobras bene quod fecisti". — 294. *obprobrarier* ed. pr.; paulo gravius videtur quam exprobrare, quamquam paulum interest, cf. Capt. 586. Truc. 273: „Rus tu mihi obprobras". — 295. *locaui*, cf. 524. *iam diu* Camer. em. — 296. *operam nusquam* ed. pr. — 299 a 300 separari non posse vidit Acidalius; uterque autem ex margine irrepsit. Langen. Beitr. p. 254 sq. posteriorem damnat; sed damnationem alterius partis sententiæ necesse est altera sequatur; tota enim sententia sermonem inepte interrumpit. — *prosus* pro „prorsus", v. Ritsch. Prol. Trin. p. CIV. Neue, Lat. Formenl. II p. 638.

301. Instituitur compotatio in proscenio, ut Pers. 763 sqq. Primum aqua manibus affertur, cf. Pers. 768: „date aquam manibus; apponite mensam". *puere* habet Priscian. III p. 618, v. ad Asin. 379. infra 929. 931. 973. 974. *mensulam* idem Prisc. — 302. *Talos* poscit, v. ad Asin. 772. — Philolachetis nomen add. ed. pr. Is *unguentis*, quibus in conviviis uti solebant (v. ad Asin. 796), ait non opus esse, quoniam ipsa amica unguentum pretiosissimum sit. *stacta*, v. ad Curc. 101.

303—5 iambicos octonarios esse vidit Winter. Reconstruction der Plautinischen Cantica p. 37. Fl. et Sp. „is est" in priorem versum retraxerant. — 304. „eccum" pro „cum" ed. pr.; Leo p. 10 omisit, recte. — 305. *manipulares* Winter. ut Truc. 486. Brevior forma infra 1032. Mil. 815. Sic sodales suos appellat; *praeda* vinum et convivium est.

306—39 Canticum variis numeris compositum. 306 dimeter bacchiacus cum penthemimere iambico. 307 similis. 308 trochaica tripodia catalectica repetita (v. Spengel. Reformvorschl. p. 94). 309 trochaicus trimeter. 310 similis. 311 anapæsticus dimeter. 312 similis. 313 dubius. 314 anap. dimeter. 315 anap. dimeter hypercatalecticus 316 similis. 317 iambicus senarius. 318—19 anapæstici dimetri. 320 iambicus octonarius. 321 anap. dimeter. 322 tetrameter bacchiacus. 323—25 anapæstici dimetri. 326 iambicus senarius. 327 iambicus dimeter cum choriambo. 328 creticus trimeter hypercatalecticus*). 329 = 328. 330 trimeter creticus. 331—33 = 328. 334 trimeter creticus. 335—36 = 328. 337 = 308. 338 trochaicus dimeter catalecticus repetitus. 339 dimeter iambicus cum trochæo.

306. Callidamates, Philolachis sodalis, apud alium amicum pransus, postquam huius eum convivii pertæsum est, iam ebrius cum Delphio amica ad Philolachem comissatur. Servis pedisequis imperat, ut aliquanto post, ubi dormiendi tempus venerit domumque eundum sit, sibi adversum veniant comitandi causa, eosque infra v. 842 ad hoc exsequendum reverti videmus; cf. Cas. 440. Men. 426: „Tu facito ante solem occasum ut uenias aduorsum mihi". Stich. 608 sq.: „Non tu scis, quam adflictentur homines noctu hic in uia? PA. Tanto plures, qui defendant, ire aduorsum iussero". Ter. Ad. 26: „Non rediit hac nocte a cena Aeschinus neque seruolorum quisquam, qui aduorsum ierant". — *ueniri* Dousa em. — Speng. ut hunc et proximum versum integros tetrametros faceret, scripsit „Philolachetem" et „tibist

*) Brevitatis causa malum nomen retinui eius versus quem Spengel. Reformvorschl. p. 86 sqq. constare docuit ex duobus creticis et — ⏑ ⏑ ⏑ — ita ut pro pæone primo numquam creticus ponatur. Huius generis et in hoc cantico plura exempla inveniuntur et infra v. 680. 683. 684. 689. 693 Rud. 201. 207. 210. 214.

imperatum". — 307. *temperi*, v. ad Aul. 446. — *audi, hem* Cam. em. — *tibi*, Phaniscum puta, vid. infra. — 308. *illi* adverbium, v. ad Amph. 245. Ponitur autem per attractionem quandam, v. ad 244. *fui* Cam. — 309. *taesumst* Pareus em. — 310. „commissatum" duplici m codd. hic et 327 et Stich. 685, sed, ut videtur, errore. — *ubi nos* in hunc versum retraxit Speng. — 311. *accipient* scripsi. — *lepide* Camerarius. Abraham. Ann. phil. Suppl. XIV p. 223 postulat: „hilare et lepide". — 312. *Ecquid* ed. pr. — *ma—ma—madere* Both.; homo ebrius balbutit, cf. 323 et 317; sed versus suadet ut cum Spengelio syllabam *ma* bis, non ter repetitum credamus, cf. 323. — 313 corruptus est; lacunosum putarunt R. et Bugg. Speng., quem sequuntur Lor. et Sonnensch.: „Semper istoc modo moratus uitam degebas". Ego ausus sum: *Semper istoc modo. More alio uti debebas*; cf. 337. — 314. *amplectare* Pylades em. — 317. „Oh" interiectio admirantis hic locum non habet. Bothius intellexit hic quoque ut 312 balbutientis vocem exprimi. — *sum* ed. pr. — 318. *accumbas* id. — 319. *coimus* corruptum est. Boxhorn. „conuiuis" coniecit, ego *quo imus*; desideratur enim talis loci significatio. — 320. *Sino. CA. Sed ne sine hoc, quod mi in manust*, Ritsch., i. e. ne sine te. — 321 fortasse rectius ex tribus creticis et trochæo constare dicitur. 322. Cf. Pseud. 1247: „pedes, statin an non? An id uoltis, ut me hinc iacentem aliquis tollat?" *ambo* Herm. em. — 323. cf. 312. *me* cum hiatu legendum. In proximis personarum nomina in B turbata sunt, in C omissa, ut ex coniectura restituenda sint. — 325. *Em.* v. ad Amph. 771. — *age i simul* Camer. Sonnensch.: „i simul, quo ego eo"; cett.: „Quo ego eam, an scis?" Sed *an* sic dici non potest; saltem incipiat sententiam necesse est. Negationem addendam esse, et personas aliter distribuendas, vidit Gertzius, quem secutus in priore ed. „An nescis?" scripsi, iam *Non scis?* præfero. — 326. *modo* ultima longa proferendum videtur. — 327. *istuc*, Philolachis domum ostendit. R.: „Immo [huc]. CA. Istuc quidem iam memini".

328. Philolaches amicam rogat, num ei incommodum sit, si amico obviam eat. Lor. confert Poen. 1076: „Sed te moneri num neuis? HA. Sane uolo". — 329. *Illi ego* Cam. em. —

330. *iam id* codd.; R. „iam tuum id". Brix. Ann. Philol. CI p. 763 et Bugg. „id iam"; quo ordine dici solet, v. Amph. 526: „Redibo actutum. A. Id actutum diust". Pers. 767: „Temperi. SA. Mihi istuc temperi serost". Ter. Andr. 314; sed Martial. V, 58: „cras istud". — 331. Vulgo personas sic distribuunt: „PHILO. Adest. CA. Eu, Philolaches". Sed recte Madvigius Advers. II p. 11 animadvertit *Adest* sine subiecto poni non posse, iungique debere: „Adest, eu, Philolaches". Pro *eu* ed. pr. „en", quod vix Plautinum est, R. „Euge"; sed illud tenendum est. Exclamatio *eu*, quidquid dicit Langen. Beitr. p. 197 sq., diversa a Græcorum εὖ, admirationem significat cum asseveratione coniunctam, quasi profecto, cf. Bacch. 988: „Eu, litteras minutas!" Mil. 896: „Eu, noster esto". ib. 1140: „eu probe". Pers. 157. 664. Ennius ap. Varr. L. L. VII, 93: „Eu (codd. heu) mea puella, e spe quidem id successit tibi". Sæpe dicitur „eu hercle", v. infra 575. Mil. 1051. Poen. 1104 et ad Bacch. 988. „eu edepol" infra 964. Ep. 75. Men. 161. 893. Rud. 411. Trucul. 685. „eu ecastor" Mil. 1059. Poen. 281. Stich. 246. Titin. 59. Quod duobus locis, Men. 719 et Mil 396, in codd. „heu" legitur, ex reliqua multitudine corrigendum est, nec Buggio accedo, Annal. phil. CVII p. 414 sq., statuenti utrumque dici posse, et quidem diversa vi. Ostendit autem hæc interiectio, non Philolachetis hæc verba esse, sed Callidamatis. Is, postquam Philolachem conspexit, sibi ipse respondet et amicum salutat. — 333. *Callidamates* pænultima brevi pronuntiendum esse ostendit Spengel. Reformv. p. 93. — 334. *Unde agis te?* v. ad Bacch. 1103. Hunc locum affert Serv. in Verg. Æn. IX, 693. — *probe* recte huc retraxit R.; Cam. „PHILO. Probe" ediderat. — 336. *Da* longam vocalem ante hiatum retinet, v. Proleg. p. 219. — Callidamatis nomen in B non legitur, sed spatium relictum est. — 338. *Quid ego hoc faciam?* hæc necessario Delphio tribuenda sunt, non Philolachi hospiti benigne locum præbenti. Itaque „mea" ferri non potest, etiam si sine substantivo intelligi posset; fortasse ex personæ nota vox orta est. — *eumpse* Gruterus. — *Age tu interim* in hunc versum R. retraxit. — 339. Puerum

ministrantem alloquitur. *Ab Delphio* incipere debebat; hic enim novo hospiti honos debetur.

Dum adulescentes accubantes potant, Tranio, qui Piræum ad pisces emendos ierat (63), quum dominum suum ibi vidisset, perturbato animo redit nihil dubitans, quin et sibi et adulescenti hero maximum malum immineat. Nomina scenæ supra scripta in C non leguntur; in B autem Philematii nomen non legitur, et adest illa quidem, sed nullum verbum facit. Trochaicis septenariis scena scripta est. — 340. *Iuppiter supremus*, cf. Capt. 425. 762. *summis opibus atque industriis*, summo opere et de industria. Plurali numero Plautus etiam alibi abstracta nomina ponit, cf. Mil. 235: „in regionem mearum astutiarum". Cist. 203: „cruciabilitatibus". Trin. 492: „opulentiae". 1028: „parsimoniae". Rud. 542: „spes". Stich. 300: „superbiae". — 342. *stabulum confidentiae*, cf. Aulul. 226. et Capt. 518. — 343. cf. Capt. 524. Ter. Ad. 761: „Ipsa, si cupiat, Salus seruare prorsus non potest hanc familiam". Cic. Verr. III, 57, 131. Font. 10, 21. — 344. *mali maeroris montem* ed. pr., cf. Epid. 87. Merc. 609. — *ad portum*, v. ad Asin. 818. — 346. *facere lucri*, Trucul. 680, vel ex Cicerone notum. — 347. *meam uicem* Pylades em. — 348. *plagipatidae*, cf. Capt. 471. *ferritribaces*, ferrum, i. e. compedes manicasque, terere consueti, cf. Capt. 882, infra 729 „ferriterium". Trin. 1021: „ferriteri". Hæc autem vox a Græca forma *τρίβειν* derivatur, quasi *σιδηροτρίψ*, ut Pseud. 137 „flagritribae". Pers. 277 „ulmitriba". Hybrida vox est, ut „pultifagus" infra 813. „thermopotare" Trin. 1014. — 349. *Uel*, i. e. vel potius, atque adeo. Opus est ei servo nullam pœnam timente, vel potius milite, qui parva mercede turres hostium subire audeat. „*Falae*" inquit Nonius p. 114 „turres sunt ligneæ; Ennius lib. XV: malos defindunt; fiunt tabulata falaeque. Hæc sunt in circo, quæ apud veteres propter spectatores (? v. Iuven. 6, 590) e lignis erigebantur". Unde Camer. hunc locum restituit; voc. „hastis" autem iam alii removerant; Bugg. *hosticas*. De *nummis* v. ad Epid. 55; *tres nummi* autem non stipendium militis

est (cf. Geppert. Stud. I p. 52), sed præmium extra ordinem propter singulare periculum promissum. — 350 corruptus est; Cam.: „Ubi aliqui quindenis". Ritsch.: „Uel ubiquomque denis". Leo Herm. XVIII p. 569: „Uel ubiquomque abiegnis". Bugg. Scaligerum secutus: „Uel alii qui denis". *Ubi* (ut C) verius videtur; sententia talis esse potuit: „Ubi accedenti densis hastis c. t. s." Langen. Beitr. p. 76: „Ubi pol cuique". Sonnens. versum damnavit. — 354. „ille" delevit Pylades. — *curriculo*, cursu, cf. 912. Epid. 15. Mil. 525. al. Trin. 1103: „Curre in Piræum atque unum curriculum face."

355. Prima versus vox excidit. Gruterus „adest" geminabat, Guietus „Eccum" addit, Herm. „Tandem", R. „En". — *redit* Cam. em. — 356. *Et* addidit Dousa. *Periimus* Pylades. — 357. *ex te* ed. pr.; hiatur in diæresi; Both., R.: „ex ted". — 358. Excidisse aliquid versus ostendit; *in portu iam* cum R. addidi. — 360. *Quid ego ago nunc?* Brix. Ann. phil. CXXXI p. 197. R. cum Dousa ed.: „Quid ego ago? TR. Nam quid". Philolaches *Quid ago?* dixit solito more pro „Quid agam?" v. Madv. Opusc. II p. 40 sq.; Tranio in ægritudine animi vernæ scurrilitatem servans proprie accipit, et quasi indignabundus quod rogaverit, quid ipse faceret, accubare eum respondet. *Accubas* Cam. em. — 361. *Tun* B, nisi quod n errore cum proximo voc. iungitur. Fleckeis. Muell. p. 658 al. „Tutin". *Certe* alterum add. Cam. — 362. *mentiar* Pylades em. — 364. *Quis* ed. pr. — *Suscita istum, Delphium* vulgo Tranioni tribuunt; sed nihil obstat quo minus cum codd. Philolachi ea continuemus. — 365. *Cedo bibam* omisso „ut". Ritsch., cf. Truc. 364: „deme soleas; cedo bibam". Stich. 755: „date bibat". — 366. „Philolache" codd.; B Callidamati dat; cett. recte cum antecedentibus iungunt. *Philolachae* Lambinus, v. ad 163. — 367. *ego* add. Pylades. *Bis peristi?* ex codd. reduxit Fleckeis. Exercit. p. 24. Ridicule homo ebrius male audit. Tum ipse addit: *Qui potest?* Quo modo hoc fieri potest? v. ad Amph. 169. — 368. *te* add. Ritsch. — 369. *ab—abire* et *et—etiam* Brix. Ann. phil. CXXXI p. 196, cf. ad 312. R. cum Fl. et Cam. „Iube eum adire" et „huc etiam". — *reditio*, cf. Ter. Eun. 671: „Quid huc tibi reditiost? uestis quid mutatiost?" Plaut.

Rud. 492: „hinc abitio". Trucul. 506: „Quid illi ex utero exitio est? — 370. In *pater* positio negligitur; Reiz. „iam" delebat. *offendet* ed. pr. — 372. *Igitur*, cf. 128. *fodere* Camer. — 374. *iterum* add. Mueller. Nachtr. p. 111. Guiet.: „Ecce hic autem". R.: „Eccere". — *deposiuit* Camer., ut solebant antiqui, v. Neue Formenl. II p. 490 sq. — *Suscita* ed. pr. — 375. *Etiam vigilas?* v. ad Asin. 707. — *aderit* ed. pr. — 376. *Cedo soleas*. Versus a proceleusmatico incipit. Fleckeis.: „Cedo mi soleas, arma ut capiam." Ritsch.: „Soleas cedo mi". Surgentis ex convivio vox est, cf. Trucul. 360: „Cedo soleas, puer". Hor. Sat. II, 8, 77. — 377. Seyffertus in Studiis p. 1 voc. *amabo* solis feminis convenire posse statuens hunc versum Delphio tribuit; Brix. priora Delphio, posteriora Tranioni dat; ego scenicis poetis aliam legem atque Ciceroni imponere non audeo. — 379. *medicabor* Pylades, cf. Ter. Andr. 831. 944. R. cum ed. pr. „medicabo". — 380. *Nullus* ed. pr. — 381. Hiatur post *si* et in diæresi. Bugg. cum Guieto et Muellero: „ego aduenientem si". *Satin habes?* Num contentus es?, cf. 816. 642. Amph. 505. Bacch. 906. Ter. Eun. 485. Corn. Nep. Epam. 8. Non *si*, sed „quod" sequitur Ter. Andr. 710. Liv. XL., 29, 13, infinitivus Cæs. B. C. III, 46, accusativus cum inf. Cic. ad Fam. V, 2, 6. — Quæ versui 381 in codd. male adiecta sunt, neminem fallent, quoniam recta scriptura statim sequitur. — 382. *introeat* ed. pr. — 383. *hinc propere* codd.; „propere hinc" R. — 384. Hiatur post *ero* et ante *hac*. Mueller. et Bugg.: „Ubi ego ero ergo? TR. Ubi maxume esse te uis". — *cum hac*, *cum istac*, cum duabus meretricibus. — 385. *Quid si igitur abeamus?* Mueller. confert 1072. Merc. 412. 570. Lachm. ad Lucret. p. 184. — *Non hoc longe*, δεικτικῶς, ne tantillum quidem, cf. Cist. 416. Trin. 485: „Decedam ego illi de uia, de semita, De honore populi, uerum quod ad uentrem attinet, Non hercle hoc longe". Bacch. 420: „digitum longe". — 386. Hiatus in diæresi. *Nam potate*, i. e. Nam potare licet; cf. Capt. 890: „Nam pectito". Cic. ad Fam. III, 11, 4: „nam . . . serva". — *hac causa*, ut Stich. 643: „illa causa". 645: „hac gratia". Men. 1040. cf. ad Epid. 677. — 387. *quam istaec* Cam. em. — „euenant"

Both., R. — 388. *Potin ut animo* Both., cett., i. e. potestne fierit ut, cf. Men. 455: „Potine ut quiescas?" Mil 923. Merc. 878: „Potin ut animo sis tranquillo?" Pseud. 236: „Potin aliam rem ut cures?" 636. Trin. 630. al., cf. supra 367. — 390. *Ita ille faxit Iuppiter*, cf. ad Amph. 457 — 391. *nunc iam tu* Both., cett. — 392. Post *dum* hiatus; Fleckeis., R., cett. „haec" addunt, Bentl. Sonn. „ut". *face* R. — 394. *natus nemo*, cf. 442. Cas. 273. Pseud. 298. Rud. 957. — *Licet*, v. ad Amph. 540. — 396. *Num quid aliud?* v. ad Amph. 538. — *Laconica clauis* tribus dentibus munita, qua ianua foris claudi potuit, commemoratur etiam apud Aristoph. Thesm. 423 cum schol. Meinek. Fragm. com. Gr. III p. 359. IV p. 172, quos locos attulit Lorenz. — 398. *custodelam* Both. em., forma ex Apuleio nota. Pylades „que" deleverat, sed cf. ad Amph. 5. Ritsch. transp. „spes meas". — 399. *Pluma haud interest*, proverbium de iis, qui tam similes sunt, ut nihil discriminis inveniatur, sicut inter aves eiusdem generis interdum ne unius quidem plumæ discrimen interesse videtur. Proxima misere corrupta sunt. Vulgo editur: „patronus an cliens proprior siet" (Bugg. „sies"), quæ Brix. Ann. phil. CXXXI p. 197 frustra defendere conatur. In ignoti comparativi locum alii „potius", alii „probior" substituerunt, Ritsch. „probrior" ausus est; sed non dubito quin, quod corrigunt, „an" pro *ac* falsum sit. Tranionis enim non est dicere, inter patronum et clientem nihil interesse; sed postquam herus dixit, se omnem salutem suam ei credere, confidenter respondet, se profecto patronum eius esse. Quare scribere malim: „patronus sic clienti prospicit".

400. Versum 399 in codd., ait Ritsch., sequitur spatium unius versus, quale esse inter binas scenas solet: in quo TRANIO S (i. e. &) PUER addidit Db." Ac mutatur versuum genus. Tranioque solus relictus senariis secum loquitur, ut nihil impediat quominus nova scena hinc incipiatur; sed structuræ hiatus ostendit ante v. 400 aut unum aut plures versus excidisse; nam v. 401 cum Ritschelio delere non audeo. Hoc quidem ex spatio in codd. relicto efficitur, errasse superiores editores, qui versum 400 cum 399 coniungerent. — 400. *in pectore est* Pylades. — 401. *cuiuis homini* ed. pr. Tranio dicit,

quemvis hominem, vel optimum vel pessimum (alius diceret: vel callidissimum vel simplicissimum) primo animi impetu mali aliquid facere posse, sed virtute opus esse, ne ex malo malum oriatur. — Post 402 versus 416 scriptus est, non proximæ, credo, sed secundæ paginæ principium; redit enim suo loco, cf. ad 619. — 403. *docti est* ed. pr. — 404. *dissignata*, non designata, codd., cf. Poen. 19. Ter. Ad. 87. Hor. Ep. I, 5, 16. — *nequiter* Dousa em. — 405. Versuum ordinem restituit Acidalius, verborum Ritsch. — 406. *Ni* et nei pro ne sæpe in titulis tabulisque maxime septimi p. u. c. sæculi inveniri constat, v. Ritsch. Opusc. II p. 625. Ex Plautinis codd. quinque exempla affert idem V. D. p. 629; add. Men. 866. *patiatur* Camer. — 407. *turbauimus* Lamb. — 408. *liqueant* ed. pr. — 409. *ex se* Camer. em.

410. Egreditur ex ædibus puer clavem ferens (396) et Tranionem denuo monere ab anxio domino iussus. Ex corruptis verbis Gruter. fecerat: „perii. oh." Both., R.: „perii. eho". Mueller.: „Sed quid huc egreditur puer?" Bugg.: „Sed quid tu egredere, puere?" Seyffertus demum (Philolog. XXIX p. 395) nomen servi latere intellexit: *Sed quid tu egredere, Sphærio?* Sed etiam „iam iam" corruptum est, quod aut ad futurum tempus refertur, cf. Curc. 703, Madv. Em. Liv.[2] p. 384, aut cum emphasi præsentis temporis mutationem indicat, ut Catul. 63, 73. Verg. Æn. II, 701. Itaque in priore ed. edideram: „Sed quid tu egredere sic per ianuam?" Veriorem tamen viam Muellerus institisse videtur puero verba dans: „Clauim accipe". Sequuntur Bugg.: „Fero clauim" et Seyffert.: *Em clauim* (cf. 416). — 411. „paruistis" Guietus voluit. *Erus* add. Camerarius. R.: „Praeceptis pares. PV. Erus te iussit". Subiectum audiri posse censet Lor. — 412. *orare* omisso „me", v. ad Amph. 22. — 413. *aedis* Cam. em.; *intraret* Langen. Beitr. p. 299. Muell. cum Pylade: „ne introiret ad se". — 414 *me* add. Pyl.; R.: „hasce aedis". — *ut ne etiam*, i. e. ut ne . . . quidem, ut „neque etiam" pro „ac ne . . . quidem", de quo vid. Madv. ad Cic. Fin.[3] p. 813. — 415. *obuoluto*, propter timorem, cf. 512. — 416. *Clauim*, v. Charis. I p. 101. Neue I, 199. — Alterum „atque" delevit R.; Brix. „hinc" del. — 417. *Iube uenire*, veniat modo

herus; non certum hominem alloquitur, v. ad Pseud. 1051 et infra 870. — 418. *seni* Pius em. *Ludos facere alicui* legitur etiam Cas. 714. Merc. 222. Rud. 582. Truc. 749, alibi „aliquem", v. ad Amph. 567; significat autem ludificari. Defunctis vero honoris causa ludi funebres habebantur, quorum exempla insignia ex annis 216, 206, 200, 183, 174 a. Chr. n apud Livium (XXIII, 30. XXVIII, 21. XXXI, 50. XXXIX, 46. XLI extr.) commemorantur, primum autem, si Valerio Max. II, 4, 7 fides sit, gladiatorium munus a. 264 M. et D. Bruti dederunt funebri memoria patris cineres honorando. Nec nobilium solum is honor erat; sed vix dubitari potest, quin vulgo eiusmodi ludi, quamvis minus splendidi, habiti sint quotiens vir paulo honestior aut opulentior decesserat; nam quasi vulgarem morem hunc commemorat Plautus Amph. 455, et eius causa tam multi alebantur gladiatores, et in monumentis et urnis sepulcralibus gladiatorum pugnæ imaginibus exprimebantur. Theopropidi vero, cuius omnem rem familiarem filius profuderat, unde ludos funebres heres faceret, non erat. — *hic* codd., „huic" R. Pium secutus. — 419. *quod*, ut ludi funebres fiant. — 420. *Concedam*, cf. 674. Theopropidem advenientem animadvertit. — 421. *sarcinam inponam*, v. ad Bacch. 346.

422. Advenit Theopropides senex cum servis pedisequis (v. 457 sq.) lætus navigatione finita, quæ ei tanto tædio et timori fuit, ut se numquam postea navem inscensurum esse affirmet. Similes Neptuni allocutiones v. Stich. 403. Trin. 821. — 423. *Quom*, v. ad Amph. 636. Ne hiatus sit in cæsura, R. „Quoniam amisisti me". Bugg. cum Guieto: „Quom med". *amisisti*, dimisisti, v. ad Asin. 604. — 424. *Uerum* ed. pr. — *pedem latum* accusativus mensurae est, *me* obiectum; subiectum omittitur, cf. 412. — 425. *scies* ed. pr. — *inposisse*, v. Neue Formenl. II p. 491. — *haud causa est*, v. ad Amph. 845. Non causabor, inquit, quo minus id, quod facere voluisse videtur, ut me fluctibus obrueret, ilico faciat. De forma „hau" cf. 386. Ante hoc v. hiatur in cæsura, quare Scriverio duce Ritsch. cett.: „hau causast, ilico". — 426. Verborum ordo prorsus Plautinus est, v. ad Asin. 230 et ad Stich. 120. cf. Capt. 485. Men. 674. Merc. 36. 733. Truc. 148. Ter. Eun. 263 sq.: „Si potis

est, tamquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis Vocabula, parasiti item ut Gnathonici vocentur". — 428. Nihil amplius, inquit, tibi credam. — 429. *largiter*, cf. Epid. 484. Lachm. ad Lucr. p. 283. — 431. *Aegypto*, ex Ægypto, v. ad Curc. 206. Si hæc fabula proprie Menandri fuit, huc referri possit fragm. incert. 293: *Πρὸς ταῖς ἐμαυτοῦ νῦν θύραις ἕστηκ' ἐγώ.* — 432. *exspectatus*, cf. Amph. 651. 672.

435. *interdius*, v. ad Asin. 592. *occlusam*, saltem extrinsecus, ianuam esse parum conveniebat diurno tempore, quo ventitabant homines et pulsantibus ianitor intus aperiebat, cf. Amph. 1011. — 436. *mihi* em. Cam. — 439. *Saluom te aduenisse gaudeo*, solita advenientis allocutio, cf. 790. 1109. Ter. Phorm. 255. al. — 440. *Usquin ualuisti* Ritsch. Opusc. II p. 557; v. ad Curc. 16. — 441. *Sic*; editores plerique post hoc voc. interpungunt, cf. Pseud. 336. Immo potius *sic foris* iungendum; sic, i. e. ut facitis, ut video; perspicuitatis causa additur „foris". — 442. *natus nemo*, cf. 394. — 443. *Seruat*, v. ad Aul. 81. Sed proxima corrupta sunt. Ed. pr. „neque qui respondeat", Both. „neque respondeat", quod recepit Ritsch., sed iure defendi posse negat. Ex eius coni. Lor.²: „Seruat, nunc qui recludat aut respondeat". Mihi exitus versus excidisse videtur, ea autem, quæ post „recludat" leguntur, spuria esse credo. — 444. Ritsch. cum Bothio „pedibus" omisit addiditque *foris*, quod nec facile auditur et exitum versui reddit legitimum, cf. Capt. 825: „Aperite hasce ambas foris". Prorsus improbanda est Guieti coni. „confregi assulas"; fores enim non sunt assulæ, sed si franguntur, fiunt, v. Merc. 129: „at etiam cesso foribus facere hisce assulas?" — 445. *Eho an*, cf. 173. *tu tetigisti* ed. pr. — 448—56. Hos versus Ritschelius temere mutato ordine sic edidit: 452. 448. 449. 456. 453. 454. 455. 450. 451. — 449. *fecisti*; indicativi rationem explicare conatur Becker. in Studem. Stud. I p. 308 sq. — 451. *Tetigistin foris?* Ritschelio hæc verba perperam iterata ex 447 alia suo loco pepulisse videbantur, „tene terram manu". Non credo, nec repetitio offenderet, si scriptum esset: „fuge ad me prope. Sed tetigistin foris?" Coniunctio autem adversativa in talibus sæpe omittitur, v. ad Amph. 350. — 453. Oratio in-

choata interrogatione alterius interrumpitur et deinde continuatur, v. ad Amph. 1136. — 454. *cum istoc omine* ed. pr. Oratio interrumpitur ut Pseud. 37: „At te di deaeque quantumst —“. Ad huius loci similitudinem legitur ex Bentleii emendatione Ter. Hec. 134: „At te di deaeque faxint cum isto odio, Laches“, sc. ut pereas. — 457. *Ere* scribendum. In B *Et* legitur „cum duarum litterarum rasura“. — *ambo* Seyff. Stud. p. 1. — 458. *adtigatis* ex Diomede restitutum, qui I p. 378 hunc versum affert, cf. ad Bacch. 442. — 459 pessime corruptus. *Uos quoque*, Lor. enarrat: „ut et ego facio“, quod si voluisset Plautus, perspicuitatis causa addere debuit. *Terram tangere* eius est, qui inferos aut manes deos aut ipsam Tellurem invocat, v. Hom. Il. IX, 568. Macrob. Sat. III, 9, 12: „quum Tellurem dicit, manibus terram tangit“. Varr. R. R. I, 2, 27. — *quin eloquere* hoc saltem versus loco ferri non potest. Ritsch. exempli causa: „Quin intro imus huc?“ ego: „tangite Terram. TH. Obsecro hercle, quin eloquere, quid siet“. — 462. *Circumspicedum*, cf. Mil. 950: „Circumspicedum, ne quis nostro hic auceps sermoni siet“. — 463. *Sermonem* ed. pr. — 465. Versus iusto longior; aut *facta est* delenda, ut scribatur: „Quid id est?“, aut *Quid est*? Both., R. licentius: „Caputale factumst? TH. Quid id est?“ — *Capitalis*, cf. Mil. 296: „fraudem capitalem“. Ter. Ad. 723: „(flagitia) noua, capitalia“. — 466. *antiquom et uetus*, cf. Amph. 118. — 467. *Antiquom*? Lipsiensis codicis librarius recte vidit Theopropidis esse. Is mirabundus verbum repetit, cf. 471. R. et Leo Herm. XVIII p. 563 „Antiquom“ delendum censuerunt. — *Id adeo*, v. ad Amph. 464. — 468. *sceleris* Spengel., ut ipse olim emendaveram; cf. Ter. Eun. 326: „Quid hoc est sceleris? Ritsch.: „Quid istuc scelus est?“ — 469—70 em. ed. pr. — 471. *ei* em. ed. pr.; *eii* legendum esse vidit Scioppius, cf. Curc. 603. Proleg. p. 216. — 474. Ante *Ut* hiatus in cæsura; Mueller., Bugg. „ille“ addunt. — 475. *rediit* Dousa. — 476. *abimus*, præsens historicum inter perfecta, cf. Curc. 676 sq. Cas. 43. Merc. 97. Stich. 676 sq. Truc. 405. Lor. ad h. l. — 479. „meus gnatus“ Both., R., Lor. — *St* Camer. — 481. *Nempe ergo in somnis*; somnia igitur tu mihi narras; firmiora argumenta non habes. — 483.

Mirum quin, v. ad Amph. 743. — 484. *abhinc sexaginta annis*, i. e. ante LX annos, cf. Cic. Verr. II 52, 130: „comitiis iam adhinc diebus XXX factis". Madv. Bemerkungen über versch. P. d. lat. Sprachl. p. 65 sq. Lor. addit Amman. XXX, 4, 12. Abraham. p. 232 accusativum postulat ut Cas. 39. Bacch. 385. Stich. 140. Truc. 338. — 485. *inepte stultus es*, cf. 934: „erras peruorse" et ad Aul. 306. Labem hoc loco contraxerat cod. archetypus per plura folia pertinentem, lacunasque similis ambitus post vicenos fere versus redire videmus, 506—7. 526—27, 543—44, 563—65, 586—88. R. suppleuit „Theopropides" et deinde: „quae illi ille inquit mortuos". Sed „inquit" pravum est; equidem credo *in quiete* fuisse, ut Curc. 272, indeque profectus supplevi. Muell., Bugg. uno versu: „Interdum ineptis. TH. Taceo. TR. Sed ecce, quae ille ait". — 487. *Diapontius* fictum nomen idem quod „transmarinus" significans. — 488. Post *habito* hiatus; R.: „dedita haec mihist"; Muell. „ego" add. — 489. *Acheruntem*, v. ad Amph. 1022. — 490. *praemature uita careo*, ut nondum quasi locus ibi fato ei sit datus, præsertim iustis non factis, v. 492. — *per fidem*, cf. Cic. Invent. I, 39, 71: „qui nos per fidem fefellerunt". Cæs. B. G. I, 46, 3. Liv. I, 9, 13. al. — 491. *me hic* transp. Guiet. — 492. Versus ne iusto longior sit, *ibidem* R. sustulit. — 494. Si hæc scripsit Plautus, alteram vocis *Scelestae* syllabam corripuit. Guiet., R.: „Scelestae haec aedes". — *impia* Pius. — 495. *monstra* olim emendatum.

496. *St st!* Gruterus em., quod extra versus pronuntiandum. Theopropidis hanc exclamationem esse, vidit Ritschelius; B personarum notas per proximos versus invertit, C vacua spatia reliquit. Dum enim Tranio superiora narrat, strepitus intus quasi crepantis ianuæ auditur. Nam Philolaches timore agitatus cum servo suo colloqui cupit, ac ianua, utpote extrinsecus clausa, intus illa quidam aperiri non potest, sed adolescens, ut Tranionis animum advertat, strepitum non absimilem facit. Quod ubi senex audivit, servus præsenti animo credere se simulat, mortuum illum iam proditurum esse, ut eos, qui quietem suam turbassent, arcessat. — 497. *Hicine percussit?* Hæc Joergensen (Tidskrift f. Philologi VI p. 60) et Brix.

(Annal. phil. CXXXI p. 198) Philolacheti tribuunt, quasi intus interroganti, num Theopropides ianuam percusserit, in quo pronomen minime aptum est. Immo Tranionis verba sunt. Hunc Lorenzius quærere putat, num mortuus intus ianuam percusserit; sed hoc verbum v. 505 de eo ponitur, qui extrinsecus pulsat. *Hic* igitur de uno servorum prosequentium (v. 458) intelligendum. Sonnenschein, qui „ne" encliticon affirmativa vi poni posse censet, quod ad Epid. 76 redarguimus, Tranionem affirmare putat, Theopropidem, non se, ostium pulsasse. — 498. *Acheruntem* omisso „ad" Fl., R., ut 489. Muell. p. 382 præpositionem retinet. — 499 sq. Hæc Tranio secum. *Perii* ed. pr. — *illisce*, ut „hisce" Capt. 35. Philolachetem dicit ceterosque. — 501. *tute tecum* ed. pr. — *Abscede* Tranioni dedit Cam. — 502. *Quor* Both. em. necessario. Sed idem mox: „TR. Etiam tu fugis?" proximaque Theopropidi dat, et sequitur R. Immo servata ea personarum distributione, quæ in codd. est, *fuge* scribendum. — 504. *Heus Tranio*, intus hæc dici Ritschelius intellexit; Tranio autem Philolachetem se alloqui vetat. Hæc submisse dicit, nec tamen herum latet (v. 506 sq.), proximum autem versum Theopropidi dicit sententiam v. 503 inceptam continuans. — 506. R. supplevit: „Quæso, quid istuc est? quor sermonem segregas?" cuius vestigia secutus sum, nisi quod a codd. abscedere nolui. *sermonem segreges*, cf. Mil. 656: „Si quis ibist odiosus, abeo domum, sermonem segrego". Poen. 346: „Segregat sermonem; taedet". — 507. Suppleverat Ritsch. „Caue uerbum faxis"; ego: *Ego non percussi*: nam proxima ostendunt Tranionem mortuum illum allocutum esse. Sic etiam Joergensen. l. l. Leo p. 12: „INTUS Quaeso — TR. Caue uerbum faxis. TH. Dic, quid segreges Sermonem? TR. Apage hinc te. TH. Quae res cet.". — *Quae res te agitat?* R., cf. Bacch. 582. — 508. *An* cet. An erravi, quod monstrum illud me appellare putavi et tu me appellasti? — 509. *amabunt* ed. pr. — 510. *percussissem* Acidalius; secunda persona indicativum postularet. — 511. *adstas* ed. pr. — *quae dico*, 502. — 512. *atque* ante „operi" Guietus om. — *operi caput*, cf. 415. — 513. *Pax mihi est cum mortuis*. Repetit Tranio, quæ dixerat 503, neque hæc repetitio ita Ritschelium offendere debuit, ut his

eiectis rescriberet: „TR. Sine me: sat quid agam scio. TH. Hem, quid modo cet." — 514. *Scio*, novi, ironice, cf. Aul. 426. Ter. Andr. 838. — Quid igitur? inquit, cur nuper tanto opere extimuisti? — 516. *ut occepisti*; videmus effectu non caruisse servi admonitionem. — *quis*, potes cf. 825. Pers. 286. Truc. 323. — 517. *Herculem*, ἀλεξίκακον, monstrorum omnium victorem hominumque servatorem. — *te inuoco*. Hiatus vitandi causa Fleckeis. „ted" scripsit, R. „te ego", Bugg. „Mihi Herculem inuoco". — His dictis senex aufugit. Tranio abeunti omnia mala optat, exsultans quod fraus sua tam felicem eventum habuerit. — 518. *Et ego tibi* ed. pr. — 520. *mali* Guiet. „malus" Acidal.

Quod post hæc aliqua intercidisse Ritschelius suspicatur, rationes, quas in præfatione p. XV affert, potius contrarium probant; nec maioris momenti sunt quæ in eandem sententiam Spengelius disputat (Die Acteneintheilung bei Plautus p. 42), quippe qui certum quoddam affirmet quinque actuum metricum schema fuisse, cuius, si verum fatendum est, ne unum quidem exemplum prorsus accuratum afferri potuit. Immo hoc loco nullum nec lacunæ nec actus novi intervallum est, nec Tranio proscenium reliquit, quum advenit danista fenus argenti postulans, quod Philolacheti commodavit.

521. Danista queritur, quod difficulter argentum suum faenore collocare possit. *argentum faenori* videtur esse argentum fænore collocandum, sed nihil simile vidi. Quod R. suspicatus est, „argenti faenori", reciperem, si cum proximis conveniret, sed v. 523 sq. queritur, non quod fænus debitum non recipiat, sed quod nemo pecuniam faenore sumere velit. — 523. *mani* R., v. ad 752. — 525. *in perpetuum modum*, cf. 143. — 526 sq. Lacunas supplevit Camer. recte, nisi quod „fenori" scripsit; ablativus requiritur, v. 591. 900. Epid. 54; idemque restituendum Vidular. 190: „minam, Quam me orauisti ut darem tibi faenore". infra v. 1121 et Cic. Verr. II, 70, 170: „pecunias iis faenore dabat". – 528. *nisi quid* Iunt. — 529. *Ne hoc*. Hiatus vitandi causa Pyl. „Ut ne hoc", Cam. „Ne hoc nunc", Both. „Hoc ne". — 531. *indaudiuerit* Both. em., v. ad Capt. 30. — 532. *Ei* R. Taubmannum secutus. — 533. „*animus conscius*, sibi mali, cf. Sall.

Cat. 14, 3. Iug. 40, 2. 35, 4.“ Lor. — Langen. Beitr. p. 122 vv. 532 „Ei ..“ ad 534 „... habet“ immerito damnat. — 534. *me habet*, quid? nam animus conscius hominem habere parum recte dicitur. Both. „mi habet“, paulo obscurius; R. *nunc* addidit, ac versus aliquid excidisse ostendit; itaque scripsi *meus nunc*; Brix.: „me male habet“. — *sese* Camer.

536. *Unde is*? olim em., i. e. unde uenis? cf. Cist. 609. Ter. Eun. 305. — 537. *dixi* ed. pr. — 538. Post *uero* hiatus in cæsura; Pyl. add. „ibi“, R. „ei“, Bugg. „ea“, Muell.: „omne ordine“. — *Ei* ed. pr. — Quattuor versus errore librarii anticipatos esse Acidalius vidit. — 539. *techina* legitur etiam Poen. 816: cf. Proleg. p. 209. — 540. *Quid tute tecum* ed. pr., ut 501. — *Nihil enim*, Ter. Hec. 850. Adelph. 656, cf. ad Amph. 651. — 541. *hercle* add. Muell. Nachtr. p. 102, cf. Asin. 414. Ter. Eun. 356. Both., R. „Dixtine“ scripserant. — 542. *Etiam*, v. ad Asin. 670. — 543 sq. Supplementa Camerarii sunt, nisi quod ille „TR. Perii oppido, quom cogito“. R.: „Perii, rem quom cogito“, equidem *cogita* mutare nolui. — 544 *Dicam, si*, cf. Asin. 390. — 545. *Ego* Both. em., ac vereor ut duplex interrogationis indicatio ferri possit. — 546. „cum eo una“ codd., priore autem loco, post 538, „cum meo una“. Ritsch. Bothium secutus: „te, una cum eo“, nos cum Bugg. *homine*. Langen.: „cum eo actutum“. *capitur iudex*, v. Merc. 725, ut arbiter Cas. 888. Trucul. 620. — 548. *quom pirum uolpes*, non vulgatum proverbium, credo, sed a Tranione inventa similitudo.

549. Post *seruom* hiatus. Vulgo post Pyladem: „eccum seruom“. — *Tranium*. Miramur Plautum versus causa Tranionis nomen mutasse; Ritschelio ὑποκοριστικὸν videbatur, sed ὑποκορισμοῦ hic nulla causa est. — 550. *Qui*, Philolaches et Tranio, v. ad Amph. 959. — *neque ... neque* codd.; Both., cett. „nec ... nec“; non opus. — 551. Ubi Tranio danistam se conspexisse animadvertit, eum præoccupare studens antequam herum convenerit, obviam ei ire conatur; herus autem, quo abeat, quærit. *Quo te agis?* cf. 334. — „Ne quoquam“ Fleckeis. Philol. II p. 85, quasi „nusquam“, forma aliunde non nota. Aptius etiam Tranio diceret, se non longe abire, sed illo homine, qui adveniat, sibi convento opus esse. Itaque scripsi *Eccum, quo abeo*. Reliqua

Tranio secum loquitur. — 552. *Scelestus*, infelix, v. ad Asin. 473. — *deis* v. *dis* em. Pius. — 553. *illo*, Theopropide, *praesente adibat*, sc. me. — *homo* om. Herm., R., non opus. — 555. *occupabo adire*, *φθήσομαι προσιών*, cf. Poen. 317. Rud. 247. Stich. 92. Liv. I, 14, 4. al. Reliqua em. ed. pr. — 556. Tranionis nomen suo loco posuit Camer. Ne hiatus in cæsura sit, Muell., Bugg. „Hic" add. — *frustra est*, fallitur, cf. Amph. 967. — 557. *Misargyrides* em. Gulielm. ex Donat. ad Ter. Ad. I. 1, 1, v. supra p. 300. — *Salue et tu*. Plerumque dicitur „Et tu salue", ut Mil. 1308. Poen. 1073. Rud. 413 aut „Et tu bene uale" aut omisso verbo „Et tu", v. ad Aul. 169. Sed nihil impedit quo minus et hoc ordine dicatur, nec cum Ritschelio ceterisque Lachmannum sequor „Salueto" scribentem; quod enim V. D. ad Lucretium p. 389 affirmat apud antiquiores scriptores „et" pro „etiam" non inveniri, ambiguum forsitan de iis, quos affert, locis iudicium esse possit; sed quid faciemus Men. 1088? „Patrem fuisse Moschum tibi ais? ⌗ Ita uero. ⌗ Et mihi". — *Quid* olim. em. — 559. Primo aduentu, inquit, me aggressus es. Lor. confert Poen. 918: „Satine, priusquam unum est iniectum telum, iam instat alterum?" — 560. Verborum ordinem post Pyladem restituit R. *ariolus*, qui vera divinat, v. ad Asin. 313. Poen. 790. Rud. 324. 345. Casin. 335. — 561. *tricas*, v. ad Curc. 613. — *Quin*, cf. Casin. 582 sqq. — 563. *Magis* ed. pr. Lacunas huius et proximorum versuum post ed. pr. suppleruNt Camer. et R. — 566. *clamo*, v. 578. — 567. *Quid*, qua in re? — 568. *Abeam?* v. ad Amph. 741. — *huc* ed. pr; *meridiem* item, et „M in fine versus apparuit in A" (R). — 569. „nunc" versus causa Both. om.; R.: „Reddetur tibi", Muell., Bugg. „iam abi", ego *tu abi*; Brix. Ann. phil. CXXXI p. 199: „Reddet". — 570. *operam sumam aut conteram*, recursando; cf. Ter. Heaut. 693: „Frustra operam, opinor, sumo". Phorm. 209: „Quid hic conterimus operam frustra?" — 572. *uerum hercle dico*, fænus tibi redditum iri, si circa meridiem reverteris. *abi domum* A; v. Studem. Stud. I p. 50. Gepp.: „abi modo domum". R.: „abi abi domum" aut „modo". — 573. Initium versus Gepp. legit in A (Ueber den Codex Ambrosianus p. 50 et 33); sic supplere conatur: „Ait hic tibi sortem totam numeraturum erus".

— 575. *Eu hercle*, v. ad 331. R. cum Schneidero Gr. lat. I p. 110 „Heu“, vix recte. *ne* additur etiam Rud. 810. „Eu hercle ne istic fana mutantur cito“. Fleckeis., R., Bugg. „nunc“. — 576—78 Buggius Ritschelio duce (præf. p. XII) ante v. 599 posuit; mihi nihil mutandum videtur, et consentit etiam cum ceteris A, in quo *illum* lectum est. Danista moræ impatiens, ut solebant creditores, Philolachetis nomen clamore et convicio nominat, vel, ut olim dicebant, portæ obvagulatur, v. ad Curc. 678. Factum hoc esse apparet ex 606; sed ipsa clamatio excidit. R. post v. 576 tale quid scriptum fuisse suspicatur: „Heus, Philolaches, exi intus, faenus reddito“. — 578. *Meum puto* danistæ tribuenda esse vidit Cam. — 581. *hoc verbo*, argento. *eripis* A. — 582. *Sortem accipe*. Dicis causa, quasi pecuniæ copia adsit, sortem se redditurum promittit, quam fæneratorem accipere nolle novit, v. 524. Iam vero, quum flagitationem danistæ Theopropidi rem aperuisse videt, et ipse magna voce loquitur. — 583. *Quid ais tu, omnium hominum* A cum hiatu post „tu“ et ante „hominum“, v. Proleg. p. 221. R. „tu? tun', hominum omnium“; Spengel. cum Bergkio „homonum omnium“; Bugg. „o tu hominum omnium“; Muell. „tu, quantumst hominum homo“. Si quid addendum esset, facillimum foret „omnium homo hominum“. — 584. *te extentatum* etiam in A legit Gepp., cf. Bacch 583. — *quod in manu est*, quod in tua potestate est, cf. ad Amph. 560. add. Merc. 446. Trin. 105. — 585. *Ne frit quidem* Ellis. ap. Sonnensch., v. Varr. R. R. I, 48, 3: „Illud summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, vocatur frit.“ Superiores Acidalio duce: „Ne γρῦ quidem“. — 586 sqq. Lacunarum supplementa, quæ superiores tentaverant, iam afferre supervacaneum est, postquam Ambrosiani palimpsesti auxilio omnia felicissime restituit Studemundus, Festgruss der philol. Gesellsch. zu Würzburg 1868, p. 61 sq. Is autem i A hæc fere legit:

FERREHINCPO . . SANMETUISNQUOABEATFORAS
URB . . XOLATUMFAENORISCAUSATUI
CUIOR . . MAC . . . ERE . . MLICEB . . . QUINNONPETO
SORTEMILLUCPRIMUMFAENUSR . . DUNDUME . TMIHI.

588. *licet* pro „licebit“ versu cogente Studem. — 589. ad *illuc*

per appositionem additur *faenus*. — 594. *Daturin faenus* repetitur; R. „daturne faenus?" *mihi*, quamvis etiam A habeat, versus non patitur. — 595. *quidquam* emendavi. — 596. Ex corrupta codicum scriptura Camer. „Ueterator" effecerat, melius Seyffert. Philol. XXV p. 453 „Ultro te!" Sed Studemund, quum in A legisset UNO . . (Schwarzm. UETOTE) emendavit *Unose* (Festgruss p. 65) ex Nonio p. 183: „Unose, simul. Pacuvius Iliona: „Occidisti, ut multa paucis uerba unose obnuntiem". Significat autem eam in hoc uno morari. — *neque*, v. ad Asin. 697. — *beluam* olim em. — *quemquam*, cf. Cist. 64: „quisquam alia mulier". Rud. 403: „anum quemquam". Mil. 1054: „quemquam porculeam".

599 em. Pius. Illud unum addendum, non danistæ hunc versum esse, sed Theopropidis. Is, quum convicium audit, timere incipit. Rem talem esse dicit, quæ quamvis longe absit, urat; de *etsi* v. ad Capt. 222. — 600. Senex eos adit. *illuc* A. — 602. Prius *et* R. delevit, quod oratio vix patitur; positio neglecta est. Cf. Muell. Pros. p. 309 — 603. *inconciliare*, vexare, v. ad Bacch. 549. *postules*, cf. 253. — 604. *Quin feram*, enarrant: „Ego vero accipere paratus sum", quod sic dici vix potest. Dici debebat aut „Auferam", aut „Quin tu fers?" cf. Cas. 717. — 605. *Quid ais tu?* i. e. audi, Tranio, v. ad Amph. 414. — 606. *meum* Cam. add. — 608 sq. *iube* ed. pr. *te* add. Pylades. *Obtrudi* idem. R.: „obici Iube huic". Muell., Bugg. „iube Obicere". — 610. *Iubeam?* dicitur ut 568 „Abeam"; sed sententia non absoluta obiectum abest. R. licentius: „Quid iubeam? TR. Huic homini". *Iube homini* Pylad. *argento os uerberarier* Pius. — 611. *perpetior* ultima producta, v. Proleg. p. 195. — 612—15 Hos versus suo loco reddidit Ritsch., quum librarius omissos tribus versibus post scripsisset. Bothius ultimum intellexerat versui 616 anteponi debere. — *videturne* Camer. em. — 613. *qui* ed. pr. — 614. Deest aliquid. R. Bothium secutus: „Non ego nunc istuc"; ego cum Buggio Muellerum secutus sum. Leo p. 12: „Non ego istunc curo, qui sit, quid sit, unde sit". — 615. *ex te* addit Below de hiatu p. 41. R.: „mi actutum dici"; Muell. „Sed id uolo". — 616. *Aes* pro „est" Brix. Ann. phil. CXXXI p. 194. Superiores vocem dele-

bent alii versus causa addita. — 617. Pro *quasi* Servius „centum" legerat locis ad 631 laudatis. — 618. *id*, v. ad Bacch. 1026. Personarum nomina a librario permutata sunt. *Paulum id quidemst* Theopropides dicit ironice. Acidalius, ut hic versus cum proximo (612) conveniret, duas versus partes permutavit: „TH. Paulum id quidem est. DA. Ne sane id multum censeas". Secutus est R. — „Mihi Freundius in lex. ait hoc loco *faenus* sortem significare, id quod numquam fieri potest; apud Plin. H. N. II, 63, 155 scribendum est „crediti faenus". — 619. *Adeo*, v. ad Amph. 671. *creditum* ed. pr. Mutato ordine „faenus creditum argenti" R., quo facto versus in diiambum non exit. — Sequitur in codd. versus 638: *Quattuor quadraginta illi debentur minae* (C. immo), qui quum per se nihil offensionis habeat, tamen parum veri simile est Plautum eundem versum repetisse, et intervallum computanti vix dubium esse potest, quin hic primus versus fuerit paginæ alteræ, quem librarius quum male anticipasset, errorem statim animadvertit, ut supra post 402. Ritschelius maluit vv. 638—40 huc retrahere. — 620. *dare*, me daturum, v. ad Asin. 439. — 626. *Patrissat* Camer. em., i. e. patrem æmulatur, cf. Pseud. 442. Ter. Ad. 564: „Laudo; Ctesipho, patrissas". Græca vox, v. Priscian. I p. 252. Polluc. III, 10: *πατριάζειν τι ἔλεγον Ἀθηναῖοι τὸ πράττειν τι ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν* Formatum ut „cyathisso" Men. 301. — *uortitur*, versatur, cf. Merc. 121: „res in periclo uortitur". Hæc senex secum; deinde sermonem cum servo persequitur. — 627. *quoiusmodi*, quam præclaræ. — 629. *Nam* interrogantis est. Tranionis nomen add. ed. pr. „*Speculo claras*" ait Turnebus. „ita claras tamque polita et nitida facie, ut cum æquore et planicie speculi possint comparari vel ut loco speculi esse possint". Si scriptura sana est, *speculo* dativum esse crediderim, ut „argentum faenori" v. 521. Ellis. „speculiclaras" coni. Ritschelius ablativum comparationis esse arbitratus excidisse quædam statuit, velut:

TH. Nam quid ita? [TR. Cor tibi exsultaturum arbitror:
Magis hercle] speculo claras cett.

Mox Camer. „clarorem", ignota voce; probabilius Spengel. Plaut. p. 48 *candorem*, cf. Men. 181. — 630. *quanti destinat?* quan-

tum emptionis pretium est? cf. infra 957. Epid. 186 al. — 631. *talentis magnis*, v. ad Aul. 301. Propter hoc voc. Servius ad Æn. V, 112 et IX, 263 huius versus meminit. — 633. *Hinc* Pylades em., i. e. ab danista. *ei*, qui vendidit, quod facile intelligitur nec a vulgari sermone abhorret, cf. ad Capt. 223. Ritsch. tamen, ut haberet, quo referretur, ante hunc versum talem fere excidisse putabat: „Ne ille illis redhibere animum forte induceret". — 634—35. Hos versus, quum sententiarum nexum male interrumpere viderentur, Ritschelius post v. 626 posuit; sed ante 627 nihil omnino desideratur. — *ita erant* Cam. — 636. Danistæ nomen Pylades addidit. *moridies* Sarac.; cf. 568. — 637. *Absolue*, cf. ad Aul. 509. — *uomitu* Both. em. — 638—40. Hos tres versus, ut iam diximus, Ritsch. post v. 619 posuit. Sed quid aptius est quam ut hoc loco, ubi res ad finem perducitur, totius summæ ratio afferatur? *Quattuor quadraginta* cet. Decima sortis pars pro usura solvenda erat, τόκος ἐπιδέκατος. v. Herm. Griech. Privatalterth. 49, 4. — 640 *Celum quidem* cet.; nam qui plus, quam debitum erat, petierat, causa cadebat, vid. Cic. Orat. I, 36, 167. p. Rosc. Com. 4, 10. al. Hunc versum cod. B seni (id est enim S) tribuit; editores viderunt Tranionis esse, proximum autem Theopropidis. — 643, idem versus legitur Ter. Phorm. 976. *Malum quod*, mali aliquid, cf. Amph. 559. Pseud. 1132. In A QUAD lectum est, v. Gepp. Stud. II p. 77. — *di deaeque* ed. pr. — 644. *paenissume* cf. Aul. 458, restitutum ex Priscian. III p. 608 et XV p. 1008: „peruortit paenissume". — 646. *minus bono cum iure*, minus iustum, cf. Lucret. I, 347: „esse raro cum corpore". 755: „esse mortali cum corpore", et ad h. l. Munro. — *danisticum*, danistarum.

648. *Ecce autem perii*, cf. 663. — 649. Hinc usque ad finem scenae pro TR. Ritsch. animadvertit prope constanter scribi SI, i. e. SERUOS. — *quid*, v. ad Amph. 360. — 650. *comminiscere*, recordare, in memoriam revoca, cf. 655. Truculent. 726 „conmentari". — 651. „mendacium" R. intellexit errore ex v. 653 irrepsisse; supplementum, quod substituit, retinui. — 652. *Eas*. R.: „Eius", non opus, v. ad 633. — 653. „*Callidum*, non diu cogitatum, sed extempore natum, θερμόν" Lamb., cf.

Epid. 141. Mil. 228: „cedo calidum consilium cito". — 654. „Quidquid dei dicunt" nihil est nec id dicit, quod vult Boxhorn., „Quidquid extempore et quasi deorum instinctu dubitanti suggeritur". Verius R. in annotatione: *dehinc fiet*, idque propius a codd. abest, quam quod in textu posuit: „Quidquid dehinc dicam, nunc id certumst dicere". *decretum* C habet. — 656. ***istunc*** **ed. pr. Maledixit ei, cuius nomen oblitus est; sed** secum hero maledicere mavult. — 657. *Bonan fide*, sc. hoc mihi dicis? serione? non me ludis? Servus vero scurriliter in aliam sententiam accipit, quasi „emit" audiendum esset, ac de fide emptoris ageretur. — 658. *Si quidem tu argentum reddi-* ***turus*** **A teste Gepp. Stud. II p. 78. —** ***tum*** **post „si", cf. ad** Truc. 200. Men. 369. Pseud. 909. 914. 954. Poen. 487. 1279. Stich. 755. — 660. „Non" corruptum est. Inde a principio, ut ostendit interrogatio „Bonan fide?", emptum seni vehementer placuit. Accedit quod „non perbono" vix recte dicitur; dicitur „non bono, non satis aut admodum bono". Madvigius igitur scribebat: „Bono in loco emit. TR. Perbono; immo optumo". Sed *Immo* Tranionis orationem ordiri debet; ego *Sane* scripsi. **—** ***Immo optumo*****, hiatus, cf. Prol. p. 220. R. „in" addit,** quod in A sibi legere visus erat, sed falso, v. Gepp. Stud. II p. 6. — 662. Post *aliquem* hiatus in cæsura; Fleckeis., R. „huc" addunt. *ad te Tranio*, quod inde a Pio editur, in A legit R.; Mueller. p. 499 dubitat; saltem „ad nos" postulat. — 663. *perii*, quod R. edidit, in A legit Geppert. Stud. II p. 76. Si „interii" fuisset, facilius intelligeretur ceterorum codicum corruptela „iterum". — 664. Imago frequens, cf. Merc. 195. Ter. Phorm. 689. Fragm. apud Cic. Orat. III, 41, 166 (Ribbeck. Fr. trag. p. 255 ed. 2): „neque me patiar Iterum ad unum scopulum ut olim classem Achiuom offendere". *unum* idem esse videtur, v. ad Capt. 487. — 665 optime abesse potuit. *reperio*, ut Camer., A. — 666. *ocius* A. — 669. *oras*, loqueris, v. ad Capt. 332. — Hiatus ante *et* vix ferri potest; **Guiet. „ergo" addit; R.: „i. percontare". — 671 sqq. Hæc** Tranio secum, dum ad ianuam Simonis accedit Theopropide in altera proscenii parte relicto. *Di te*, ut D, etiam A. — 672. *male*, in A legit Schwarzm. Et hic et in proximo v. hiatur

in cæsura; R „tu" et „huc" addit. — 673. *Euge*, Camerarii coniecturam confirmat A. — 674. *ipsus*; „laetus" in A legit Gepp. Stud. II p. 78. — 675. *senatum consili*, cf. Epid. 161: „senatum consiliarium", v. ad Aul. 541. — 676 *Igitur tum*, cf. 128.

677—703. Simo exit secumque loquitur creticis numeris, Tranio ab altera parte auscultans iisdem numeris interloquitur. Plerique versus compositi sunt ex duobus creticis et tripodia trochaica catalectica, 677—79, 681—82, 685—88, 691—92, 694—99, 701. Interponuntur trimetri cretici una syllaba aucti, quos supra p. 323 commemoravimus, 680, 683—84, 689—90, 693, et tetrametri cretici, 700, 702—3.

Simo uxorem, quam dotis causa duxerat, aufugiendo se frustratum esse lætatur, quamquam toto anno non melius prandium sibi dederit. *Melius mihi fuit*, v. ad Capt. 841. — 678 ex A restituit R.; *esca* iam ed. pr., *iuuerit* Acidalius invenerit. *quod* et A et cett., i. e. qua occasione; exspectabatur aut „ut" aut „quom", ut 154. Lorenz. comparat „nihil est quod". — 679. *Prandium* A, ut iam ed. pr. — 680. *me ire* A. — 681. *Non . . . forte*: „Non temere et casu id fieri ilico in mentem venit, cum lautius cotidiano prandium apponi mihi viderem" Gulielmus; cf. Ter. Phorm. 757: „Quam saepe forte temere Eueniunt quae non audeas optare!" De omisso infinitivo „esse" cf. ad Asin. 67. *uisum fuit*, v. ad Amph. 183. — 682. *quom* Gulielm. em.; „quam" etiam in A lectum est. — *solet* A. — 684. „bonum" A, quod retinere ausus non sum. — 685. *edidi*, in quo A cum ceteris consentit, defendit Buggius Philol. XXX p. 641. Ritsch. cum Gulielmo: „dedi", cf. Enn. apud Cic. Divin. I, 48: „candida se radiis dedit icta foras lux". — 686. *turget*, ira, cf. Cas. 304. — „nunc" om. A., R. — 688 ex A restituit R.; *ei* haud facile abesse potest. Corruptela ceterorum codicum unde orta sit, non intelligo. Ad rem cf. Asin. 928. — 689. *Quom . . . cogito* v. ad Capt. 51. „quo" ed. Pius, cf. Ter. Eun. 507: „Profecto quanto magis magisque cogito, dabit hæc Thais mihi magnum malum". — *cum meo animo*, v. ad Aul. 707. — 690—92 integros præbet A; ceterorum codicum archetypus lacuna laboravit etiam proximam paginam vitianti, v. 711—13.

Post *anum* hiatus est, cuius vitandi causa R. „homo" addebat, Spengelius de versu cretico p. 37 et Bug.: „atque eam anum", Speng. Reformv. p. 88: „habet uxorem atque anum". — 691. Pro *Neminem* Ritsch.: „Eum hominem". Sed „Si quis habet, neminem" pro „neminem, qui habet" vix durius dicitur quam Capt. 88 sqq. al.; *sollicitat* autem de invitatione iucunda ponitur Lucret. IV, 1196: „sollicitat spatium decurrere amoris". Plin. Ep. VI, 14: „Sollicitas me in Formianum". id. III, 19, 1: „In his me multa sollicitant, aliqua nec minora deterrent. Sollicitat primum cet". — 692. *uluti* Ritsch. scripsit; Muell. „odiosumst" maluit; Speng.: „itast odio ut nunc mihi". — 693. cf. Mer. 922 sq. „Certum exsequist, Operam ut sumam ad peruestigandum, ubi sit illaec". — 695. Spectatores alloquitur ut 274. *ut moribus sient*, i. e. ut moratæ, qualibus moribus; *ut*, aduerbium pro adiectivo, v. ad Amph. 571. — 696 sq. Post *Uostrae* hiatus, cf. Proleg. p. 220. Ritsch. „at" add. — *habet* Hermannus et R., fortasse recte. Sed infinitivus *fore* non habet unde pendeat. Ego *arbitror* omissum putavi. Madvigius Adv. II p. 11 coni.: „quamquam me habeat male": unde Spengel.: „ab hac sat scio, quamquam habet male, Peius posthac fore". — 698. „Si abitus" Camer.; *abitus si* Speng.; sed versus longior; si tollitur aut „tuus" aut „senex", ceteris similis fit. — 699. *ullum* A, ut iam ed. pr., cf. Asin. 793. — 700. *merito* abundat Plautino more, cf. ad Amph. 651. al. — 701. *adloqui mihi* A, ut iam Camer. — 702. *Hoc habet*, i. e. vulnus accepit; quasi victor triumphat. Sic enim gladiatores aliique, qui letale vulnus acceperant, habere dicebantur, vid. comment. ad Verg. Æn. XII, 296: „Hoc habet; hæc melior magnis data victima divis". cf. Rud. 1130: „Hoc habet; solutust". Ter. Andr. 82: „Certe captus est; habet". — *ducerem*, deciperem, cf. Ter. Andr. 644: „Etiam nunc me ducere istis dictis postulas?" Phorm. 500. al. — 703. *Quo* ed. pr. *dolo* . . *dolorem*, parechesis quæsita, ut sæpe.

704—31. Continuatur canticum numeris, ut videtur, magis variis, sed propter lacunas magnam partem incertis. 704 dimeter creticus cum trip. troch cat. 705—6 tetrametri cretici. 707 sq. tetrameter creticus cum duobus trochæis. 709—10 tetrametri

cretici. 711 constat ex trochaico dimetro catalectico repetito. 712—13 tetrametri cretici (?). 714 septenarius trochaicus. 711 septenarius trochaicus. 715—16 tetrametri cretici. 717 trimeter trochaicus catal. 718 dimeter creticus cum dipodia trochaica. 719 semiquinarius trochaicus cum dimetro cretico. 720—22 tetrametri cretici. 723 septenarius trochaicus. 724 tetrameter creticus. 725 dimeter creticus cum tripodia trochaica catalectica. 726 septenarius trochaicus. 727—30 iambici octonarii. **731 septenarius iambicus.**

705. Hiatus in diæresi post secundum creticum. — 706. *Quid agis?* De universa eius valetudine quærit; servus respondet quasi de huius momenti actu quæsisset, cf. Men. 140. *teneo*; nam manus inter se dederunt, nec Atheniensem civem dedecebat amice et familiariter cum servo colloqui, cf. Demosth. Phil. 3, 3: *πολλοὺς ἂν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ὑμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ τι βούλονται λέγοντας ἢ πολίτας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων.* Plut. de garrulitate 18: *ὁ Ἀττικὸς (δοῦλος) ἐρεῖ τῷ δεσπότῃ σκάπτων, ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις.* — 707 sq. Versus discripsi, ut in A esse dicit Geppert. Stud. II p. 70; sed quæ edidi, uno versu comprehendere malim. „habeo“ delendum esse omnes edd. viderunt; etiam „te“ male abundat. *ego* addidit ed. pr., *at* Cam., R. „At hercle“. Vv. 706—8 Speng. Ref. p. 132 anapæsticos facit. — 709. Cam. ed. „Eia . . . redi. TR. Iam“; sed „Eia“ admirantis est, non vocantis, v. ad Epid. 263. Itaque cum C *Etiam* scribendum, et deinde *redis?* cf. ad Asin. 670 et 707. — *isti* R. Theopropides impatiens servum ad se revocat; is respondet se actutum venturum. Parum opportuno loco hic versus editoribus positus visus est; Camer. post 588 posuit, R. post 726; verum neutri loco melius quam nostro convenit. — 710 sqq. Simo quærit de rebus Philolachetis; nam tanta luxuria assiduisque conviviis rem familiarem brevi absumptum iri suspicatur. Sententias suas abrumpit, inceptas satis intelligi posse arbitratus. *Quid nunc?* cf. 665. Cic. in Pison. 30, 73, ubi necessario interpungendum: „Quid nunc? te, asine cet.“. *hic* hoc versu A. — **711 ex A restitutus**, v. Gepp. p. 70, qui „scis, ibi quid solet fieri?“ scribebat; unde ego: *Scis* (aut *Scin) tu, ibi.* — „loquar“ abest ab A.

— 712 sq. lacunas supplere conatus sum. — 713. „simul“ quod etiam in B supra scriptum est, cum Ritschelio delevi. — 714. *Ehem* interiectio extra numeros est, nisi forte antecedentis versus est. Festus p. 305, ut probet *super* etiam pro „de“ poni, affert Mil 1205 et deinde: „in Phasmate: „Ehem vix tandem percipio super rebus nostris loqui te“. — 715. *Musice*, eleganter, *μουσικῶς*. Lorenz. confert ex Fragm. Com. Græc. Mein. IV p 583: *ἄγων σκευάσματα μουσικῶς*. p. 494: *ἅλας δοὺς μουσικῶς*. p. 541: *οἷον δ' ἐπιθυμεῖ ζωμάριον, ὡς μουσικόν*. Itaque hæc quoque iungendum: „Musice aetatem agitis uino et uictu“, nec opus est transpositione Gulielmi: „uictu probo. piscatu“. — 716. *piscatu*, cf. 64. *electili* hoc uno loco legitur. — 717. *immo uita* ed. pr. — 718. *omnia* Pylade duce Camerarius. — 719. „Ita hic“ Herm., R., ut tetrameter fieret; Speng.: „Itast“. Proximi versus in B turbati sunt. Ex v. 721 *processerunt* et ex 722 *nos* in antecedentes transferuntur. 723 in *nauem* terminatur, proximi in *pessumo*, in *terra*, in *quia*, ut uno versu plus fiat. Versus ordinavit R. — 720. *Non taces?* v. ad Amph. 693. *prospere* codd. recte; Usener, Ind. Gryphisw. 1866 p. 16 temere „pro spere“ coni. — 723. *ita*. Sententiæ supplendæ causa audiatur „periimus“. — *nostram* add. R. — 724. *Quaene* Pylades em., v. ad Amph. 690. — *in terra*. Pylades. R., cett. „in terram“, quod vix necessarium est, cf. Liv. XLII, 27, 1: „quinqueremibus in navalibus Romæ subductis“. Madv. ad Cic. Fin. p. 774 [3]. — 726. *trabem* Speng. ex em. Lorenzii, qui „trabes“ ed. In priore ed. cum Acidalio scribebam: „nostram ui quae frangat ratem“. — *uenit, quae frangat*, v. ad Amph. 192. — 727. „Uelim ut tu uelles“ nihil est. Post Bothium editur „Uellem ut tu uelles“. Lorenz. confert Senec. Ep. 67, 13: „uellem quæ uelles“, quod nec idem est nec sententiam præbet huic loco convenientem. Melius Spengel.: *Uelim ut tu ueinas*, ut respondeat voci „occidi“ v. 725. — Mox *Sed quid est* ed. pr., Sp.: „Sed quid negotist? — *Eloquar* ed. pr. — 728. Lacunam supplevi, ut C pro P scriptum putarim. R. Camerarium secutus: „Tunc tibi actutum chorda tenditur“. — 729. *ferriterium*, cf. 348. Ter. Andr. 199: „Verberibus caesum te in pistrinum, Daue, dedam usque ad necem“. Hic quoque tertium

illud, necem. Tranioni promitti intellexit Camer., quum suppleret : „Postea in crucem recta". Ritsch. „postea — TR. Pol per tua te genua" cum aposiopesi; sed simplicius additur *crux*. — 730. *sciet* olim emendatum.

732. Senariis reliqua scenæ pars scripta est. Post v. 732 intercidisse aliquid putabat Ritschelius „quia talis coepti sermonis interpellatio minime Plautina sit"; in quo fallitur. cf. ad Asin. 347, et vulgata illa „Quid hoc, quod te rogo?" Pseud. 479. Trucul. 270: „Quid hoc, quod ad te uenio?" Curc. 456. — 734. *quid*, indefinitum v. ad Bacch. 271. Epid. 323. Men. 832. — 735. *Nihil quidquam*, v. ad Asin. 145. Hæc verba C, quum in exitu versus caderent, errore in proximi versus exitum post „quam" transtulit. — SI. *Num quid*, ed. pr. — 736. *liquidus* Cam., cf. Epid. 641. Pseud. 233: „liquido es animo". Mil. 666: „liquidiusculusque ero, quam uentus est Fauonius". Pers. 604: „liquidum auspicium". Catul. 63, 46: „liquida mente". — 737. *orare*, sc. me, v. ad Amph. 22. — 738. *hasce* codd., etiam B, v. Studem. Ann. phil. CXIII p. 66. — 740. *Gynaeceum*, cf. 744. Satis constat, apud Græcos mulieres a viris secretas versari solitas esse in interiore parte ædium, quæ *γυναικωνῖτις* appellatur, ut Cornelii Nepotis verbis utar Præf. 7, cf. Xenoph. Oecon. 9, 5. al. Hanc interdum superiorem ædium partem fuisse, vel ex Lysiæ or. 1, 9 notum est, sed ubi libere explicari poterant ædificia, potius interior aut posterior ædium pars erat. Tale exemplum Pompeiis esse videtur in domo, quæ vocatur Sallustii s. Actæonis. — 741. *balineas*. De hac pluralis forma v. Varr. L. L. IX, 68. Apud Græcos autem iam pridem in privatis ædibus non ut apud antiquos Romanos unum balneum sive lavatrina erat, sed bina aut terna coniuncta cubicula lavationi destinata, qualia sæpius Pompeiis visuntur. Ibidem *ambulacri* sive ambulationis cum *porticu* multa exempla sunt. — 742. *somni* em. Mueller.; consomniare nihil est. — 743. *quantum potest*, v. ad Amph. 964. — 744. *gynaeceum* correpta pænultima, v. præf. vol. II p. XI; add. „conopium" Hor. Epod. 9, 16. — 745. *Nam*, v. ad Amph. 104. Scripturas codicum hoc et proximo versu accuratissime indicavit Studemund. Annal. phil. CXIII p. 65, quo duce in altero versu scripsi *exaedificatus*

insanum bene, v. ad Bacch. 757. infra 891. — *architectonem*, cf. Poen. 1108. Senec. Ep. 90, 9. — 747. *neuis*, v. ad 107. — 748—50. Lacunis auxilii aliquid affert A, modo de scriptura eius constaret. In primo R. legit NAMILLEEOMALUMHINCO-PERE unde Simoni hæc tribuens efficit: „Ne ille ex malo malum hinc opere exemplum petit“. Immo Tranionis verba continuantur, ut significant codices; in lacuna ex A *hinc* scribendum; antecedentia vix recte lecta sunt; *malo*. est *maiore*; cf. Cat. apud Gell. VI, 3, 14: „Quo maiore opere dico suadeoque“. *hinc ex te*, i. e. ex tuis ædibus. In 749 R legerat QUI AESTAUDITUMESSEAESTATEIBIDEMUICTUMPERBONUM (punctis dubias litteras significavit), unde efficit: „TR Quin aestu audiuit esse ibi uictum perbonum“. Bugg.: „Quia uictum audiuit esse aestate ibi perbonum“; Geppert autem Stud. II p. 71 affirmat principium versus esse QUIAISTEUIDIT, unde efficit: „Quia istic uidit esse aestatem perbonam“; verum Theopropides nihil vidit. Equidem a certis codicum reliquiis discedere nolui. — 750. R. in A legit: TESUBSOLECOLUMEMUSQUEPERPETUUMDIEM; edidit autem: „Sub diu colere te usque perpetuom diem“; Bugg.: „Sub diu coli uitam usque cet.“ *sub sole* R. ait explicationem esse verborum „sub diu“, quod mihi contra videtur. Illud rectius dicitur; nam *sub diu* (i. e. sub divo, v. Lachm. ad Lucret. IV, 211) æstivo tempore totum diem agere in illis terris nemo potest; *sub sole* omnes vivunt, ut Æthiopes apud Philostr. Ap. Tyan. VI init. ὑφ' ἡλίῳ. Itaque laudatur ædes, quæ quamvis sole ardente, quum umbram sufficientem præbeat, incolumes homines præstet. Tenenda est igitur palimpsesti scriptura. *columem* est incolumem, quod formatur ut incurvus, incanus, incupidus. Testantur glossaria antiqua, idemque Trin. 745 scriptum fuisse videtur, v. Loewe Act. societ. philol. Lips. II p. 466. Hiatur in cæsura. — 752. *usque a manist* A teste Gepp. p. 76. „a mani ad uesperum“ affert Servius ad Æn. V, 19. Cf. ad Amph. 249. — 753. *flagitator*, creditor debitum postulans, v. Casin. 24. — *usque*, semper, v. 440. Ter. Eun. 220. al. — 754. *est* et ante *usquam* et post lectum est in A. — 755. Scurrili ioco Tranio *umbram* quasi mulierem ex Umbria capit eique opponit *Sarsinatem*. Sarsina autem,

unde Plautus oriundus erat, quum et ipsa Umbriæ oppidum dicatur apud Strabonem (V, 2. 10) et Plinium (H. N. III. § 114), tamen non iniuria a ceteris Umbris discernitur; nam etiam Polybius II. 24. 7 quasi vicinos iungit *τοὺς τὰ Ἀπέννινα κατοικοῦντας Ὄμβρους καὶ Σαρσινάτους.* — *aequa est*, ut ed. pr., etiam A. — 758. *de exemplo meo*, cf. Mil. 1024: „de meis uenator uerbis". — 759. *Eon? uoco?* notus præsentis temporis usus, v. Madv. Opusc. II p. 40. cf. Epid. 145. Ter. Eun. 814. Acidalius, quo accuratius conveniret responsio, scripsit: „I, uoca". **Verbum „uoca" C in fine proximi versus posuit.**

760. A Simone discedens Tranio res se gessisse gloriatur cum Alexandri magni et Agathoclis rebus comparandas. Agathoclis similis laus est Pseud. 533. — 761. *Duo*, cf. Epid. 624. — *Quid mihi fiet?* qua laude me extollent? — 762. *solus*, sine exercitu. — 763. Prius *hic* a codd. abest; add. B sec. man. Senes stupidos fraudem suam non animadvertentes cum iumentis comparat, quibus onera imponuntur, cf. 421 et Bacch. 346. Se autem *mulioni* adsimulat sarcinas imponenti, cf. Catul. 83, 3: „Mule, nihil sentis". Sæpius etiam asinus sic dicitur. — *autem*, ex altera parte, cf. ad Aulul. 30. — 766. *habeo homines*, et A et cett. cum hiatu in cæsura. R. cum Pylade „homines habeo". — 767. *magni oneris* sunt, qui multum ferre valent, cf. Hor. Sat. I, 1, 33: „magni formica laboris".

768—88. Colloquium Tranionis et Theopropidis canticum est creticis numeris compositum, cuius quum plerique versus sine dubio tetrametri bacchiaci sint, nonnulli aliter exeunt nec nisi emendatione facta tetrametri fient; 768, 775, 777 dimetrum bacchiacum tripodia iambica catalectica sequitur; 769 et 779 parum certi sunt. — 768 et 69 in A recte scripti sunt. In priore apparet librarios codicum B et C vel librarium archetypi male pro lacuna cepisse vitium aliquod membrani, nam nihil excidit; cf. 832. — *hauscio*, v. ad Bacch. 503. *hunc conloquar*, v. ad Amph. 335. — „congredibor" Weis. Fl. R., ut tetrameter integer sit. — 769. *Hem, quis* codd.; R. Ind. Bonn. 1856: „Hem, ecquis"; Bugg. „Heus, nam quis". — 770 ex A emendavit R. Idem postea in ind. schol. Bonn. 1856 coniecit: „Ero seruos multimodis qui fidus unust". Sed Studem.

Ind. Gryphisw. 1870—71 p. 14 affirmat in A legi *Unde is?* quod R. coniectura assecutus erat, quum UN legisset. — 771. *Quod*, ob quod, cf. 732 et ad Curc. 327. — 772. *illi* Both. — *destitisti*. Vulgo post Lambinum: „restitisti". Illud, quod et A et cett. habent, reduxit Bugg., cf. Men. 766 et 798. — 773. *erat otium* A; verbum ultimam producere videtur, v. Proleg. p. 196. — 774. *Antiquom optines* cet., antiquum morem tuum servas, ut Ter. Andr. 817. Hec. 860: „morem antiquom atque ingenium optines". ib. 858; cf. Pl. Merc. 538. — 775. *uerbum hoc* et A et cett. R. „hoc uerbum", ut tetrameter fiat. — 776. *Simul flare sorbereque*, proverbium de actionibus ita contrariis, ut simul fieri non possint. — 777. *simitu*, quod ex vestigiis palimpsesti divinaverat R., Gepp. ibi legit, Stud. II p. 76. V. ad Amph. 625. Versus causa Sp.: „haud potis sum". — 778. Ambrosiani scripturam indicat Gepp. Stud. p. 72, qui quod ipse vult: „TH. Quid nunc uis? TR. Age specta", illud herus interrogare non potuit; *vise* recte servarunt BC. *usque* habet A, i. e. quam diu voles, cf. 752. — 779. *Age duc me* et A et cett.; R., quo tetrameter fieret: „Age i. duce me". — *Num moror?* Cam. em., cf. 604. Pers. 461. — 780. *ipsus* A; *opperitur* idem. — 781. *ut* ex vestigiis A add. R., ac re vera legit Studem. Ann. philol. CXIII p. 65. *aedis* Mueller. add. — 783. Post *Haud* excidisse aliquid videtur. Ritsch. add. „hercle" aut „aequom"; melius Fleckeisen. „equidem"; ego „faciam". *opinor*, cf. Asin. 150. 317. ad Amph. 433. — 784. Proverbium alibi non inventum. Ramsay contulit Epid. 266: „Mihi istic nec seritur nec metitur". — *male emptae*, cf. 291. — 785. „*redhibere*" ait Ulpianus Dig. XXI, 1, 21 „est facere, ut rursus habeat venditor quod habuerit, et quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata quasi redditio". Cf. Cic. Off. III, 23, 91: „vitia, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure civili". Plaut. Merc. 413 de venditore: „Dixit se redhibere, si non placeat". — 787. Ritschelius supplevit: „Misericordia [stulta haut esse] hominem oportet". Sonnensch. „stultum", utique melius. Ego aliud tentavi. — 788. R. supplevit: „[TH. Immo tu] facis. TR. Subsequere". Cam.: „Morare hercle, [quom verba] facis", recte, nisi quod „quom" et versus et orationis

causa omitti debet, cf. Epid. 143: „Quid istic? Uerba facimus". Significantur autem mera verba, inutilia, sine re, cf. Ter. Phorm. 517: „Verba istaec sunt". Cic. in Pison. 27, 65: „Existimatio, dedecus, infamia, turpitudo verba sunt atque ineptiæ". Hor. Ep. I, 6, 31. — *Fiat*, v. ad Curc. 671.

789—841 septenarii trochaici. — *adduci hominem tibi* versus causa Ald. R. — R. cum Bothio totum versum Tranioni dederunt; Camerarius rectius priora seni, posteriora servo. *Do tibi ego operam* senex dicit, cf. ad Asin. 446. Capt. 6. Tum servus Theopropidi Simonem ostendit, Simoni Theopropidem. — *Em*, v. ad Amph. 771. — 791. Prima syllaba voci *iste* excidit in codd. R. cum Camer. „hic". Eodem auctore Bugg. „hasce uelle aibat". — 792. *est incommodum* Both., cett. — *I intro* per synaloephen pronuntiandum; alterum i sæpe excidit in codd., cf. Trucul. 174. 194. 326; 686, ubi ut Trin. 3 „lintro; 948 „in intro". — 793. *At enim mulieres*, de quibus locutus erat Tranio v. 667. Theopropidis autem, non Tranionis verba esse vidit R. ed. min. — *Caue flocci faxis*, noli flocci facere, cf. 795. 393. — 794. *oppido*, prorsus, cf. 132. — 795. *Tamquam* addi miratur Theopropides; „tuas" dici voluerat et nihil amplius. — Post *tu* hiatus; R. „id" addit, Fleckeis. „illic". — 796. R.: „Non uides tu hunc uoltu uti tristist senex"; ego cum Fleckeis. *sit* correxi; Vahlen. Herm. XVII p. 598: „uoltu ut est tristi". — 798. Hiatus causa R. „emisse has"; Muell. „Euge intelligo"; ego cum Bothio et Bergkio *ted*. — 799 em. ed. pr., cuius scripturam Bugg. reduxit; R. cum correctore cod. B et vulg. „et te esse humano ingenio existumo", male; Theopropides non servi humanitatem laudat, sed humani ingenii esse dicit ægritudini hominis parcere. — 800. Tranionis notam omnes edd. delerunt, sed non animadverterunt etiam Simonis nomen pravo loco positum esse; ego toti versui præfixi. — *Quin tu is intro? atque perspecta*. Ed. pr.: „perspectas", R.: „Quin tu i intro: otiose perspecta aedis". Sed minime inusitata est hæc modi mutatio, v. ad Asin. 697. — 801. *benigneque* Cam. Qui hunc versum in codd. sequuntur duo versus, maximam partem repetuntur infra 830 sq., nec dubitari potest, quin ibi suo loco legantur. Hic vero priori versui novum principium

additum est et non nulla in brevius contracta. Apparet, quum librarius (non nostrorum codicum archetypi, sed antiquioris libri) male initium sequentis paginæ præcepisset (v. ad 619), grammaticum aliquem versum interpolasse, ut huic loco conveniret. 802. *Uiden* ultima non producta, cf. 814. Proleg. p. 203. R., cett.: „Uiden hoc ante aedis uestibulum". — *uestibulum*, ante ædes, v. Varr. L. L. VII, 81. Gell. XVI, 5, 3, et quæ exposui in actis societ. Dan. litt. 1875 p. 23. *ambulacrum* vix differt a vestibulo. *quoiusmodi*, sc. sit, cf. 627 et ad Amph. 569. Similiter in proximo versu interpunxi, non ut superiores ante „postes". — 805 sq. Simonis nomen add. ed. pr. — *Eo*, tali, sc. ut pulcherrimi esse debeant. — 806. Hiatum in diæresi non passus Muellerus „olim illi" scribebat, male. *Audin fuerant* ed. pr. Simo *empti fuerant* dixerat quotidiani sermonis negligentia pro „empti erant" aut „constabant" (v. ad Amph. 379 et 183). Hoc plusquamperfecto Tranio pro testimonio utitur, quasi ædes non esse suas sed fuisse diceret. — 808. *duobus* ed. pr. — *tris minas*; ingens sane pretium videtur. *uectura*, quod pro advehendis mercibus solvitur, v. Liv. XXX, 38, 5. Senec. Benef. VI, 15, 6. — 809. *Hercle qui*, v. ad Amph. 769. — *multum*, exspectabatur „multo", et sic editur inde a Lambino, sed cf. Ter. Eun. 131: „aliquantum auidior". Heaut. 201: „aliquantum iniquior". — *a primo*, a principio, v. Ter. Phorm. 604. 642. Madv. ad Cic. Fin. III, 9, 32. — 810. *Quapropter?* Tranioni hoc dedit Camer.; quod in B præscribitur, S ambiguum est; hic vero non servus sed Simo significari debet. Nisi senes hæc inter se collocuti essent, non fuit cur eos rideret Tranio, v. 814 sqq. — *tarmes secat* em. Scaliger, cf. Fest. Ep. p. 358; tarmes est enim teredo. Qui vitium animadvertit, ut vir peritus etiam causam vitii affert; nam prave Tranioni hunc versum tribuunt post Camerarium. Scilicet *intempestiuos*, non recto anni tempore, cæsos esse; nam tempestivum vel iustum arborum cædendarum tempus est hibernum a bruma ad favonium, v. Cat. R. R. 17. Colum. XI, 2, 11. Plin. H. N. XVI, § 188. Id. 189: „Robur vere cæsum teredinem sentit; bruma autem neque vitiatur neque pandatur". — 812. Hunc versum omnes cum superiore iungunt quasi ab eadem persona dictum; verum sententia priori

contraria est: quæ illic vituperantur, hic defenduntur. Est igitur responsio alterius personæ, et Simonis quidem, qui postes suos magno pretio emptos reiici ægre patitur. *Atqui* autem, non „Atque" scribendum esse, etiam Bugg. vidit, cf. 102. — *si sunt inducti*, si inducuntur. — 813. *pultifagus*, vox hybrida, cf. ad 348. In A Schwarzmannus „pultufagis" legerat permutatis vocalibus, unde Bugg. „pultufagus" ed. *Pultifagus opifex* Carthaginiensis est. Hos pulte vixisse novimus, quia Cato R. R. 85 pultis Punicæ rationem docet. Horum mercatores in Græciam et Italiam materiam et cæsam et fabrorum tignariorum arte dolatam vehebant; fenestras Punicanas Varro R. R. III, 7, 3, lectos Punicanos Cicero aliique commemorant, coagmenta autem Punica Cat. R. R. 18. Quod quum iam Scaliger docuisset, Salmasius hic ut sæpius erroris auctor factus est per sæcula propagati; Romanum enim intelligendum esse censuit, quia Romani quoque pulte uterentur. Quasi ullo modo fieri potuerit, ut, quum „pultifagonides" Carthaginiensem significet (Poen. 54), pultifagus Romanus sit. Græcos videmus Punicana illa opera, propter vilitatem, credo, a multis petita, præ suis et indigenis sprevisse. — 814. *coagmenta*, duæ primæ syllabæ coalescunt. Iam Tranio quoque sermonis partem sibi arrogans coagmenta forium se laudare simulat, sed scurriliter irridens verbo utitur, quo potius stuporem senum significet; *dormire* dicit fores. Cuius dicti quum ratio quæratur, ait se *conivere* dicere voluisse, quæ vox quum proprie de hominibus dicatur oculos claudentibus, etiam ad alias aperturas, quæ clauduntur, transfertur, v. Gell. XVI, 3, 3: „esuritionem faciunt .... cava ventris ac stomachi vacua et hiantia; quæ ubi aut cibo complentur aut inanitate diutina contrahuntur et conivent, tunc loco, in quem cibus capitur, vel stipato vel adducto, voluntas capiendi eius desiderandique restinguitur". — 815. *Illud volui dicere*, v. ad Amph. 380. — 816. *Satin habes?* Theopropidis hæc non esse satis apparet; editores recte Tranioni dant. — *Ut quidquid*, v. ad Asin. 324. „quicque" utroque loco postulat Prehn. Quæst. Plautin. de pron. indefinitis p. 3, iniuria, v. Rud. 1346. Men. 509 cum ann. — 817. Tranio impudentius etiam hero illudit; quærit, num pictam videat cornicem duos vulturios ludificantem, se et

senes significans. *Cornix* enim, oculorum acie insignis, acuta et perspicax habebatur, unde notum proverbium „cornicum oculos configere" (Cic. p. Muren. 11. 25 al.); cum *vulturibus* autem comparantur homines avari et tenaces, cf. Trin. 101 sq.: „Turpilucricupidum te uocant ciues tui; Tum autem sunt alii, qui te uolturium uocant". Cic. in Pison. 16, 38. Sest. 33, 71. al. Si quis autem quæret, ubi hoc *pictum* esse cogitetur, liceat in memoriam revocare Pompeiis quoque hic illic in externis ædium parietibus picturas conspici, velut serpentes aram petentes, duodecim deos, alia. Versus in A iisdem litteris scribitur atque in ceteris codd., v. Studemund. Stud. I p. 276, nec alia opus est medicina quam ut *ludificat* scribatur. Ritsch. „Uiden pictum, ut ludificat" ediderat. Lor., Bugg. „Uide, ubi ludificatur". — *duos* A. — 818 in solo A exstat, unde R.: „Non edepol uideo. TR. At ego uideo eam inter uolturios duos". Quorum pleraque et recta et certa sunt, „eam" coniectura parum felix est, nam ut animadvertit Studemund. Festgruss zu Würzburg 1868 p. 74, necesse est verba „inter uolturios duos" cum proximo versu iungantur. Schwarzmannus TUM legerat; Geppert. Cod. Ambros. p. 35 et Stud. II p. 72 sq. UNAM, quod frustra defendit; Studemund. l. l. RNAM, ut „uideor; nam" fuisse putet, unde „uideo; nam" facit, quod recepit Buggius. Equidem non dubito, quin fuerit ECCAM, ut edidi. — 819. *uellicat* Pylades aliique. — 821. *intuor*, ut iam ed. pr., exstat in A. — 822. „isto" et A et cett.; sed Plautina forma *istoc* est, v. ad Bacch. 379, qua restituta *optuere*, ut apud Plautum esse solet, tertiæ coniugationis fit. Restituit Fleckeisen. — 824. *ut te absoluam*, dimittam, huic sermoni finem imponam v. ad Amph. 1113. — 825. *aetate*, propter ætatem, præ ætate, cf. Capt. 802. — 826. Simoni hæc dicuntur; iungenda sunt cum 812. Colloquium cum Tranione quasi parenthesis interponitur. — 827. Versus causa aut „isse" legendum, aut transponendum: „operaest pretium", ut Both., R., cett. *demum*, i. e. etiam, cf. Trucul. 243: „qui de thesauris integris demum oggerunt". Ovid. Met. XIII. 209. Quintil. IV. 2, 79: „Videamus ergo, num hæc expositio longior demum debeat esse". Frustra obloquitur Langen. Beitr. p. 304. — *Recte* ed. pr., nec aliud requiritur. Both, R., cett.: „Eu, recte". —

828. *puere* Both. cf. 301. Pro *hasce* A aut „hoc“ aut „hos“ habere, testatur Studem. Annal. phil. CXIII p. 66. — 829. *ductarem*, ducerem, circumducerem. Sed quia hoc frequenter translata significatione pro decipere utebantur (v. Capt. 636), senex iocandi causa se ductari nolle dicit, satis ridicule, quippe qui quum maxime decipiatur. — *apud forum* A, v. Abraham. Ann. phil. Suppl. XIV p. 207. „ad forum“ cett., v. ad Asin. 818. — 830 sq. Lacuna mediam partem versuum hausit, sed felici casu librarius eosdem versus post v. 801 anticipavit; inde 831 prorsus restitui potest; priorem illo loco librarius non nihil mutavit, sed servavit quod hic periit, *perductorem*, unde Camerarius felicissime omnia restituit. In A eadem legi Studemund. testatur, v. Seyffert. Stud. Plaut. p. 11. Ritschelius assumptis interpolationibus grammatici tres versus fecerat:

TH. Apage istum circumductorem: nil moror ductarier.
SI. Aedis dico. uin qui te perductet? TH. Apage: non placet.
Quicquid est, errabo potius quam perductet quispiam.
[SI. Tuo arbitratu.] TH. Ergo eo igitur sine perductore.

832. Librarii lacunam esse putarunt, quamquam nihil desideratur, ut 768. — *Aedis* ed. pr. Immo, inquit Simo, non promiseram, qui te ductaret, sed qui ædes te circumduceret. *Ergo igitur* legitur etiam Trin. 758; „Itaque ergo“ Ter. Eun. 317. Cf. supra 803: „edepol profecto“. — 833. „est“ del. ed. pr. — *ne canis*, sc. sit, cf. Epid. 21. Constat antiquos Græcos et Romanos catenariis canibus usos esse ad ostia servanda et vulgaris admonitio erat *εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα* (Aristoph. Lysistr. 1215), aut „caue canem“, quod etiam musivo opere expressum in limine Pompeiano legitur. — *uide* ed. pr. — 834. *Est* Spengelius Plaut. p. 14 rectissime animadvertit non esse verbum substantivum, sed sonum, quo canem abigere conatur vel conari se simulat Tranio; itaque *St* scribendum. Idem Spengelius totum versum Tranionis esse vidit, quem cod. B inter senem et servum, editores autem in plures etiam partes diviserant. — *dierecta*, v. ad Bacch. 577. — 835. *restat* edidi cum B ut Lor., Bugg., sed Theopropidis verba videntur, non Tranionis; cett. edd.: „restas“. — *modo* R. addidit. — 836. *Tam placidast quam est aqua* Camerarius, R.: „quam placidast aqua“, Leo

Herm. XVIII p. 568: „quamst agna". Errorem codicis C „feta" Buecheler. Mus. Rhen. XXXIX p. 287 tueri conatur. — *quamvis* Leo. Bugg. „quoiuis" scripserat. — 837. *Eo ego* codd.; edd. „Ego eo", vix necessario. — *Fecisti commode*, cf. Cic. ad Attic. X, 3: „Feceris igitur commode mihique gratum, si me de his rebus . . . feceris certiorem". XI, 7, 7: „Quod litteras, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode". — *Bene ambula*, v. ad Asin. 107. - 838. *aliquis* R. add. — 839. *etsi*, quamvis, v. 599. — 840. *Nisi* cet. Ante hæc auditur tale quid: Intra audacter; noli postulare ut canis abigatur.

Callidamates servos suos ad Philolachetem sibi adversum venire iusserat (306). Venit unus Phaniscus, ceteri cessant. Alter tamen paulo post (868) pœnam metuens eum assequitur communemque cum eo operam præstat. Nomina in B huic scenæ suprascripta falsa sunt. Phaniscus cantico (842—67) ingenium suum exponit bonæque frugi servos præ malis et improbis laudat. Canticum variis numeris conscriptum est. 842 constat ex iambico dimetro et duobus anapæstis. 843 trimeter creticus. 844 = 842. 845 trochaicus dimeter. 846 anapæst. octonarius. 847—50 lacunosi. 851 tripodia iambica catalectica bis repetita. 852—54 tetrametri bacchiaci. 855 dimeter bacchiacus cum dipodia iambica. 856 tetram. bacch. 857 — — ⌣ — — — bis repetitum. 858 tetram. bacch. 859 incertus. 860 trochaicus octonarius. 861 dipodia iambica cum choriambo et trochæo. 862 tetram. creticus. 863 tetr. bacchiacus. 864 tetr. creticus. 865 trimeter anapæsticus. 866—67 septenarii trochaici.

Primi tres versus in duos redacti leguntur etiam Men. post 964 a lectore male sciolo adscripti. 842 in A lectus est, (Studem. Festgruss p. 45). *carent* recte A; „carint" nihil est. Exspectabatur „careant", et sic voluit Mueller. Pros. p. 122 sq. vv. 842—44 duos octonarios anapæsticos faciens; sed ut apud Plautum causale *quom* non raro cum indicativo iungitur, v. ad Amph. 746, ita etiam concessivum, cf. Stich. 127: „Quae tamen

quom res secundae sunt, se poterit noscere". 743: „Bene quom lauta tersa ornata fictast, infectast tamen". Ter. Eun. 243: „nihil quom est, nihil defit tamen". Plaut. Cist 1. — 843. *Ii* (vel „i") monosyllabum Seyfl Stud. p. 17. Studem Annal. phil. CXIII p. 64; v. Prol. p. 212. Bacch. 516. Men. 219. Trin. 17 Truc. 736. — *utibiles*, utiles, sæpius Plautus, atque etiam Ter. Phorm. 690. — 844 Studem., ut versui 842 similiorem redderet, scripsit: „Nam ei qui nil metuont, postea quam sunt malum meriti" (Festgr. p. 55). — 846. *Exercent sese ad cursuram*, meditantur fugam. Tum codd. „sed hii" Bugg. pronomen omisit, ego coniunctionem, quæ minime apta videbatur. — 847 sqq. medios versus lacuna hausit. v. 830 sq. *peculium*, *e bono* et ego olim supplevi et Buggius, qui præterea: „quod facere nequeunt", ut versus antecedenti similis esset; sed una non duæ lacunæ explendæ sunt. „a" ferri non potest; aut „de" scribendum cum R. aut *e*. Ait autem servos, qui bonarum rerum peculium colligere non possint, malarum sibi parare. i. e. non pecuniæ sed pœnæ. — 848. *thesaurum inde* Cam. supplevit. — 849. Ritsch.: „Mihi in pectore [id] consili[st præcauere]", reliqua proximo versu. — *prius quam*, cf. Amph. 236. — 850. „tergum doleat" Herm. supplevit; ego *gaudium persequar*. — 852. *erum me* add. Spengel; superiores cum Pylade „uerberari" scripserant. Servus corium suum a verberibus integrum ut tale servet, iure verbera deprecatur. — 853. *Si huic semper parebo* Bugg., sc. domino. — *probe tectum habebo*, sc. domicilium meum. cf. 105 sqq. 136. Cum tempestate et imbre comparatur malum. — 854. *ceteris* olim emendatum. — 855. R.: „esse, ita solent eri esse"; Bergk. Zeitschr. f. Alterth. 1855 p. 290: „esse erum, ita solet is esse". Infinitivus omitti potest, v. ad Men. 142. — 856 Bergk. em. l. l.; R. Camerarium et Bothium secutus: „Boni sunt bonis, improbi sunt maleficis". — 857 Speng. transponendo tetrametrum bacchiacum facit. *Nam* transitum facit a loco communi ad præsentem casum, cf. ad Asin. 122. — 858 sqq. Versuum discriptio in codd. turbata est; primum tetrametrum bacchiacum esse, Hermannus vidit. *plagigeruli*, qui plagas gerunt, quibus plagæ ingeruntur, cf. Pseud. 152: „plagigera genera hominum". —

859. Deesse aliquid non tam numeri ostendunt, quos R. et Bugg. supplere conati sunt, quam structuræ hiatus, quod deest apodosis verbum. Itaque addidi *clamant*; sed fieri potest ut aliud vitium restet, nam pro secundo bacchio anapæstus est. — 860. *quod properas*, i. e. ob quod, cf. ad 771. Si quid mutandum, non „quo" scribendum est, ut fecerunt edd., quod cum proximo non convenit, sed „quid". — *gestis aliquo*, sc. abire. Infinitivus omittitur, v. ad Asin. 879 et Mil. 222; sæpissime verborum movendi, cf. Ter. Phorm. 196: „Ipse est, quem uolui obuiam". Cic. ad Att. II, 13, 2. IX, 1, 3. al., v. Draeger. Hist. Syntax I p. 176. — 861. *mula* codd.; edd. vulgo „mule". Quid sibi velit convicium, videas 871 sqq. — 862 em. Camer. et Both. — 864. *die crastini* Pylades em., i. e. crastino, v. Gell. X, 24, qui similia exempla affert, ex Catone „die pristini" et „die proximi", ex prætoris formula, qua Compitalia concipiuntur, „die noni", ex Coelio „die quinti", ex Pomponio „die quarti". Apud Plaut. Men. 1134 sq. et Pers. 259: „die septimi". Locativus quidam esse videtur tempus significans. — 865. *Mane* defendit Speng. Reformv. p. 18. R. „male" ed. — *bubulis exuuiis*, i. e. loris. *bubulis* media syncopata, v. Proleg. p. 210. „exuuiis bubulis" Herm., R., Bugg. — 867. Cædantur, inquit, illi potius loris bubulis quam ego restibus, cf. Pers. 281: „Caedere hodie tu restibus". Sed vernili ioco ea verba ponit, quæ proprie longe aliam significationem habeant, nam *bucaeda* (quæ vox hoc uno loco exstat) proprie est non qui bove cæditur, sed qui bovem cædit, *restio* non qui reste cæditur, sed qui restem facit, καλωστρόφος. Etiam Græci interdum ludunt in compositis nominibus partim active partim passive accipiendis, velut θεομισής apud Aristophanem Av. 1548 et diis invisum et deorum osorem significat. — De loco, quo in codd. leguntur vv. 867—68, vid. supra p. 299.

868. Unus ex ceteris Callidamatis servis mutata sententia Phaniscum consequitur eum revocans et, quod solus ierit, maledictis obruens. Canticum continuatur variis numeris. 868 iambicus dimeter. 869 iamb. septenarius (?). 870 iamb. dimeter. 871 dimeter bacchiacus cum dipodia trochaica. 872 anapæsticus

tetrameter. 873 anap. dimeter. 874 tetram. bacchiacus. 875 penthemimeres iambicus cum dimetro bacchiaco. 876 Reizianus (cf. Proleg. p. 191). 877 dimeter tr. cat. cum tripodia tr. 878 iambicus septenarius. 879 anapæst. tetrameter. 880—81 septenarii trochaici. 882—83 senarii iambici. 884 dimeter iamb. catal. 885 anap. dimeter. 886 trochaicus octonarius.

868. Aut *Mane* altera producta legendum, aut cum Buggio „Mane mane". 869. Studem. hiatum post *Phanisce* statuit. Bugg. cum Muellero „etiam ad me" scribunt. Extremo autem versu *sies* legendum, si septenarius est. — *respicis* autem scribendum ut 375, ac sic Sonnenschein., nam imperativus „respice" v. 464 aliter dicitur. — 870. *Uide* sibi dicit, vel, si hoc mavis, incertæ et fictæ personæ, ut supra 417. Men. 87 sq. Cas. 684. ad Aul. 46. Ter. Andr. 256 „censen". Eun. 265 „uiden". Ad. 766 „uide". apud Livium sæpius „adde", apud Ciceronem „Ecce tibi" (Pison. 21, 48) alia. — *simia* odiosum animal, cf. Mil. 984. Truc. 266: „Pudendum et uere clurinum pecus". — Quæ in codd. sequuntur, et corrupta sunt — ed. pr. „mihi sum" — nec suo loco posita. Acidalius p. 240 recte animadvertit post 872 ponenda esse. „Cum parasitum" inquit „alter increpuisset et, unde, ostendisset: subiicit hic, sibi se esse, qui sit, atque ita libere, nec quidquam illius interesse". Nec tamen absolutam emendationem censeo; nam ut ad propiora, non ad remotiora hæc responsio referatur, scribendum est: *Mihi si lubet esse*, i. e. si edere mihi lubet. — 872. *cibo* pro pyrrhichio legendum, vid. Prol. p. 206. — *enim*, cf. Cas. 260. Mil. 810. — 873, v. ad 870. — 874 *Ferocem facis;* Ritsch. *te* addidit ut Asin. 318. Curc. 538, nec abesse posse videtur, quamvis numeri nihil addi patiantur. — *crus tuus* Herm. — *amat;* obscenum amorem ei obiicit, v. 878. Phaniscus opprobrium eius nugas esse dicit, molestas illas quidem, sed nullius ponderis; *fumum* appellat, ut Plat. Rep. IX p. 581 D: καπνὸν καὶ φλυαρίαν, al.; sed servorum modo non ipsam rem ponit sed id quod inde efficitur, ut alteri interrogandum sit, quid sibi velit, cf. Mil. 327: „Tam mihi sunt manus inquinatae, SC. Qui dum? PA. Quia ludo luto". al. — 875. „Oculi mi" Speng., ut tetram. bacch. fiat. — „molestust" R., cett. — 876. Servus senior Phaniscum tacere iubet, quippe

cuius facetiæ nullius pretii sint, non argenteæ monetæ similes sed plumbeæ, fere ut Fronto p. 161 Nab. orationem M. Aurelii castigans „Monetam" inquit „illam veterem sectator; plumbei nummi et cuiusque modi adulterini in istis recentibus nummis sæpius inveniuntur quam in vetustis". *Plumbei* autem *nummi* intelligendi sunt non Polycratei illi, quos commemorat Herod. III, 56, auro obducti, sed vere plumbei, minimi ac fere nullius pretii, quorum mentio fit Casin. 238. Martial. I, 100, 9 sqq.: „abisti In tantam miser esuritionem, Ut convivia sumptuosiora, Toto quæ semel apparas in anno, Nigræ sordibus explices monetæ, Et septem veteres tui sodales Constemus tibi plumbea selibra", et X, 74, 4: „quam diu salutator . . . centum merebor plumbeos die toto?" Exstant hodieque non pauca huius generis exemplaria vel ex Numidia (v. Mueller, Numismatique de l'ancienne Afrique III p. 31) vel ex Ægypto (Revue de Numismatique 1861 p. 407 sqq. tab. XVIII) vel ex Gallia ipsaque Græcia, v. Lenormant, La Monnaie dans l'antiquité I p. 207. Engel. in Bulletin de Correspondance Hellénique VIII pl. I—VI. — 878. *Nouit erus me*, cf. Asin. 453. — *oportet*, sc. novisse, quippe quicum cubare soleat; nam *culcitella* sive culcitula (Lucil. XXX v. 41) deminutivum est culcitæ, quod legitur Cas. 286. *oportet* de logica, quam dicimus, necessitate, v. Madv. Em. Liv. [2] p. 100. Plaut. Amph. 1024. Asin. 378. Men. 595. Pseud. 617. Poen. 1027. 1070. Rud. 254. 557. 1096. al. — 879. „nequeas" ed. pr. Sonnensch. „mihi nec eas" interpretatur: „I can't get you to go", coll. v. 860 et Fest p. 162, frustra. — 880. *ito* Gruterus em. — 882—86. Ex his quinque veribus, qui in A sex sunt, pauca quædam ibi legit Studemundus, v. Annal. phil. CXIII p. 72. Eo auctore duos primos iambicos senarios constitui, in priore omisso *his*, quamquam etiam in A spatium non parvum hoc loco patet, in altero relictis codicibus ceteris palimpsestum secutus, in quo Stud. sibi legere visus erat ASAPER . . FORIS. — 884. Studemundo plura in A fuisse videbantur; addit ab initio: „Homo". — 885. Ab *Ut* A novum versum incipit; terminat in MAGISCAU.

887. Theopropides et Tranio inspectis ædibus redeunt et inter se colloquuntur septenariis trochaicis. Aliquamdiu (usque

ad 914) Callidamatis servos nec conspiciunt nec ab iis conspiciuntur *hoc esse* R. addidit, quum excidisse aliquid appareret. — *Totus gaudeo*, ut Trucul. 695. cf. Stich. 747: „totus doleo", supra 686. — 888. *scio* olim em. — 889. *usquam* Dousa em. *abiectas* Turnebus. *nisi hasce*, vulgaris sermonis exaggeratio pro „ita abiectas ut has". — 890. *placeant* Cam. em. — 891. *quid porticum?* sc. qualem censes? — *Insanum*, v. supra 746. — 894. *Samus* ed. pr. — 895. *mercimoni lepidi*. Genetivus in exclamando ponitur Græcorum more, v. Madvig. Synt. Gr. 61 b annot. 2: τῆς τύχης, al. Rarius Latini ut Truc. 406. Prop. IV, 7, 21: „foederis heu taciti". Lucan. II, 45: „o miserae sortis". — *si* add. Cam. ut 897. — 896. *talenta magna*, v. 631. *praesentaria*, v. 353. — 897 em. Pyl. et Cam. — Codicum scripturam „accipiem" defendit Bergk. Beitr. z. lat. Gram. p. 97, v. Neue, Formenl. II p. 447. — 900. *subegi*, filium tuum. — 901. *ratem*, v. 726. — 903. *ne qua causa subsiet*, litium et turbarum. Ante hæc audiendum „accipiat", ne quis cum Ritschelio versum excidisse censeat. — 904. *Uel*, cf. 292. — 905. *At enim ne*, modo ne, v. ad Aul. 639. — *sit* em. ed. pr. — *captioni*, fraudi, detrimento, cf. l. Rubr. col. 1 v. 45: „ne quid ei, quei d. e. r. aget petetue, captionei ob eam rem aut eo nomine esse possit". Cic. ad Attic. V, 4, 4: „paene praeterii, chartam tibi deesse: mea captio est". Gai. in Dig. XXIX, 3, 7: „quippe saepe cum magna captione a rebus nostris revocamur, et sit iniquum, damnosum cuique esse officium suum". Plaut. Epid. 298. Sonnensch. „captionis" ex Cic. Quinct. 16, 53: „si in parvula re captionis aliquid vererere", fortasse recte. — *sit* olim em. — 906. *ioculo* olim emendatum, i. e. ioco, cf. Merc. 982. Rud. 719. Stich. 27. Trucul. 108: „per ioculum et ludum". — *modo* est „uel", cf. Cæs. B. G. VII, 52: „ne parvum modo detrimentum accideret". ib. 66: „quin nemo eorum progredi modo extra castra audeat". Tranio negat se uel ioco dominum fallere audere, herus autem se servo quidquam credere audere. — 907. *ni*, v. ad 406. — 908. Cam. ed. „Qui tibi numquam". R. rectius: *Quid? tibin' umquam?* sed quoniam n illud Camerario debetur, scribendum est: *tibi umquam*. Mueller. scribebat: „Quin tibi numquam quidquam cet.", quibus errore

interrogationis signum additum est — 909. Cam. ed.: „Ego enim caui recte. TR. Eam mihi debes gratiam atque animo meo". Acidalius unus „Quomodo" inquit „Tranioni gratiam ullam debet senex, si ipse recte cavit? Quin sibi debet omnem atque ita sensit dixitque: Ego enim cavi recte: eam mihi debeo gratiam atque animo meo". Ritsch. tamen Camerarium secutus est „eam debes gratiam" scribens, sed ut ante hæc duo versus dimidios excidisse putaret. Bugg. recte intelligens ineptum esse illud „mihi atque animo meo" ed.: „Eam debes gratiam **hercle animo meo". Sed ante omnia abiicienda correctura** „debes"; ego scripsi *nec tu eam habebis gratiam*, i. e. nec tu eius rei gratiam feres, ut *χάριν ἕξει* Plutarch. Agid. 10. Tum *animo meo* est „meo quidem animo", quod et apud Plautum frequens est et apud Ciceronem: omisso „quidem" exstat Curc. 505. Men. 225. Stich. 42; cf. Cist. 5: „ut meus est animus". Brix. Ann. phil. CXXXI p. 200: „TR. Eam habe dis gratiam." — 911. Rus abisse Philolachetem non audivimus, sed facile intelligitur, si urbanas ædes reliquerit, ruri eum habitare. *abi rus* in A lectum est; item *iubes*. v. Studem. Festgruss p. 69; in ceterorum scriptura „uoles" futurum vitiosum est. — 912. ***Curriculo*, cf. 354. *Curriculo iube*, ut Both. edidit, in A est. *iube ueniat*, v. ad Amph. 202. Pers. 602. Rud 698. Ter. Eun. 691. Heaut. 737. Ad. 915. — *Licet*, v. 394.** — 913 sq. Hæc Tranio abiens secum. *illac* A. — *congerrones*, eiusdem convivii aut vitæ participes. cf. 1033. Pers. 90. Trucul. 104. Varro L. L. VII, 55 a gerris derivat. Eum sequuntur Festus p. 297 et Nonius p. 118: „ut collusor meus, qui easdem exerceat nugas"; recentiores quidam a congerendo, quasi „symbolarum conlatores" Curc. 473, ne hoc quidem recte, si quidem simplex „gerro" exstat Terent. Heaut. 1033. Cf. Brandt in Annal. phil. CXVII p. 377. — 914. Errorem palimpsesti testatur Gepp. Stud. II p. 77. Post *quietae* hiatur in diæresi; *atque* correptum, v. Proleg. p. 205. R. Guietum secutus: „atque **hunc ut".**

915. Ad Callidamatis servos res redit. *sonitus*, sc. est, v. ad Amph. 590: R.: „sonitust".— *item* Both. — 916. *tibicinam cantantem*, sc. tibiis, ut Corn. Nep. Præf. 1. Epam. 2, cf. Epid.

499. — 917. *illisce* A, v. Studem. Ann. phil. CXIII p. 73. — 919. *etiamne* A, ut videbatur Ritschelio, ut proximo versu. — *fabula*, cf. 499. — 922—27. Horum versuum perpauca quædam Ritschelius legerat, v. Parerg. p. 447; paulo plura Geppert. Ueber den Codex Ambrosianus p. 34, quæ in contextu expressimus. — 929. *Puere* A. — *es delicatus* Camer., et in A Gepp. Stud. II p. 78 legit: NIMI . . SDELICATUS. Muell. Nachtr. p. 137: „Puere, ah nimium delicatu's". Significat autem τρυφᾷς, iocandi libidini indulges, cf. Mil. 978. Rud. 454; item „delicias facis" Men. 373. Casin 507. Poen. 278. 293. — 930. Post *homini* hiatus; Muell., Bugg.: „Ero nostro, inquam". — DICENDUST in A legit Gepp. Stud. II p. 79. — 931. *Puere, nemo hic* A. — 932. *in* iam Pylades addidit. A: HISCINAEDIBUS. 933 ex reliquiis palimpsesti reconcinnavit R. — 934. *Senex* pyrrhichium facit, v. Proleg. p. 202. Luchs. in Herm. VIII p. 121: „Hic senex certe elleborosust". *elleborosus est certe* in A legit Geppert. Ueber den Codex A. p. 30. *Elleborosus*, cf. Rud. 963, est, cui elleboro opus est, quo curantur furiosi, v. Pseud. 1188. Men. 898. Hor. Ep. II, 2, 137. — 937. *Tu ne molestu's*, v. ad Asin. 875. Fleckeis. Philol. II p. 92 postulat: „Egone? A. Tu ne. TH. Ne molestu's", quod recep. R. cett. — *puero*; alter ætate aliquanto provectior fuisse videtur. Bugg.: „puero hoc". — 938 em. ed. pr.; confirmat A. — 939. De A v. Studem. in Annal. phil. XCIII p. 55. *usque postquam*, cf. Ter. Andr. 303: „usque antehac". — 940 ex A restitutus. — 941. *Quid ais?* Pylades em. — „esse et bibi" quum non conveniret, R.: „Triduom unum haut esse intermissum hic bibi". Immo *essi* scribendum est. Sic etiam Buggius in Opusculis ad Madvigium a disc. m. p. 175. — 942. *pergraecari*, cf. 21, sed h. l. passive. — 943. „Ducere" corruptum est. Lamb. „Ducier", R. „Conduci", Bugg. „Audiri", cf. 916. Sed de totius loci scriptura dubitari potest, nec enim alibi legi „intermissum est rem fieri" pro „res fieri intermissa est". Facile credam, versum 942 insiticium esse, 943 autem sic scribendum: „TH. Dic mihi, quis istaec faciebat". — 944. *Quoi* genetivum esse putat Luchs. Genetivbildung p. 28. — *Oiei* scripsi; Cam., cett. „Hei mihi", Gruter. „Hei hei". — 946 *istic potare* edd. — *quisquis est*, sive Theopro-

pidis sive alterius cuiusvis filius. — 947. *nostro.* *PH.* *Hic* ed. pr. In A quoque AEC legi testatur Gepp. Stud. p. 76, qui „Hæc inquam" ferri posse putat. — *praeter speciem*, quamvis stulti speciem non habeas. Addit, ebrium videri. — 948. „*Merendam*" ait Festi Epit. p. 123 „antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur", et sic M. Aurelius ad Frontonem Ep. IV, 6, p. 69 Nab.: „Deinde ad merendam itum. Quid me censes prandisse?" Vereor tamen, ne rectius Nonius p. 28: „Merenda dicitur cibus, post meridiem qui datur. Afranius Fratriis: Interim merendam accurro; ad cenam quom ueni, iuuat". Nam sic Calpurnius Id. 5, 60: „Verum ubi declivi iam nona tepescere sole Incipiet seraeque videbitur hora merendae". — *diuorteris*, v. ad Men. 262. — 949. Ex Palatinorum codd. scriptura Camer. effecit: „Atque ibi meliuscule quam", Gulielm.: „Atque ibi ne pluscule quam", Mueller. Prosod. p. 29 „plusculum". Sed „cui" delendum esse docet A, ubi lectum est: IBI . . PLIUSQUAM, i. e. „ibi amplius quam", v. Gepp. Stud. II p. 74. R. ediderat „ibi ne plus". — *Quid est?* per se ferri potest, v. 447. ad Amph. 552; sed versus pede brevior est. R.: „Quid [ita nam? quid] est?" Sed lacuna in extremo versu esse debet ut 959; quare aliud tentavi. — 950. *ne* pendet a „Vide sis". — *deueneris* Cam. em., *nunc ueneris* Bugg. — — 951. *ire* ed. pr.; „etre" est „eire", v. ad Asin. 482. — *locum* A, R., cett. — 953. *hinc abiit hic* A, vid. Studem. Ann. phil. XCIII p. 60. Gepp. Stud. p. 75. — 954. *Philolachesne* A. — 955. *Triginta* sc. minis, quod pretiosæ puellæ pretium non insolitum erat, v. Curc. 63. Rud. 45. Ter. Phorm. 558. Demosth. Neær. 30. In codd. „Triginta talentis" iunguntur; sed facile apparet hæc inter duas personas distribuenda esse, idque palimpsesti testimonio confirmari affirmat Gepp. Cod. Ambr. p. 33. Stud. II p. 74. — *Μὰ τὸν Ἀπόλλω*, cf. Capt. 874. Sed hoc loco negatio auditur, quod fit apud Græcos plerumque sequente *ἀλλά*, v. Ar. Eq. 338: *Μὰ τὸν Ποσειδῶ, ἀλλ'* . . . Xen. Mem. III, 13, 3: *Μὰ τὸν Δία, ἀλλὰ καὶ πολλάκις τεθαύμακα.* — *sed* A. — 956 in A exstat; Ritschelius pro spurio habuit. Ante *triginta* Schwarzmannus „illamce" sibi legere videbatur, Geppert. Stud. p. 74 „scilicet", quod hic locum non habet. Ego

inquam fuisse credo. — 957. *destinasse* R. em., cf. 630. nec veri simile est verbum deponens esse posse, ut vult Gepp. Stud. II p. 75. Gulielmi autem coniecturam „destinatam Philolachi" redarguit A, in quo legitur „Philolachem". — 959. Post *adsiduo* in ceteris codicibus nihil legitur, in A. Schwarzm. legit ACSI-MULTIM, Ritsch. AC . . . . L, unde efficit: „Sit profectus peregre, tum perpotasse adsiduo hic simul".

960. *Aio*, ed. pr. — *has hinc* in A legit Gepp. Stud. p. 75 Studem. Ann. Phil. CXIII p. 66, qui legitimam pronominis formam *hasce* restituit. — *hinc proxumas* est proxumas ab his. — 961. *huic quae essent* Camer., et sic A. — 962 in B *aiio* fuisse videtur. — *perdis*, sc. me, v. ad Asin. 392. — 963. *cantas*, v. ad Bacch. 979. — *amicus* codd., quod „amicus es" intellexit Bonnet. Ann. phil. CXI p. 885. — 964. *Eu edepol*, v. ad 331: R. „Heu" scripsit. Pro *cum* B errore „meum", in A Schwarzm. „eius" sibi legisse videbatur. R.: „eum merito"; Bugg.: „eum mi"; ego malui „tu" addere. — *praedicas*, cf. Rud. 643: „Edepol infortunio hominem praedicas donabilem". Aul. 306. Pers. 646. Ter. Eun. 354. Nec aliter „narras" Ter. And. 466. Eun. 408. Hec. 152. — 965. *prae quam* Lamb. em., v. ad Amph. 628. — *dapsilis* ed. pr., v. ad Aul. 160. — 966. *Unus*, ceteros non curat; cf. Trucul. 248: „sed est huic unus seruos uiolentissumus". Studem. Ind. Gryphisw. 1870—71 p. 14 putat tantum modo ad augendam superlativi vim additum, ut Amph. 670. Asin. 517. Merc. 203. al. Mihi illud simplicius videtur. — *est sacerrimus* A; cf. ad Bacch. 779. — 967. *conterere* olim emendatum. *possiet* Cam. *uel Herculi*, lucri deo. cf. Hor. Sat. II, 6, 12: „dives amico Hercule". Pers. 2, 10: „O si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule". annot. ad Bacch. 661. — 968 sic lectus est in A. *eius* bisyllabum est, nec opus est cum R. „nunc" addere. — 969. *ita* et *misero ei* recte codd. Pall.; errores A testatur Gepp. Stud. II p. 79. — *ei* pro spondeo est, v. Proleg. p. 216; R. „ei misero" edidit; alia Opusc. II p. 421 tentavit. — *corculum*, v. Cas. 310; deminutiva nulla vis inest. — 970. *Quid merear* cet., cf. 362. — 971. *istas* et *intus est* A. — 972. *abeamus* ed. pr. — 973 in solo A exstat, de cuius vestigiis v. Geppert. Stud. p. 77. Ritsch. sic reconcinnavit:

„TH. Puere [se|q[uere, te obsecro,] hac me. PH. . . . . TH . . . ." Sed nulla causa erat, cur puerum se sequi iuberet; Phaniscus alterum servum secum abire iubet; quare aliter supplevi. — 974. Senex puerum retinere cupit, ut accuratius rem exploret; ille vero se tergo suo timere ait, si cessaverit. Se non habere, quo tergum tegat, ut Theopropidem, cuius tergum a verberibus libertas vindicet et quasi pænula iniecta tegat. — 975. *ut erum* A., v. Gepp. Cod. Ambr. p. 29.

976. Senex solus relictus senariis secum loquitur. *ut uerba audio* Cam. em., cf. Cas. 291. — 977. *uectus fui*, v. ad Amph. 183. Muell. Pros. p. 36 „auectus" postulabat. — 978. *in terras solas*, cf. Ter. Phorm. 978: „Non hoc publicitus scelus hinc asportarier In terras solas!" — 979. *circumvectus* ed. pr.

981. Theopropides Simonem advenientem alloquitur. *Quid agis tu?* Aldin., cf. 706. — 982. Ne statim rem aggrediatur, primum quærit, num quid noui sit. *processit*, apparuit. Cam. „tibi" addebat, sed non quærit, num feliciter ei res evenerint, v. 985. De *hodie* v. ad 170. R. „hic hodie" aut „hocedie" (Neue Excurse p. 95). — *ad forum*, cf. 829. — 983. *Etiam*, v. ad Amph. 540. — *efferri mortuum*; processit funus, ut legitur Ter. Andr. 128. Quæ sequuntur in codd., repetitionem habent intolerabilem, nec dubito, quin spuria sint. Simo statim adiungit 984 *Modo cum uixisse aiebant*, irrisionem apertam, ut non sine causa respondeatur *Uae capiti tuo*; sic enim olim emendatum est, v. Amph. 734. — 985. „ut" sustulit ed. pr. — 986. Simonis nomen add. Pylades. *Promisi foras*, sc. me ad cenam iturum. cf. Stich. 596: „ad cenam hercle alio promisi foras". ib. 485: „ad me non uis promittere". Men. 782. Phædr. IV, 25, 15. Cic. de Orat. II, 7, 27: „ad fratrem promiserat". — 987. *Ad cenam uocare* eos, qui peregre redierant, solebant amici, cf. infra 1111 et ad Bacch. 92. — 988. *quis* add. Cam. — 989. *uel apud te* scurriliter παρὰ προσδοκίαν, cf. ad Asin. 875. — 990. *Nisi*; ne quis „sed" desideret, v. ad Amph. 350. — 991. *operam mihi da*, cf. 789. Tum Simonis nomen add. Ald. — 992. *quadraginta* em. Pylades, cf. 961 et 1006. *quod sciam* Guiet. — 994. *Quid a Tranione*; de numeris v. Prol. p. 181. Ritsch.: „Quid, ain tu a Tranione?" Post *multo*

Pylades „equidem" supplevit, R. „hercle", Herm. „etiam". — 996. *At quidem*, cf. Mil. 660. — 997. *dissimulando*, cf. Mil. 967. — 998. *tecum*, quod excidisse proximus versus docere potuit. Pylades addidit, et hoc quoque loco in A legit Geppert. Cod. Ambr. p. 22. Sed non animadverterunt editores ineptam esse interrogationem Simonis „Quid autem?" Immo Theopropidis oratio continuanda est: *Quid autem quod* cet. — 1000. Vulgo putant post *negoti* sermonem interrumpi, ac sic etiam Lorenz. et Bugg.; sed Simoni nulla causa erat, cur aliter responderet quam: *Mecum ut ille hic gesserit, dum tu hinc abes, negoti quidquam?* Hinc sequitur, ut proxima aut corrupta sint (nam frustra Leo ind. schol. Rost. p. 8 genetivum defendere conatur) aut ut exciderit aliquid, nec dubito quin hoc recte suspicatus sit Ritsch., quamvis Geppertus (Cod. Ambr. p. 22) nulla eius rei vestigia in A invenerit. Eo igitur auctore duos versus dimidios supplevi. Quem post v. 1001 omissum esse censet: „TH. Molestus ne sis: rem omnem in pauca conferam", eo non est opus. — 1006. *te* Lamb. em. — 1007. Hoc loco excidisse aliquid iam Acidalius divinaverat. Gepp. Cod Ambr. p. 24 in A re vera exstare versum testatur, cuius quum extremam vocem legisset, reliqua ita supplevit, ut edidi. — 1008. *huc me adspecta*, cf. Amph. 743: „age me huc adspice". R. ed. „ad me huc specta". — 1009—12. Quattuor versus, qui in codd. Pall. exciderunt, habuit A; quorum quæ Geppertus legit, in contextu expressi, nisi quod secundi versus primam litteram non M sed T esse testatur. Hiatum scenæ Ritschelius viginti tribus versibus compositis in Parergis p. 467 sq. et in annotatione supplevit. Mihi si non quattuor, at quinque versus sufficere visi sunt, quorum duo priores, quos ad vestigia Ambrosiani accommodare potui, in contextu posui, ceteros tales fere mihi animo informavi:

SI. Ego dicam tibi:
Non arrabonem accipio, quoi nihil debeo.
TH. An aedis hasce emisse Philolachem negas?
SI. Nego hercle uero; quas ego numquam uendidi.
TH. Cur ergo inspicere me sinebas? SI. Tranio
Te uelle cet.

1013. *aiebat* ed. pr. — 1014. *hic* Cam. em., cf. 740. — 1017. *Uxine* Acidal. em. — 1018. *Turbauit* ed. pr., cf. 407. Post *Immo* hiatus in cæsura. Both., R. „mi" addunt, Mueller. „enim". Immo, inquit, non turbavit solum res, sed ita turbavit, ut omnia everterit omnemque rem familiarem exegerit, cf. 1093. Sequitur in codd. versus, quem sic edidit Cam.: „Te ludificatust et me hodie indignis modis", R. cum Bothio: „Deludificatust me hodie indignis modis". In Parergis tamen p. 473 animadvertit hunc versum tam similem esse versui 1020, ut de delendo altero cogitari possit. Lorenzius et Buggius posteriorem delerunt; mihi quidem posterior et sanus et suo loco positus videtur, hunc ferri posse nego. — 1019. *ais* ed. pr. — 1020. *in perpetuum modum*, v. ad 143. — 1022. Versus numeris destitutus; R.: „I mecum, te obsecro, una nunc simul". Sed necessario dicendum est ad Simonem eum intrare cupere. Itaque aut „ad te" addendum aut *intro*, ut Palmer. Sonnensch. Post mecum hiatus in cæsura. — 1024. *Eadem opera*, cf. Capt. 449. Post hæc hiatus in cæsura. R.: „Eadem ego opera haec intus tibi"; Mueller.: „Sume tibi" vel „hinc". — 1025. *ille ludificatus est* Cam. remoto verbo inaudito et expleta lacuna, quam codd. quodam modo significant. Both., Bugg.: „Quis med exemplis hodie lud." Mueller. Pros. p. 507, quum *quis* ablativus apud Plautum non alibi inveniatur, quamquam apud Terentium exstet Andr. 630, „Quibus" aut „Quot is" substitutum voluit. Pro *est* Becker in Studem. Stud. I p. 245 „sit" postulat.

1026. Postquam senes Simonis domum intrarunt, Tranio exit trochaicis septenariis, quid fecerit et quid speret, exponens. B et C hanc scenam cum proxima (v. 1046) iungunt; A rectius duas facit. Primum versum affert Priscianus VI p. 682 P, ubi recte *dubiis* scriptum est. *nauci non*, nihili, v. ad Bacch. 1099. — 1027 affert Festus p. 166. Propriam antiqui vocabuli significationem iam Plauti tempore ignotam fuisse facile credo; Plautum id curasse non credo, nec tam putidum versum pro genuino habeo. Eadem sententia fuit Bonneti, Annal. phil. CXI p. 885. — 1028. *Nam*, v. ad 857. — *filium ut* hoc ordine Both., R., cett. — 1029. *Abii illa* Cam.; „illac" Brix. — 1030. *horti*; R.: „eius" licenter; demonstrativum omitti

potuit, v. ad Amph. 38. — 1031. Hiatum in diæresi ut vitet, Mueller. Pros. p. 564 licentius: „qua maris qua feminas". — 1032 *maniplaris*, cf. 305. — 1033. *congerronum* Cam., cf. 913. — 1034 *Quoniam*, i. e. postquam, v. ad Asin. 347; sic enim codd. (B: Quom. C: Qm). Pylades et Camerarius ediderant „Quem quom". R. „Quom enim". — *atque* apodosin incipit, v. ad Bacch. 276. — *ex senatu* A. — 1035 in B excidit; C post rasuram man. sec. „uideo uentrem in meo foro", idque D ceterosque codd. invasit. Vulgo post Pyladem editur: „Ubi egomet uideo uorti rem in meo foro", in quibus et „egomet" pravum est nec reliqua intelligi possunt. Lambinus quidem sic enarrat: „Ubi ego video litem in meo foro agi, ita ut non possim recusare quo minus iudicium accipiam et patiar, tum cett. Hoc eo referendum, quod iure civili extra suum forum nemo iudicium accipere cogitur, in suo autem debet. Et actor rei, non reus actoris forum sequitur". Verum aliud tamen est „res in meo foro agitur" et „mea res agitur". Rostius contra Opusc. Plaut. I p. 137 „Iudicis" inquit „forum est, quia ipse solus ibi regnat, neque alieno sed eius ipsius arbitrio res geritur". Putat igitur Tranionem dicere rem iam sui arbitrii esse; quo nihil longius abest a sententia eius, quæ hæc est, quoniam sibi periculum imminere videat, sibi amplius etiam turbandum esse. Redeundum est ad primariam codicis C scripturam. Hæc Ritschelio videbatur fuisse: „in mea fore"; de quo quum dubitarem, Gertzius et Studemundus inspecto codice me docuerunt ab initio scriptum fuisse: *in medio fore*. Hoc retento pro corrupto „uentrem", scripsi *deprensum*. Iure se in medio deprensum dicit Tranio, quem et senex et filius malorum omnium auctorem dicant. — *quantum potest*, v. 743. — 1036. *alii quibus* Camer. em. — 1037. *possit* idem. — 1038. *haec* ex vestigiis A add. Studem. Festgr. p. 67. — Post h. v. in codd. Pall. exciderunt versus quidam, qui in A fuerunt, ut R. putabat, septem numero, ut Studemund. Festgr. p. 66 docuit, quinque, eorumque ultimum ei legere contigit. *praeoccupabo* Studem. em., aram scilicet, v. 1074. *ut* pro „et" ego. — *Me moror*, cf. Cist. 525. Men. 157. Merc. 460. 918. Poen. 1292.

Stich. 446. — 1044. *quid* ed. pr — *proxumae uiciniae* Bugg., v. ad Rud. 602. R. „proxume uiciniae" ed.

1046. Nomina novæ scenæ in A suprascripta sunt. Theopropides ex Simonis ædibus egrediens servis eius intra ædes imperat, ut parati sint ad excurrendum, quum primum vocaverit, et ut manicas ad vinciendum Tranionem parent. ISTASTATE in A legit Gepp. Stud. II p. 76, i. e. non, ut R. edidit: „ista state", cuius nullum simile exemplum invenio, sed *isti astate*. — *extemplo* et mox *manicas* olim emendata. — 1048. *praestolabor* A, ut iam Pius. — 1049. CUIIUS A test. Gepp. Stud. II p. 77. HODIE idem, v. Gepp. p. 76, ac sic R. pro „hic". Ut ille me, inquit, ludibrio habuit, ita ego tergum eius habebo. *si uiuo*, cf. 1148, ad Aul. 565. Præsens pro futuro, cf. ad Amph. 714; nam Pseud. 727: „si quidem hoc uiuet caput". — 1050. *palam est*, palam facta est, cf. Capt. 520. Mil. 173. al. — 1051. *astu* Both. em., v. ad Capt. 222. *Mihi captandum est cum illo* (sic A) i. e., certandum, quo eum capere coner. Lorenz. confert Attii v. 541: „Contra est eundum cautim et captandum mihi". Quintil. V, 13, 54: „captatio". — 1052. Senex cum piscatore se comparat; *hamum* scribendum esse intellexit Kayser, Heidelb. Jahrb. 1854 p. 425, et hoc in A legit Gepp. Stud. p. 77. Superiores longe aberraverant; vulgo: „meum ostendam sensum". R.: „iram ostendam". Idem vero recte: *sensim*. — 1053. *mortalem* Pius. — 1055. *non magis dare hodie* A, quod iam prope divinaverat Camer. — *lapidi* facete, nam et recte dicitur lapidi verba dari non posse, nec displicet comparatio senis cum lapide, quo nihil stolidius est, cf. Mil. 1018. Merc. 624. Ter. Heaut. 917. Hec. 214. — 1056. *ille* omittebat R., sed v. Prolegg. p. 198. — 1057. *praesens praesenti*, cf. Pseud. 1145: „praesens praesentem uides". — 1058. *quid agitur?* quid agis? cf. Pseud. 457. — *Ueniunt rure rustici*. Philolachem arcessitum rus missus erat v. 911. *rure* Lorenz. Langen. Beitr. p. 308 sq. — 1059. Pro corrupto „aduenies" ed. pr. „aduenit"; Dousa „aduenis"; ego cum Buggio *aduenerit*. — 1060. *hunc* ed. pr. — *audacem*, cf. ad Capt. 286. Cic. in Pis. 29, 70: „non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum". — 1061. *Quia* Both. em.; si „Qui" legatur, „neget" scribendum

sit. — *Nec* post „negat", v. Madv. Gr. Lat 458 c, annot. 2. cf. Poen. 776. Ter. Phorm. 355. — 1062. *Abi*, v. ad Asin. 697. — Hunc versum in solo B excipit alter versus, qui meram huius circumlocutionem habet, ut mirari liceat vel Camerarium recepisse vel ceteros servasse. R. sic numeris consuluit: „TH. Quid iam? TR. Scio, iocaris nunc tu: nam ille quidem haut edepol negat". — 1065. *Quin* olim emendatum. — 1066. „est" delevit Pylades. Buggius retinuit ita, ut Tranioni hoc „Est" daret; sed non dubium est, quin plura Tranio dixerit. Acidalius p. 242 rectissime iudicat versum deesse. Animi causa supplebam: „TR. An iurando, quod debetur, hac in urbe soluitur?" — 1069. *quaestioni*, ad quæstionem, cf. 1076. — 1070. *Dat*, præsens pro futuro. Tranionis verba proxima esse viderunt edd.; sed corrupta sunt. Cam.: „Quin et illum in ius iube ire. TH. Iam mane". Both. „cita illum", unde R. „Quin cita illum in ius. ibo, inveniam. TH. Mane". Mihi priora tantum corrigenda videntur; ego scripserim: „Ego conuincam" aut *Quin conuincam illum*. — 1071. *Experiar*, sc. quæstionem in servos. — *Certum est* edd. inde ab Aldo seni continuant; recentissimi cum Langenio Beitr. p. 311: „Experiar; ut opinor, certumst"; B Tranioni dat; is affirmat, Theopropidem, si res in iure agatur, victorem abiturum esse. Sed hic quoque aliquid excidisse numeri ostendunt. Cam.: „mihi huc" ed., R. „Immo mihi"; ego: *tu modo*. — 1072. Hunc versum cum Acidalio Ritschelius et cett. post 1074 posuerunt. Non est opus. Theopropides suam rationem persequitur, ea quæ servus proponit parum curans. *Quid si igitur* codd.; R. cum Guieto: „Quid igitur si", sed cf. ad Capt. 326. supra 224. Epid. 118. — *iam esse* Camer. transp. — 1073. Tranio quamvis domino assentiatur, suum tamen consilium præferendum censet. *Vel* est vel potius, atque adeo, cf. Men. 178. — Corruptelam primum numerorum defectus arguit, cui R. ita succurrit, ut „mancupio aedis" scribat et „Immo" omittat, quo ægre caremus. Verum etiam *mancipio poscere* nec usquam dicitur nec dici posse puto. Mancipio res tradi et accipi potest, posci vix potest. Sine dubio *mancipare* scribendum est. cf. Curc. 495, ut iubeatur Simo ædes mancipio dare, i. e. per æs et libram apud prætorem tradere. Quod si

recusaverit, testibus probabitur eum arrabonem accepisse nec iam integram rem esse. — 1075. *hanc aram* hoc ordine codd., R. inverso. Aram in proscenio stantem occupat, ut eius subsidio tutus sit, v. ad Aul. 598. Rationem quærenti seni se ideo hoc facere dicit, ne vicini servi, quo tormenta vitent, eo confugiant. *Nullam rem sapis*, nihil sapis, nihil intelligis, cf. Pseud. 496. — 1076. *enim*, cf. 1079. 909. — *huc* Saracenus em. — 1077. *ego* ultima longa, v. Muell. Pl. Prosod. p. 30; R. „ergo". — *tibi* dativus ethicus est; *praesidere* in priore loco sedere, cf. Sueton. Aug. 26: „cum mane pro aede Capitolini Iovis paululum curuli sella praesedisset"; imprimis præsidii causa, cf. Truc. 705. Cas. 807. Rud. 1038. — *interbitat*, intereat, v. ad Curc. 141. — 1078. *aram* em. Pylades. — 1079. Post *illi* hiatus in diæresi. R. „illic", Muell. „illi ut". — 1080. *hunc* ed. pr. „condempnabo" fuit in B. — 1081. *Quod agis* Pylades em., cf. ad Capt. 236; coniunctivum frustra defendit Mueller. Nachtr. p. 141 annot. — *serere uis* Both. transp. — 1082 affert Priscianus IV p. 637. *meticulosa*, cf. Amph. 289. — 1083. *est* loco ponitur insolito; R.: „consulerest". Affert Servius in Æn. XI, 343: „consulere quiddam est quod tecum volo". *igitur*, tum, v. ad Amph. 207; Langen. Beitr. p. 312: „Surgedum huc igitur; consulere quiddamst"; sed „igitur" cum „dum" parum convenit. — 1084. *Si.* Quid, si hinc, inquit, quamquam non surgam, consilium dedero? R. Pium secutus: „Sic", quo non opus. — 1086. *Adspice dum contra*, cf. Casin. 868. — *Vides*; consultationem fictam incipit; sed quum non habeat quod dicat, pausam facit, subitoque respondet Tranio. — 1087. *intercedat* D, ed. pr. — 1088. *Qui dum?* cf. Amph. 1025. — *Quia nihil quaesti sit* ed. pr.; R. „ei" addit, quo non opus; „nihil" bisyllabum esse potest; *ita* vero rectissime scripsit. — 1089. *Qui tandem?* Bugg.: „Quoi?" num errore typographico? Saltem minime necessarius est dativus. — *Probe* Cam. em. — 1090. *Med* Both. *emunxti* Pius, v. ad Bacch. 698. Propriam verbi vim retinens Tranio quærit, num satis recte hoc fecerit, ut mucci fluant. Immo, respondet senex, etiam cerebrum mihi ex capite emunxisti, cf. Casin. 370: „ut oculos emungare ex capite per nasum tuos". Verum *cere-*

brum neutri generis est; itaque necesse est *omne* scribatur. Hiatum in diæresi non tulerunt R. „emunxisti" scribens, Bugg. „mi" addens. — 1093. *exradicitus* citat Fronto Ep. de Orationibus p. 156 Nab.: „subvertendam censeo radicitus, immo vero Plautino . . . . verbo exradicitus". Cf. 1018. — 1094. *inultus* Pius em., sed his parum feliciter adiunxit „destinaverim tibi", Acidalius autem „designaveris", ut Ter. Adelph. 87, unde R. totum versum sic refinxit: „Numquam edepol tu haec facinora hodie inultus designaveris". Cautius rem consideranti exitus versus videbatur: *dedisti*, *nam tibi*, in medio autem versu excidisse „uerba" et „mihi". — 1095. *iubebo* et *sarmenta* Pylades em., rectissime, nam „sarmen" nihil est, quamquam retinuit R. „sarmen tibi iubebo" scribens pronomine ex antecedenti versu translato. Igni accenso supplicem, quem vi ab ara abstrahere non audet, ut eam ipse relinquat coacturus est, cf. Rud. 751 sqq. — 1096. Nugæ; quasi piscis esset. — 1097. *Exempla*, severitatis, cf. Bacch. 1089. Ter. Eun. 946: „futura exempla dicunt in eum indigna". 948: „in quem exempla fient". 1022. Tranio scurriliter alio torquet, quasi dixisset se exemplum ab eo petiturum, ut v. 100. Sed interrogandi signum Tranionis verbis addendum est. — *Quia placeo* proceleusmaticum facit; R. „Placeo: eo" edidit, Bugg. „Qui placeo", i. e. „ex me, qui placeo". — 1100. *ergo*, cf. ad Amph. 172. — 1101. *eccum* ed. pr.; *illic* pro „huic" Lingius; R. ed.: „huc ad uos uideo incedere", Bugg.: „uideo huc illim".

1103. Callidamates antequam ceteros conspicit, secum de consilio suo senis pacandi loquitur. *somno* scribendum esse Acidalius vidit; „somno meam" R., „somno iam" ego. *edormiui* Cam. em., cf. Rud. 575: „ut edormiscam hanc crapulam". — 1104—6. Tribus versibus mediis nocuit lacuna per duo folia pertinens, v. 1125—27 et 1146—48. *narrauit* Camer. supplevit; *aduenientem* Aldus. Ne hiatus offendat, R. „eum hominem" maluit; Buggius: *dominum*, quod optime loco convenit. Tertium versum Camerario duce supplevit R. In C „occedere" scriptum est, quod requireret non „in conspectum", sed „obuiam", v. Asin. 401. 499. Pseud. 251. Stich. 672. — 1108. Hiatus ante „optume". Bugg.: „pacem ei".

1110. *face* Scioppius em. — 1111. *Callidamates* R. ut 333 et 365. — *de cena facio gratiam*, i. e. cenam tibi concedo, cenam non postulo, cf. Casin. 352. Trin. 294: „his de artibus gratiam facio, ne colas". Alibi genetivus, ut Rud. 1401: „iuris iurandi uolo gratiam facias". Pseud. 1325: „argenti". — 1113. *irrides* ed. pr. — *Quian*; num ideo me irridere te censes, quia illud dico? cf. Pers. 847: „Quiane te uoco, bene ut tibi sit?" Verg. Æn. IV, 538. — *ire*, i. e. iturum, v. ad 620; *autumo* ed. pr. — 1114. *Non enim*, i. e. immo non, cf. Mil 285: „Non enim faciam, quin scias". Stich. 601. ad Rud. 910. — *ferare*, cf. Amph. 354. — 1115. In B Tranionis nota ante „dic" ponitur. Hoc retento Cam. ed. „Age mitte ista et ito ad me". R. melius: „mitte istaec: te . . . dic uenturum. TR."; sed proprius a codd. est *ista*, *ac te*, quod posui. Rectissime etiam Lomanus Specim. p. 49 totum versum Callidamatis esse vidit. — 1116. *hanc* Pylades addidit; R. minus apte „hinc". — *inscitissumus*, nominativus pro vocativo, v. ad 304. — 1117. *Loquere nunc*; Theopropidem alloquitur. Langen. Beitr. p. 193 „Eloquere" postulat. — 1118. *disputa*, causam age, expone, cf. Men. 50. L. Acil. de repet. v. 38: „Ioudex nei quis disputet". Cic. ad Fam. III, 8, 5: „Disputabant; ego contra disserebam". — 1119. Tranionis notam add. Cam. — 1120. *peccauisse* codd.; peccata deinde exponuntur. Acidalii suspicionem „potauisse" male recepit R. — 1121. *Faenore* scripsi, v. ad 526. — 1122. „aliud" Both. om., R. „faciunt". *summis* B man. sec. — 1123 sqq. Personarum notas ante versus omissas addiderunt edd. *Hercle* Pius. — *mihi tecum cauendum est*, i. e. a te, cf. Pseud. 913: „malus cum malo stulte caui". — *nimis quam es* Camer. em.; R. cum Giphanio: „nimis qui's", quod minus Plautinum videtur. — 1124. *isti*, in ara. Iudicem sedere convenit, reos stare. Theopropides libenter condicionem accipit; Tranio quamquam iudicem non recusat, nolens tamen ab ara surgit. R. minus recte v. 1125 totum Tranioni dedit. — 1125—27. Lacunas in mediis versibus indicant codd. In primo versu *modo* supplevi, R. „tute"; secundum et tertium supplevit Camerarium secutus R. — *Enim istic captiost*, v. Epid. 699. — 1128. *Me ludificatust* codd.; R. inverso ordine, quo non opus. — 1129.

qui sunt Camer. em. Hæc per epexegesin adduntur ad *istac aetate*. Buggius ed.: „oportet te, qui's capite candido". — 1130. Locum restituerunt Buecheler. et Leo Herm. XVIII p. 560. Tranio celeberrimis poëtis Atticis rem narrandam censet. — 1131. *quo pacto* ed. pr. — 1132. *comoediis* idem. — 1133. *parumper*; *sine* ed. pr. — *uicissim me* Acidalius. Mueller. Pros. p. 260 „uicissatim" proposuit, ut Stich. 534; sed illud præfert. — TH. *Licet*. ed. pr., v. 394. — 1135. *eum* pro „illum" Both. versus causa; R. cum Guieto: „Is me adiit". — 1136 iam in D recte scribitur. R.: „Propter ea quae fecit, quom". — 1137. Post *adulescentiaeque* hiatus in diæresi. Both.: „adulescentiaique"; Bugg. cum Muell.: „ut eius". — 1139. *nobiscum una* Cam. transposuit. *nos* Cam. *deliquimus* Pius. — 1140. *emptast* R.; Cam. „quanti" ediderat. — 1142. *magis inpetrabilis*, πιθανώτερος, v. Madv. Gr. Lat. 185 annot. 1. Epid. 342. Merc. 596: „Inpetrabilior qui uiuat, nullus est". — 1143. *iam* R. addidit; idem: „ei suscenseo", quo vix opus est. — 1145. Post *supplici* hiatus, quem defendit Lachm. ad Lucret. p. 388; cf. Luchs. in Studem. Stud. I p. 22. Sonnensch. cum Palmerio addit „ab eo". — 1146. *Dispudet*, cf. Ter. Eun. 832. Præpositio verbi vim auget, ut in dispereo (supra 367). discupio. — Redit lacuna ex v. 1104 sqq. nota per tres versus, sed minore ambitu. In primo versu R. Acidalio duce recte dispositis sermonibus „Si istam das ueniam" scripsit, recte, ut opinor, nisi quod uno loco supplementi verba ponenda sunt: *Istam si huic das u.* Buggius Muellerum secutus ed.: „Post istam ueniam". In proximo versu lacunæ supplendæ causa m addidi, ut *multum* scriberem pro „lutum", cf. Mil. 1393. Gell. I, 13, 13: „vestimenta detrahi imperavit virgisque multum cecidit". Superiores lacuna non animadversa transpositis vocibus (lutum caedere) versum sanari putarunt. Sed convicium, quo in Persa 405 Dordalus „lutum lenonium" appellatur, apud Catul. 42, 13 moecha „lutum, lupanar", nec huic loco nec his personis satis aptum videtur. *caedere pendens*, v. ad Asin. 297. — Tranionis notam addidit Lambinus. *Tamen etsi* em. Grut., cf. Trin. 681. Ter. Andr. 864; Pl. Cas. 882 et Mil. 1202 etiam inter duos versus dividitur. — 1148. *te* Guiet. et Both. add. *si uiuo*

Cam. em., cf. 1049. — *cunctam*, universam, omnibus. — 1149. *amitte* scripsi, cf. Poen. 401: „Etiam tibi hanc amittam noxiam unam". Acidal.: „Tranio" ut 549. — *causa mea*, eodem ordine v. 1157. Men. 1126. Amph. 536. Asin. 67. Bacch. 433. Cas. 249. Merc. 151. Poen. 367. Quin Terent. Eun. 202: „causa uirginis". — 1150. R. cum Bothio mutato ordine: „perferam a me faciiius". — 1151. *pessum*, ad imum fundum, v. ad Aul. 594. Allitteratio quæsita. — 1152. Versus et corruptus, nam „restat" falsum est, et iusto brevior. R. ed.: „CA. Mitte quaeso istum. TH. [Illum ut mittam?] uiden ut astat furciter?" Sed stare servum oportebat; *ut* autem pro „quam impudenter" non satis clare dicitur. Itaque scripsi: „Uiden tu ut ridens adstat". — 1153. *quiesce, si sapis* Camer., quod retinui, quamvis offendat dactylus in quarto pede. Fleckeis. et R.: „si sapis, quiesce". Mueller.: „quiesse satiust". Sonn.: „quiesce; sapias". — *quiesce petere*, i. e. desine, omitte, cf. Gell. II, 28, 2: „dei nomen edicere quiescebant". supra v. 137. — 1154. *uerberibus* numerorum causa traiecit Acidalius. — 1155. Personas recte distribuit ed. pr. Post *profecto* hiatus. Muell. „Nihil opus profectost. CA. Age age" coniicit, sed gravius vitium inesse credit p. 660. *ted* Guietus. — 1156. *Nequiquam* R. ut 246, Bacch. 131. 698. Casin. 548. Mil. 1388. Merc. 193. 355. 431. Pseud. 436. Poen. 801. Pers. 357. (errore typographico „nequidquam" expressum est). Trin. 442. 567. 973. — 1157. *missam* Lomanus em. — 1158. *cras* Cam. em. — 1159. Ne hiatus sit post *Ibi*, R. „tu" addit, Muell. et Bugg. „tum". — 1160. *Em*, v. ad Amph. 771. — 1161 Cantori tribuit R., v. Proleg. p. 173.

COMMENTARIUS

IN

MENÆCHMOS.

Menæchmorum argumentum hoc est. Syracusanus quidam geminos filios habuit, Menæchmum et Sosiclem. Horum alterum quum Tarentum ad mercatum secum eduxisset, furto subreptum amisit; ipse dolore consumptus moritur. Alterum filium domi relictum avus illius nomine Menæchmum appellat. Is (Sosicles s. Menæchmus II) postquam adolevit, fratrem amissum per omnes terras quærens post longos errores tandem Epidamnum, ubi frater erat, devehitur, ibique similitudo gemellorum, qua maior nulla cogitari potest, primum maxumas turbas creat, tum efficit, ut inter se agnoscant. Nam Menæchmus ille Epidamnius (Menæchmus I), quem uxoris cum magna dote ductæ iam tædet, amicam habet Erotium meretricem. Ei pallam uxori surreptam affert prandioque apud eam condicto una cum parasito ad forum proficiscitur. Interim alter Menæchmus cum Messenione servo a navi advenit. Is et a coquo Erotii et ab ipsa Erotio pro fratre habitus nec prandium sibi oblatum aspernatur et præda onustus discedit, nam meretrix pallam sibi datam, ut a phrygione reconcinnetur, ei tradit. Sed nondum locum reliquit, quum parasitus advenit. Is graviter questus, quod sine se prandium instituerit, quum ab homine, qui eum numquam vidit (Menæchmo II), cum contumelia abire iubeatur, iratus ad uxorem Menæchmi (I) se confert, eamque et de amica viri et de palla surrepta certiorem facit. Huic ad Erotium properanti, apud quam virum suum se oppressuram sperat, ipse vir a foro rediens obviam fit et convicio tam uxoris quam parasiti obruitur, quumque uxor ante omnia, ut pallam sibi reddat, postulet nec nisi ea recepta domum eum intrare patiatur, ad Erotium conversus

eam exorare conatur, ut sibi pallæ gratiam faciat. Illa vero, ut quæ pallam nuper se ei tradidisse censeat, graviter irata suis et ipsa ædibus eum prohibet, ut iam utrinque exclusus ad amicos abire cogatur. Quo facto Menæchmus II pallam etiam nunc manibus ferens matronæ occurrit. Hæc virum suum credens vehementer in eum invehitur, illoque se eam numquam vidisse affirmante patrem suum arcessit, qui eum (Menæchmum II), quum ne se quidem agnoscat, pro insano habens medico tradere statuit. Qua de causa dum servos arcessit, Menæchmus (II) fuga se eripit. Sed redeunte cum servis sene frater (Menæchmus I) advenit. Is iam pro insano abreptus esset, nisi Messenio forte occurrisset eique, quem suum herum esse existimabat, opem tulisset. Pro quo beneficio quum libertatem sibi expetit, a falso domino non difficulter impetrat, sed mox verus herus se eum manu misisse præfracte negat. Tandem uterque frater in eundem locum convenit, totaque re patefacta omnes turbæ explicantur. Menæchmus I cum fratre Syracusas revertitur et Messenio libertate donatur.

Lepidissimam et perridiculam fabulam ex quo Græco poeta Plautus expresserit, ignoratur. Qui ex prologi v. 12 de Epicharmo auctore cogitarunt, sine dubio errarunt; inter recentiores Atticæ comœdiæ scriptores auctor quærendus est. Horum autem non pauci turbas ex similitudine gemellorum ortas tractasse videntur. Præter Bacchides sive *Δὶς ἐξαπατῶν* etiam *Δίδυμαι* Menandri laudantur, *Αὐλητρὶς ἢ Δίδυμαι* Antiphanis, *Δίδυμοι* Antiphanis, Alexidis, Anaxandridis, Xenarchi, Aristophontis, Euphronis, neque quidquam obstat, quo minus etiam aliorum fuerint. Ladewigius in Philolog. I p. 288 et Brixius et Wagnerus Posidippi fabulam fuisse suspicantur, quoniam, quum in ceteris coqui de foro conducantur, hic Cylindrus coquus Erotii apud ipsam servitutem serviat, Athenæus autem apud unum Posidippum hoc inveniri affirmet, v. annot. ad Aulul. 272 p. 300. Cui testimonio quum tantum tribui non possit, ut illud inde effici credamus, tum nihil obstare nec veri similius quidquam allatum esse concedendum est. Posidippum quidem apud Romanos in magno honore fuisse et Vaticana statua (Clarac, Musée de Sculpture V, pl. 841 n. 2120) testatur et Gellius II, 23, 1: „Comoedias

lectitamus nostrorum poetarum sumptas ac versas de Græcis, Menandro aut Posidippo aut Apollodoro aut Alexide et quibusdam item aliis comicis".

Nec magis sciri potest, quo tempore hanc fabulam Plautus scripserit aut docuerit. Nam quod plerique inter antiquissimas Plauti fabulas eam numerandam esse affirmant, id iis, quæ afferuntur, rationibus non efficitur. Quis enim tantum tribuet metricis rationibus, quibus utitur Ritschelius, Plautum sibi plus licentiæ in hac quam in ceteris fabulis sumpsisse vel in producenda ultima vocum mihi, tibi, sibi (v. c. 300. 1014. 1018. 1087, quos locos omnes corrigit, ut ipse quidem eorum testimonio uti non possit) vel in hiatu admittendo in cæsura septenarii trochaici? quæ et legitime fiunt et in omnibus fabulis frequentissima sunt, cf. Spengel. Plaut. p. 55 sq. et 178. Graviora videntur quæ ex historia petuntur. Nam ex v. 404, ubi Hiero quum maxime Syracusis regnare dicitur, effici putarunt ante a. 216, quo Hiero mortuus est, actam esse fabulam. Sed primum in toto illo loco historiæ veritas ludibrio habetur, deinde, ut Brixius animadvertit, fieri potest, ut ex Græco poeta translatus sit; quod si factum est, id unum efficitur, Græcam fabulam inter annos 275 et 216 a. Chr. n. esse scriptam.

Renatis autem in Italia litteris multos hæc fabula amatores habuit sæpiusque eam vel ipsam rettulerunt vel imitati sunt et in suum usum converterunt poetæ. Ferraræ Plauti Menæchmi a. 1486 Italice versa acta esse traditur (Ruth, Geschichte der italischen Poesie II p. 115), iterumque 1501 „Menechino di Plauto" mutato nomine in similitudinem personæ Mediolani usitatæ (Burchardt, Cultur der Renaissance p. 319). Ex hac fabula non pauca Bernardus Dovitius, cardinalis de Bibiena, in fabulam, quæ inscribitur „Calandria", et Ioannes Maria Cecchi in „la Moglie" transtulerunt. Propius ad Plautum alii accesserunt, quos accurate examinavit Gigas in „Nordisk Tidskrift for Filologi og Pædagogik" n. s. I p. 126 sqq. (1874), Ioannes Georgius Trissinus, cuius fabula „I Simillimi" Venetiis edita est a. 1547, Agnolo Firenzuola, cuius optima comœdia „I Lucidi" edita est Florentiis 1549. Tum Hispani poetæ Ioannis de Timoneda est „Comedia de los Menecmos (Menemnos)"

1559 edita. In Anglia prius etiam quam in Italia ex Plautina fabula ductæ agebantur Errorum comoediae (v. Ward, Engl. dram. Lit. I p. 373, quem laudat Wagnerius in introductione), omnibusque nota est, quæ Shakespearii nomine fertur, „The comedy of errors". Accedunt Galli poetæ, Rotrou, cuius „Les Ménechmes" acta est 1632, et qui liberius rem egerunt, Regnard, „Les Ménechmes ou les jumeaux" 1705, Boursault „Les Menteurs qui ne mentent pas", Cailhava, „Les Menechmes Grecs" (v. Dunlop, Hist. of Roman litt. I p. 185 sqq.). Postremo Goldoni scripsit „I due gemelli Veneziani".

Hanc autem fabulam quum plerique viri docti, velut Ladewig. in Phil. XVII, Dziatzko in Ann. phil. CXVII, Goetz. Act. Lips. VI, adeo Plautinam iudicarent, ut præter prologum et unum et alterum comoediæ versum ab additamentis alienis liberam esse censerent, a. 1882 Sonnenburg Bonnensis exstitit, qui nullam fere fabulam Plautinam tot tantaque retractationis signa præ se ferre contenderet; vix ullam scenam sententiis repetitis aut pugnantibus inter se carere, ita ut uni eidemque ingenioso poetæ integra tribui fabula non possit. Argumentis autem utitur iis, quibus totum hoc disputandi genus minime commendatur, plerumque modum in scirpo quærens, dum eam exigit veri similitudinem, quæ non dico ab antiquis, sed ne a nostri quidem sæculi poetis exigi possit, illud autem prorsus non curans, si quis tanta exstitisset audacia, ut Plautinam fabulam totam refingeret, quo artificio aut qua stupiditate fieri potuerit, ut librarius utriusque comoediæ versus tam inepte inter se commisceret.

Menæchmos separatim ediderunt cum commentario Germanico Iulius Brix 1866, 1873, 1880, cum Gallico Benoist Paris 1877, cum Anglico Wagner Cantabrig. 1878. I. Vahlen ed. in usum lectionum suarum 1882. Quod ad criticam fabulæ condicionem attinet, palimpsesti folia ad Menæchmos pertinentia continuerunt versus 92—127, 160—299, 337—372, 435—581, 1112 ad finem, v. Ritsch. præf. et Geppert. Stud. II p. 64 sq., sed magnam partem tam corrupta sunt, ut fere nihil legi potuerit; in hac editione tantum a v. 166 ad 287 et a 113 ad

580 scripturæ eius afferuntur. Codicum Palatino-Vaticani et Heidelbergensis scripturas ex Ritschelii editione attulimus.

In personarum nominibus perpauca animadvertenda. *Erotium* meretricis nomen est etiam apud Turpilium v. 187 et in titulis Latinis. Parasitus quod *Peniculus* appellatur, ipse nominis rationem affert v. 77 sq.; coquus autem quod *Cylindrus* vocatur, a cylindro, quo in rotæ modum volutato coqui interdum utuntur, tractum videtur. *Messenionis* nomini in titulis versibus 224 et 346 antepositis rubricator „senex" addidit; Plautus senem esse non voluit, nam v. 1002 adulescens vocatur.

Argumentum

acrostichon qui composuit, antiquitatis affectandæ causa *Menæchmei* scribit, cuius scripturæ etiam alia vestigia in hac fabula et in A et in B Ritschelius animadvertit præf. p. IX. — 2. *Ei* bisyllabum est. Anacoluthi autem genus est Plauto inusitatum, nam si nomen præmissum cum prædicato non congruit, ad proximum relativum accommodari solet, quod hic non fit. — *surrupto*, i. e. subrepto, h. l. et fere per totam fabulam codd. Tum hiatur in cæsura. Ritsch. „illorum altero" scripsit, Muell. „altero ilico". — 3. *surrepticii* Camerarius, cf. v. 7 et Prol. 68, prob. Muell. p. 490. Post *illi* hiatus parum excusabilis in cæsura hephthemimeri. Cam.: „indit illi". Brix. „Nomen surrupti indit illi" cum hiatu in cæsura; R. „ibi" add. Est autem hic versus ex 42 factus. — 4. *Menaechmum e Sosicle* R., cf. 1103. — 6. *post*; immo postremo, tandem. — 7. *alitus* Pylades em.; „Huc . . . ductus" Meursius. — 8. Post *Menaechmum* hiatus; edd. post Pyladem vulgo: „ciuem credunt omnes." — 9. Advenam pro cive habent, eumque *appellant* nomine, Menæchmum scilicet, quod ex antecedentibus audiat qui velit. Brixius verbo obiurgandi vim tribuit ut Cic. Off. I, 25, 89: „Cavendum est, ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem". Sed a leni appellatione multum absunt convicia et vincula, quibus oneratur Menæchmus pro fure et insano habitus. — 10. *Ii* pro una syllaba est. „Ibi" Both., R.

Prologum

non ab ipso Plauto scriptum esse, nec Plautinæ ætatis esse sed aliquanto posterioris, facile apparet et ab omnibus conceditur; nec ipse qui composuit dissimulat, quippe qui v. 3 Plautum quasi alienum hominem se adferre dicat. Quod igitur in cod. B titulo additur „poeta", hoc nomen sibi prologus ipse non arrogat, si quidem v. 7 sqq. poetas sibi opponit Histrio fuit poetæ nomine parum dignus, homo ita ineptus, ut facetiæ eius præter ipsum vix cuiquam placuerint, ita loquax, ut, quidquid in buccam venisset, protulerit, ita rudis, ut prima doctrinæ elementa nec a grammaticis aut rhetoribus didicerit nec suo ingenio perspexerit. His vitiis animadversis quum Osannus Anal. p. 178 et Ladewigius Philolog. I p. 278 hunc prologum ex disparibus partibus conflatum putassent, Ritschelius rectissime „eius" inquit „ineptias plurimas patienter tolerare præstabit quam vel emendando vel resecando tollere"; sed re ipsa non toleravit, nam et non pauca mutavit et duobus locis versuum ordinem invertit, quamvis nihilo melior ea re compositio fieret. Postea alii viri docti elaborarunt, ut prologum non ab uno poeta compositum ostenderent, sed quum ab initio brevior fuisset, postea alterius poetæ additamentis auctum et amplificatum esse. In tali sententia fuerunt Teuffel, Annal. philol. XCV p. 32 sq., Langen, Commentat. de Menæchmorum prologo, Monast. 1873, Dziatzko in Annal. philol. CVII p. 833 sqq., nec negari potest vv. 7—16, 63—67, alia optime abesse posse, sed alius ingenii esse quam reliqua non video, nec editoris est curare, ut histrio minus ineptus appareat, quam re vera fuerit.

1. A *salute* incipit ut Casinæ prologus, sed hic quidem, ut ridiculus sit, non spectatoribus solum, sed etiam sibi salutem optat. — 2. *nuntio*, v. Curcul. 523. — 6. *in verba conferam pauc.*, cf. Poen. 1222: „in pauca confer". — 7. *Atque*. Atque hoc, inquit, primum dicam, argumentum non Atticum sed Siculum esse. His præmissis v. 11 eo redit, unde digressus est, ad argumentum enarrandum. Ritschelius „Atqui" scripsit, et huic versui anteposuit vv. 11—12; sed ante hæc quoque ex-

cidisse aliqua censebat. Mueller., Nachtr. p. 128 pro *Atque* „Alii“ voluit. Quod ad rem attinet, quum Græci comœdiæ recentioris poetæ plerumque Athenis agi res voluerint, non semper hoc factum esse, vel ipse Plautus docet, cuius ut hæc fabula Epidamni, ita Amphitruo Thebis, Captivi et Poenulus Calydone, Curculio Epidauri, Miles Epheso, Rudens Cyrenis agitur; sed eidem Plauto ita omnia Attica videntur, ut in Poenuli v. 369 sui oblitus servam Calydone manu missam civem Atticam fieri dicat. — 9. *Quo illud*; hiatus. R. cum Pylade: „Quo uobis illud“. — 10. *factum dicitur*, quasi non de ficto argumento, sed de re facta aut saltem ab aliis narrata ageretur, cf. v. 22 et 46. Contra aliorum errores hoc vindicavit Schwabe, Ann. phil. CV p. 403. Dziatzko, Ann. phil. CVII p. 838 not. parum recte „a Plauto dicitur“ enarrat. — 11. *Atque adeo*, ac sane, et quidem, v. ad Curc. 333. — *tamen* in principio sententiæ, ut Cic. Div. in Cæcil. 6, 21. — 12. Græcum, ait, argumentum est, sed Siculum, non Atticum, nec Attico sed Siculo sermone utuntur; nam Menæchmi fratres Syracusani sunt. Nugæ hæ sunt, sed prologo convenientes. Qui his verbis Epicharmum poetam significari putarunt, miram Romanis spectatoribus eruditionem tribuerunt, qui istud intelligere potuerint, præsertim quum ne fabula quidem sed argumentum Siculum dicatur. V. 12 respicit Festi Ep. p. 28: „Atticissat: attice loquitur. Plautus: non atticissat sed sicilissat, i. e. sicule loquitur“. *sicelicissitat* scripsi cum codd., nisi quod cum cett. edd. in secunda syllaba *e* scripsi, non *i*; derivatur enim vox non a sicilico sed a Græco adiectivo *Σικελικός*. Ut ex *ἀττικός ἀττικίζω* fit, ita ex *σικελικός σικελικίζω* fecit prologi scriptor; versus autem gratia iterativa forma usus est: sicelicissito; quæ si nobis parum placet, prologi auctori placuit, ut in prologo Amphitruonis „tragicocomoedia“, de quo vid. Præfat. vol. II p. XII. Lambinus „sicelissitat“, Ritsch. „sicelissat“ edidit, quod quum versum non expleret, „tamen“ addidit. — 13. *Antelogium*, præfatio. Auson. Epist. 16: „Hi igitur, ut Plautus ait, interim erunt antelogium fabularum“. Symmachus Ep. I, 71. VIII, 23 „anteloquium“ habet. Hiatur non solum in cæsura, sed etiam ante „hoc“. Muretus et Lamb. „antelogium quoddam hoc“ scripserunt, Ritsch.

„Huic fabulae argumento"; equidem proposuerim: „Huic argumento hoc antelogium fuit" cum hiatu in cæsura; Gertz „fuerit" producta prima. — 14. Argumentum se promittit copiose narraturum vel, ut ait, larga mensura dimensurum, non *modio* neque *trimodio* (cf. Hultsch. Metrolog. p. 94) sed ipso horreo. Ceterum codd. h. l. ut vulgo non dimensum, sed *demensum* habent. — 16. *Tantum*, i. e. tantopere, v. Madv. ad Cic. Fin. I, 2, 5. R. cum Mureto „Tanta"; sed cf. Verg. Æn. III, 348: „Et multum lacrimas verba inter singula fundit". — *adest* pro pyrrhichio legendum; Cam. „est" ed., R.: „Tanta ad narrandum nostra adest benignitas". — *benignitas*, cf. Mil 80. — 17. *senex*, non nimis; patrem superstitem habebat v. 38. — 19. Post *pueri* hiatus; Camer. „uti" ed., fortasse recte, quamquam *ut* etiam Nonius habet p. 343: „Matrem veteres etiam nutricem dici volunt, Plautus Men. cet.", iterumque fere iisdem verbis p. 423. Utroque loco præter Plauti Menæchmos affert Verg. Æn. VIII, 632: „lambere matrem impavidos", ubi Servius quoque nostrum locum respicit („et mater non possit dignoscere, quæ mammam dabat"). Sed Vergilii locus nihil insoliti habet; aptius afferretur Truculent. 892: „Puero opust cibo, opus est matri autem, quæ puerum lauit", quam a genetrice diversam esse apparet. Dziatzko (Ann. phil. CVII p. 837) partes versuum 20—21 „quae mammam dabat, neque adeo mater ipsa" delebat. — 24. *postquam* cum præsenti historico iungitur ut „quom" v. 29. 1095. 1116. am. ad Amph. 661. — 26. Post *geminum* hiatus in cæsura; R. cum Hermanno: „geminorum"; Mueller.: „geminum item alterum". — 31 *ibi* versus causa R.; Acidalio auctore edebatur: „Puer aberrauit inter homines". — 32. *Epidamniensis*, ex Epidamno Epiri oppido, cuius alterum nomen Dyrrhachium Romani ominis causa præferebant, v. infra 261. Plin. H. N. III, 23, 26, 145. — 33. *auehitque Epidamnum cum* Seyff. em. Philol. XXV p. 451; Acidal. emendaverat: „in Epidamnumque auehit". — 35. *animum despondit*, cf. Mil. 1047. Liv. III. 38, 2. — *eaque is* Cam. — 37, si recte traditus est, et cæsura caret et *redit* pro pyrrhichio legendum; sed fieri potest ut *Syracusas* alteram corripuerit, cf. Præf. vol. II p. XI, et „rediit" scribendum sit, ut voluit Br. — 38. *surruptum*, cf. Arg. 2. — 39. Versum

ἀπ᾽ ἴσου delebant Both., Dziatzko; potius crediderim leviter corruptum esse, ac mutato ordine scripserim: „esse Tarenti"; nec aliter Fleckeis., nisi quod, quum hiatum in cæsura non ferret, „eius esse" scripsit. Br. „Tarenti" primam producere ceu et — 40. *huic auos* transp. Pyl., R.: „gemino nomen auos huic". Wagn. „geminorum". — 42. *illi qui*, i. e. ei qui, solito Plauti more. R. inutiliter: „ille ei qui". — 43. *Menaechmo*, ut Menæchmus appellaretur, quo nomine et alter geminus fuerat et avus erat; oratio prolixa, sed a prologi ingenio non abhorrens, ut iure animadvertit Vahlenius in Mus. Rhen. XXVII p. 173 contra Ritschelium, qui versus 43—46 versibus 47—48 postposuit et in primo pro *fuit* „facit" scripsit. — 45 affert Non. p. 499. — 46. Prologus suo more ait se ipsum Syracusis Menæchmi nomen audisse, quum a creditoribus vexaretur clamore nomen eius efferentibus; *flagitare* in hac re proprium verbum est, v. ad Casin. 24; de re v. ad Curc. 678. Locum recte intellexit Weisius. Ladewigius (Philol. I p. 279) et Br.[1] ad spectatorum favorem rettulerunt; hos enim clamore postulasse ut hæc Plauti fabula referretur; sed nec fabula in superioribus commemorata est, ut sciri posset, quo demonstrativum pronomen spectaret, nec masculino genere (*illum*) significari potuit. Dousa, Schwabe, Br.[2] de præconis clamore intelligunt amissum puerum publice reclamantis; sed cur prologus se hoc vidisse diceret, in quo nihil salsi aut ridiculi inest? — 48. Quæ extremo versui addit C, ex v. 51 eo tralata sunt. — 49. *in Epidamnum*, cf. ad Bacch. 169. — 50. *examussim*, ad Amph. 836. Affert Nonius p. 9. — *disputem*, expouam, cf. Most. 1118. — 51. *Epidamnum*. Edd. vet. a Pylade „Epidamni", sed antiquorum mori convenit motus notionem retinere. Spengel. Philol. XXXVII p. 419: „Si quis quid uostrum in Epidamnum curarier Sibi uelit, audacter cet.". Huic loco geminus est Poenuli prol. v. 79 sq.: „Reuortor rursus denuo Carthaginem. Si quid mandare uoltis aut curarier, Argentum nisi qui dederit, nugas egerit; Uerum qui dederit, magis maiores egerit". Argentum enim amiserit. — 55. „Nam nisi" errore ex antecedenti versu repetita esse vidit Pylades. R. male: „Nisi quod". — *magis maiores*, v. ad Amph. 297. — 56. *atque*, i. e. ac tamen, quamquam, cf. ad Aul. 279. „atque

edepol" Pseud. 788. 1026. Prologus sibi placet in eo loco, quem v. 49 („pedibus") instituit. *uno*, eodem, cf Capt. 187 — 57. *ille* priorem corripit. Mueller Pros. 338 ausus est: „ut dudum". *dudum*, v. ad Amph. 654, i. e. modo, quod substituebat Dziatzko l. l. p. 837, ne „ille" priorem corriperet. — 58. *alterum* ed. pr. — 59. *diuitiae* item. Hic parenthesin potius quam anacoluthon agnosco. — 62. *quom* Pius. Idem versus Poen. 77. — 63. *pluerat* priore longa, ut „fuimus" Capt. 261. Affert Consentius p. 378 K. Ald., Bentl., R. „pluuerat" scribunt. — 64. *Ingresso* em. Dziatzko l. l. p. 836; „Ingressust" Bergkius. — 65. *pedes* Saracenus em — 67. Hiatus in caesura; Pylades „Ita" addebat, Guiet. „tum". Spengel. Philol. XXXVII p. 435: „prouenerunt". — 69. *habet*, habitat, v. ad Aul. 5. — 70. *uenit* codd.; „ueniet" Gepp. Brix. — 72. *Haec urbs*, quam scena spectatorum oculis offert — 74. *familiae*, histrionum, quos plerumque servos fuisse constat, v. Friedlaender in enchiridio Becker-Marqu. IV p. 534 sq. — *mutarier* Cam. — 75. *Modo hic agitat leno* Gruter., sed inusitate verbum absolute ponitur, et per appositionem adduntur quae obiecti locum tenere debebant; nam vulgo dicitur lenonem aut lenonis partes agere. Ceterum hac sententia nimis abrupte terminari prologum, Bothius intellexit. Loewius autem palimpsestum uno versu auctiorem fuisse indicavit.

77 Initium fabulæ facit parasitus ad patronum suum Menaechmum (Epidamnium) se conferens. Is, ut solent in comoediis eius generis homines, ridicule ingenium suum promit. v. Stich. 158 sqq. et, qui locus nostro similior est, Capt. 69 sqq. *Peniculum* se vocari ait, quia mensam, quum edat, ita detergeat, ut nihil relinquatur; peniculo enim servi mensas detergere solebant. „Peniculi" ait Fest. Ep. p. 208 „spongiæ longæ propter similitudinem caudarum appellantur; penes enim vocabantur caudae". Hoc quidem ex Ciceron. ad Fam IX. 22, 2: „Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus". Verum non similitudo solum quaesita est; peniculus est deminutiva forma vocis q. e. penis, ut non tran-

lato sed propria vi penicilli dicti sint, quibus utuntur pictores, qui ex pilis aut setis facti sunt, v. Plin. H. N. XXVIII, 17, 71, 235. Postquam ad abstergendum spongiis uti coeperunt, his quoque penicillis nomen inditum est. Talis h. l. significari videtur, item infra v. 283 et 381. Rud 995: „Ego iam hic te, itidem quasi peniculus nouos exurgeri solet, Ni hunc amittis, exurgebo quidquid humoris tibist". Ter. Eun. 777: „Quid? ignaue, peniculon pugnare, qui istum huc portes, cogitas? SA. .... qui abstergerem uolnera". Columel. XII, 18, 5: „penicillo detergitur". Plin. H. N. IX, 15, 69, 148: „Spongiarum genus tenue densumque, ex quo penicilli". id XXXI, 11, 47, 125. — Pluribus de hoc nomine parasitum Plautinum disputasse et post v. 78 non nulla desiderari Ritsch. et Brix. putarunt; 77—78 spurios censent Sonnenb. et Ribbeck. Mus. Rhen. XXXVII p. 532. Priorem versum affert Servius in Georg. I, 137, alterum Fest. p. 258 et Marius Sacerdos p. 486 K.

79—95. Homines non catenis sed cibo vinciendos esse docet. — 82. Post *Nam* hiatus; vulgo cum Cam. „Namque". Mueller.: „Nam hoc homini". Sed dubitari potest, num 82—83 genuini sint. — 84. „*eximunt*, expediunt", Br. — 85. Pro „Tum" R., Br.[1] „Dum" scripserunt; Lorenz. in Rec. Gotting. 1868 p. 1211 *Cum*, i. e. Quom. Ribb. Mus. Rhen. XXXVII p. 532: „Tam", i. e. Tamen. — *anum* ... *praeterunt* recte B et Nonius p. 333, i. e. anulum ferreum compedum terendo rumpunt. Beroaldi mutatione „perterunt" non opus est. — 86. *clauom*, quo catenæ ad robur carceris fixæ sunt, *lapide* percutiendo forcipis opus agunt. — 89. Post *plenam* hiatus in cæsura; R. „tu" add. — *homini* codd., „hominis" Nonius p. 455: „*Rostrum* hominis dici non debere, consuetudo præsumpsit"; sed afferuntur exempla: „Apud Plautum in Menæchmis positum sic: aput mensam plenam hominis rostrum deligis", al. — 90. *edit*, v. ad Capt. 460. infra 446. — 91. Hic versus ab A abesse et spurius videbatur Geppertio, Stud. II p. 64; Loewius negat. — Post *arbitratu* hiatus in cæsura; R. „usque" addit, coll. Poen. 533: „ubi bibas, edas de alieno, quantum uelis, usque adfatim". Bacch. 1124. — 92. *Numquam hercle effugiet tametsi*, Nonius p. 35. *Capital*, scelus quod capite vindicatur, cf. Cic. Leg. II, 8, 21: „qui non

parnerit, capital esto". al. — 93. „*dum*, quam diu" Br. — 94. Nonius p. 108 parum accurate affert: „Ea enim fere lenta". *Ita*. v. Langen. Beitr. p 233. — *uincla escaria*, i. e. escarum. Hæc non facile rumpi dicit; lentissima esse, atque etiam contra atque alia vincula, quo magis extendantur, i. e. quo largiores fiant epulæ, eo magis artiusque adstringere. *Quam magis*, v. ad Asin. 157.

96. *Nam* non tam rationem affert quam exemplum. v. ad Asin. 122. — *hunc*, i. e. eum qui hic habitat. Ritsch. cum Pyl. „nunc", quo hiatum in cæsura evitet; Muell. „hunc nunc". — *quoi* ed. pr., Weis., Langen. in Philol. XXXIII p. 709: *iudicatus* est enim adiudicatus, addictus, cf. Asin. 928. Cic. p. Flacco 19, 45. Senec. Ben. IV, 12, 2. R. et Br.: „Quo . . . ., ultro eo", coll. Stich. 145; sed proxima „*ut me uinciat*" ostendunt eum se comparare cum iis, qui æris alieni causa creditori addicuntur, v. Poen. 1338. Rud 880; his autem iudicium non ut eant imperat, sed ut trahantur permittit. — 98. *alere* minus est quam *educare* et *recreare*; illud necessitatis est, hoc necessitati adiunctam habet benignitatem et curam. Commemoravit Nonius p. 422, qui etiam ex Attii Andromeda affert: „Alui, educaui; id facite ut gratum sit seni". Cf. infra 890. — 99. *nullus*, i. e. nemo, cf. Amph. 289. Aul. 490. Bacch. 188. 253. 333. 511. Capt. 154. Merc. 168. 597. 885. Pseud. 295. Rud. 1210. Stich. 106. 221, et „ullum" pro „quemquam" Most. 699, idemque, quum apud Ciceronem eiusque æquales non inveniatur, Senecæ temporibus non est rarum. — *medicinam*, nam recreare medici est. — 100. *Ita*, talis, v. ad Amph. 571. — *escae maxumae*, cibi plurimi; Br. conf. Cic. Fam. IX, 26 extr.: „multi cibi hospes". Hor. Od. 1, 36, 13: „multi Damalis meri". — 101. *Cerialis* R. scripsit ex Festo p. 310, eandemque formam ex titulis inferioris ætatis affert Corssen. Ausspr. I p. 302. Cereales cenæ sunt opulentæ, nam Cerealibus, circa Idus Apriles, Romani, maxime plebeii, in vicem se invitabant et „mutitantes" cenas lautas dabant, v. Gell. XVIII, 2, 11. — *mensas* Festus l. l. — *exstruit*, cf. Cic. in Pis. 27, 67. Tusc. V, 21, 62. Vulgo „structor", v. Marquardt. Privatalterth. I p. 152. V. 102 *struices patinarias*, i. e. strues

patinarum, ut Festus [illegible]. Eubulus in *Κατακολλωμένῳ* fr. 2: *πέμματ' ἢ [illegible]*. — 103 affert Donatus in Ter. Phorm. 2, 2, 29. — 104 sqq. *hos dies multos*, cf. Pseud. 9. infra 368: „triduum hoc“. Iam aliquot dies ait se apud Menæchmum non cenasse: domi semper fuisse *cum caris suis*. Hoc qui audit, uxorem liberosque intelligit (cf. Lactant. VI, 12, 23), sed simul aliud intelligendum, quod proprie ad parasitum pertinet, idque proximo versu indicatur, ubi se nihil edere dicit, nisi quod carissimum sit, i. e. maximo pretio constet. His igitur diebus, quibus domi cenatus est, non caros domi habuit, sed cara, i. e. pretiosas lautæ cenæ reliquias (cf. ad Cur. 321). Principium versus 105 corruptum videtur; „domi domitus“ legitur Lucr. V 1334, sed hoc nihil ad nos. Ritsch.: „Domi dum dominus sum“. Vahlen.: „Domi dominatus sum“. Brixius [2] „domitum“ pænultima longa Plautum formasse putavit, quasi domi inclusum, in tertia ed. Madvigium secutus: „Domi dum inuitus sum“, ego: *Domi dum intus sum*: cum hiatu legitimo. — 107 Pareus explicat: „Id quoque accidit, ut cari cibi et dapsiles, qui instruuntur in mensa et tanquam milites in acie collocantur“ (conf. Capt. 153 sqq.), „desertores ordinis sui esse incipiant nec locum obtineant“. Principium „Id quoque iam“ Vahlen. Ind. lect. Berol. 1880 p. 7 defendit; et grammatica quidem iunctura non improbabilis est, sed logicus sententiarum nexus deficit, quare cum Brixio Ritschelium secutus scripsi: *Sed quoniam*. — 108. *ad eum inviso*, cf. Merc. 547. Stich. 69.

110. Menæchmus domo exit. Quem postquam uxor retinere conata, quo eat, rogavit, gravissimo eam convicio insectatur, ut fere homines, quos iure obiurges et aliquid deliquisse suspiceris, quasi iniuria offensi opprobriis se defendere solent. Hic vero gravissimæ sibi noxiæ conscius erat. Meretrici enim pallam uxoris furto subreptam dono daturus erat, eamque, ne quis videret, ipse induerat suoque pallio tectam gerebat, v. 189 sqq. — Cantici numeri hi sunt. 110 tetrameter creticus, sed tres pedes choriambi sunt. 111 compositus ex duobus dimetris trochaicis catalecticis. 112—113 tetrametri cretici, 114 compositus ex duobus dimetris anapæsticis catalecticis,

115—18 tetrametri cretici. 119 trochaicus octonarius. 120—24 iambici dimetri. Sequuntur septenarii trochaici.

110. Mire antiqui grammatici, Servius in Æn. III, 686: „Antiqui *ni* pro ne ponebant, qua particula plenus est Plautus: ni mala ni stulta sis", et Donatus in Eunuch. 2, 3, 36: „Veteres *ni* pro ne ponebant, ut Plautus: ni stulta sis" (de qua re v. a. Most. 406). Hic hypotheticum esse apparet. — „sies" Both. al., ut versus trimeter anapæsticus sit. — 111. Ante *habeas* hiatus. Secutus sum Winterum, Reconstruction der Plautinischen Cantica p. 62; ceteri trimetrum anapæsticum faciunt. — 112. *tale*; quale sit, ex 114 sq. intelligitur. — 113. Minatur se eam domo expulsurum, ut ad patrem redire cogatur. *uisas*; Madv. „uises" volebat; v. ad Amph. 351. — 114 Ritsch. „ego" post „foras" addito octonarium trochaicum fecit. — 116. *pelam* Cam. em. — „legerim" nemo intellexit. Ed. pr. „egerim"; sed hoc a redeunte, non ab exeunte quærendum erat. Haupt. Herm. V. p. 176: „quid foras egeram". Num fuit: „quid foris pegerim", i. e. pepigerim vel pactus sim? v. Priscian. X p. 894. — 117. Nonius p. 24: „*Portitores* dicuntur telonarii, qui portum obsidentes omnia sciscitentur et ex eo vectigal accipiant", inter alia hunc locum sic affert: „portitorem domum duxi; ita mihi Necesse est eloqui, quidquid egi atque ago". Unde v. 118 *eloqui* R. — 119. R. *ego* delebat; Br. proceleusmaticum admittit. *Ut facturus*, sc. sum, v. ad Amph. 56 et 569, infra 602. — 121 sq. Servius in Æn. IV. 373. „Plautus Menæchmis: linum, lanam praebeo, neque quidquam eges". — *nec quidquam eges*, v. Madv. Gr. Lat. 229, 1 b. — 126. *nequiquam*, v. ad Most. 1156. — *ob eam industriam*, cf. 779. Merc. 1015. — 126. Rectum verborum ordinem restituit Acidalius. — *ad cenam condicam*, cf. Stich. 448: „Potare, amare atque ad cenam condicere". Cic. ad Fam. I, 9, 20: „quum mihi condixisset, cenavit apud me". Posteriores cenam condicere dicunt, v. Sueton. Tiber. 42. Claud. 21.

127. *male loqui*, maledicere. — *loquitur mihi*, sc. male, i. e. re vera mihi, quod malum est, dicit, me apud eum cenare non posse. — 129. *Euax*, v. ad Bacch. 244. Varro L. L. VII, 93 hæc affert: „Euax, iurgio uxorem tandem abegi a ianua". —

130 sq. duo iambici octonarii, quos denuo excipit troch. septenarius. *Ubi sunt*, cf. Amph. 283. Advocat *amatores maritos*, i. e qui alienas mulieres amant; hos quam celerrime iubet socio tam forti et felici gratulationes et dona offerre. — 131. „qui“ ferri potuit, cf. Most. 294; sed *quia* veri similius est, v. Brix. — 132. Septenarius trochaicus, quem sequuntur duo octonarii iambici et septenarius, ut systema fiat, v. Proleg. p. 186. — V. 132 Br. spurium putat, quasi variationem versus 135. Immo hoc omisso alter vix satis a spectatoribus intellegi possit. 132—35 damnat Sonnenb.; Ribbeck. Mus. Rhen. XXXVII p. 534 hoc ordine transponit: 133, 132, 135, 134. — 133. *huic* ex Colvii em. R.; „hoc“ defendit Vahlen. Herm. XVII p. 608. — 134. *fabre*, cf. Casin 803. Poen. 576. Stich 572. — 135. *Meo malo*, ita ut malum mihi inde oriatur, meo periculo, cf. ad Amph. 317. — *ad damnum* cum proximo versu parum congruit; Brix. „ad amicam“ coni., Leo (Mus. Rh. XXXVIII p. 3) „ad domnam“. Langen. Stud. p. 297 sq. versum spurium censet, fortasse iure. — 136. *salute*, v. ad Amph. 32.

137. Colloquium Menæchmi et parasiti troch. septenariis scriptum est. — *ecqua* ed. pr.; *praeda* Camer.; recc. parum feliciter Pyladis scripturam „praemi“ reduxerunt. — 138. *demum* ed. pr. — *in praesidium*, manet in similitudine a Menæchmo instituta. — 139. *O mea commoditas* cet.; commodo et opportuno tempore eum venisse significat. — 140. *Quid agis?* cet., cf. Most. 706. — *dextera* Cam. — *genium*, cf. Capt 873. — 141. *per tempus*, opportune, cf. Bacch. 839. Cas. 160. Poen. 135. Trucul. 185. Ter. Andr. 783. Hec. 622. — 142. *Ita soleo*, sc. facere, cf. 755. Most. 855. Ter. Ad. 923: „sic soleo“; etiam cum obiecto, v. infra ad 740. — *omnis articulos*, omnia momenta, cf. Ter. Ad. 229: „Ut in ipso articulo oppressit“. Cic. p. Quinct. 5, 19: „in ipso articulo temporis“. — 143. *luculentum*, præclare factum. Parasitus præclare factum nihil agnoscens nisi cibum bene paratum, nec alia *inspicere* consuetus quam edulia, quærit, quis coquus coxerit; modo *reliquiae* (quæ parasitorum pars esse solet, v. ad Curc. 321) sibi ostendantur, dicturum se profitetur, recte an prave factum sit. — De scriptura „quoquos“ vid. ad Aul. 338. — 145. *en umquam* em. Brix, cf

909. Cist. 84. Rud. 974. Trin. 592. Ter. Phorm. 329. 348. al. Fest. Ep. p. 76: „Enunquam. ecquando". Seyffert. Stud. p. 21 confert Auson. Idyll. 6. epist. praef.: „Enunquam vidisti tabulam (codd. nei ulam) pictam in pariete". — 146. *Catamitum* pro Ganymede dixerunt" ait Festus Ep. p. 44. cf. Brix. ad h. l. Trin 948. — *Adoneum*, v. ad Amph. 99. Catul. 29. 8. De Adoni a Venere rapto nihil alibi nec audivimus nec vidimus; de Ganymede res notissima est vel ex poetis vel ex sculptis et pictis operibus, de quibus v. O. Jahn. Archäol. Beiträge p. 12 sqq. C. O. Mueller. Denkmäler d. a. K. I n. 148. II n. 50—52. Cum Ganymede Iovis amasio se mulieris palla indutum comparat Menæchmus; sed in iis, quæ ad nos pervenerunt, imaginibus Ganymedes semper nudus spectatur. — 148. *Ecquid adsimulo similiter?* nonne similem eorum speciem refero? — *ornatust* Weis; Both., R., Br. „tuust". — 149. *med* Guiet., Ritsch. Neue Exc. p. 50. Muell. Pros. p. 635: „Ubi hodie esuri sumus"? *essuri* codd., cf. Neue, Formenl. II p. 566. — 151. *audes*, vis, v. ad Asin. 473. — *Atque* edd. — 152. Excidit aliquid; *porro* add. Pyl.; Ladewig., R., Br.: „Non pergo hercle uero." — *nisi scio*, v. ad Most. 145. — *qua gratia*, v. Amph. 657. — 153. *Litigium* ed. pr., cf. Cas. 540. Ita Menæchmo obsecundare non vult, ut uxorem offendat, ea enim nolente domi eius nullam cenam sperare potest. — *eo* R. em.; Acidal. „hoc" scripserat. — 154. sqq. Locum in codd. leviter corruptum edd. gravius corruperunt transpositis versibus. Both. vv. 157—58 ante 154 posuit, eumque ita sequitur R., ut v. 154 ex reliquiis duorum versuum constare putet, velut: „[Magis sapis nunc. nam] clam uxoremst. ubi sepulcrum habebimus: [Ubi polluceamus lepide] atque hunc comburamus diem". Brixius[1] v. 155 solum anteposuit, iungens: „rogum . . . ubi sepulcrum habeamus". Ladewigius retento versuum ordine ante 154 integrum versum excidisse putavit, eumque sequuntur Teuffel in Ann. philol. XCV p. 33 et Brix.[2] Omnes in errorem duxit voc. *sepulchrum*, quod nisi praemissis aliis intelligi non posse videbatur; sed nullo modo ferri potest, nam sepulcrum habere non est idem quod funus facere. Nec tamen cum Buggio, Tidskrift f. Philologi VI p. 2 sq. „bustum" reposuerim. Emendandi viam monstrat Charisius,

qui p. 118 ex Menaechmis affert: „Clam uxorem est" Traiecto verbo substantivo ex „ubi st puer." factum est „ubi sepulcrum". Fuit sine dubio: *est ubi pulcre habeamus*, i. e. nos habeamus, ut dicitur „bene habere" Cic. Attic. II. 8, 1, „belle habere" Dolab. ad Cic. Fam. IX, 9. 1. Plautum autem „bene se habere" de cenæ voluptate dicere vidimus ad Aul. 364. Respondet igitur Menæchmus parasito: Noli timere; uxore non est opus; locus est ubi ea inscia hilari convivio diem agitare possimus. — *atque hunc com* duriorem anapæstum faciunt, v. Proleg. p. 205 et 204; Br. coniunctionem omisit. *comburamus diem*, v. ad Asin. 289. — 155. *aequom oras*, cf. Most. 669. — 156. Retinetur imago a „comburendi" verbo instituta. Properandum esse dicit, quoniam dimidia diei pars iam consumpta sit. *ad umbilicum*, ad medium; Gellius III. 14. 16 hunc versum affert „mortuust" scribens, quod recepit R. — 157. *Te morare*, cf. Most. 1043. *quom* ed. pr. — *per solum*, si verum est, significat funditus, radicitus, ut retineatur fodientis similitudo omne solum evertentis, quo radices omnes effodiantur. Male Spengelius Philol. XXVII p. 340, Br. Wr. de solo pedis cogitaverunt coll. Poen. 570; nec minus errarunt, qui „persolum" pro adiectivo habuerunt, quasi „solum", „unum, quem habeo", nam h. l. o breve est. Plerique corruptum habuerunt. Buecheler. apud Brix.[1] „semorum" coniecit, i. e. sine mora, Madvigius „pessulo", quod probaverunt Buggius Op. philol. ad Madv. p. 154 et Hoppius Ann. phil. CVII. p. 244. Sed cur Menæchmus pessulum a foribus abstraxerit, non intelligo. — 159. *a foribus*, sc. meis, ne uxor exaudiat. Br. confert Ter. Phorm. 741 sq.: „CH. Concede hinc a foribus paulum istorsum, sodes . . . . SO. Quid has metuis foris? CH. Conclusam hic habeo uxorem saeuam". Hic cum leæna eam comparat, domumque *leoninum cauom* dicit. — *Fiat*, v. ad Curc. 671. — *Licet*, ad Amph. 540. — 160. *concede audacter*, i. e. concede sis, aude concedere, ut ait Wagner., nam audere est velle, v. 151. — 161. *Eu edepol*, v. ad Most. 331. — *agitator*, equorum in circo; nam qui currus in certaminibus agitant, si priores facti sunt, identidem respiciunt veriti, ne se ceteri consequantur. — 163. *quid ais* em. Pyl., v. ad Amph. 414. — *enim*, cf. Most. 540. — 165. PEN. add. Lipsius. Proxima et corrupta et lacunosa sunt. Pylades:

„Captum sit collegium augurum" Both.: „captum si siet collegium". Hoc retinuit R. et, quum in A proximi versus vestigia (CUO . . . S . . ATA) vidisset, apodosin huius sententiæ fuisse statuit „non me ius coniecturam quam memet puto". De A vid. Gepp. Stud. II p. 66. Ego coniceceram: „Cape sis augurum collegium, Coniecturam qui meliorem faciat, non inueneris". Leo in Mus. Rhen. XXXVIII p. 21: „Facere coniecturam, id unde captum sit. PEN. Conlegium Conuocassis hariolorum, certiorem haud fecerint". — 167. *Abstines*. Abhorret enim Peniculus nasumque retrahit, quod cur faciat, iam dicturus est fœda scurrilitate; si quis vestimento muliebri nasum admovere velit, superiori parti admovendum esse, non inferiori, ne fœdo odore offendatur. — 168. *oportet olfactare* Guiet. — 169. Nonius p. 394: „Plautus Menæchmis: Nec isto loco spurcatur nasum odore inlutibili", quem quum edd. inde a principe secuti essent, R. „inlutili" scripsit, ne dactylus ultimi trochæi locum haberet. Colvius „mucido" coniecit; sed ex „inluto" ducta vox videtur; forma incerta est. *nasum*, v. ad Amph. 440. — 170. *Olfacta* olim emendatum. — *Ut fastidis!* v. ad Bacch. 350. Superbi enim hominis vultum induit; hoc eum *decere* censet, cui lautum convivium in promptu sit. Ritsch.: „ut lepide fastidis", et deinde cum Acidalio: „PE. Licet". Item Br.; Wr cum Seyffertio „Olet". — 171. *quid olet?* quid odor eius præsagit? cf. Amph. 317. Mil. 1251. — 172 sq. Reliquias palimpsesti indicarunt R. et Gepp. Stud. II p. 66. — 176. *diurnam stellam*, Luciferum. — Extremo versui in A additur „Eu", quod R. in proximum transtulit, fortasse recte. vid. ad Most. 331. — 177. *Expedite*, ut nihil dubitationis aut difficultatis restet. — *foris*, Erotii. — 178. *Uel*, i. e. vel potius; se reprehendit. Brix. confert Pseud. 31: „Lege, uel tabellas redde". — 178. *Mille passum*, i. e. passuum; cf. Gell. I. 16. „Respondet parasitus: Tua nunc opera serius bibemus; et lusit contundendo longitudinem loci et temporis, ut ille apud Quintilianum XI, 3, 126): quot milia passuum declamasset" Gronov., cf. Trucul. 331: „tibi mille passum peperisti moram". Aristoph. Nub. 430: *ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον*. Ran. 91: *πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα*. Alexidis fr. 15: [illegible]. — 179. *Sameta*, fragiles, ut Samia

vasa, v. Bacch. 199. — 180. *eapse* Acidal. em.; „ab se", i. e. ab domo sua. nimis languet. — *eccam* Both em. — *nidi* Acidalius, Becker. in Studem. Stud. I p. 283. — 182. *Satin ut*, v. ad Bacch. 188. — *occaecatur* scripsi; vulgo cum Pylad.: „occaecatust".

183. Personarum notas addidit Cam. — *Quid ego?*, non salutor? — *Extra numerum es mihi*, te non numero. Brix. contulit Poen 329. „Extra numerum" in re militari dicebatur, v. Ulpian. in Digest. XXIX, 1, 42: „Ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est, ante non; proinde qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tirones sint et publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt; debent enim in numeros referri". Hoc arrepto parasitus respondet: Ego non nego me extra numerum esse, sed adscriptivus sum. „*Adscriptivi*" ait Varro L. L. VII, 56 hoc versu allato „dicti, quod olim adscribebantur inermes, armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset". — 184 vulgo Menæchmo datur, et inde profecti cum Acidalio „iussim" scribunt. Scaliger etiam „prandium" pro *proelium* scripsit, nam quo modo Menaechmus illa voce uti possit, non intelligitur. Sed vox mutari non potest, quia v. 185 legitur *in eo proelio*. Apparet v. 184 parasiti esse. Is in similitudine a re militari sumpta manens „Extra numerum" inquit „sum equidem; sed in proelio etiam adscriptivis locus est; ego autem hodie apud te proelium fieri iussi". Cum proelio comparatur cena Pers. 113: „quid cessamus proelium committere?" Ribbeck. Mus. Rh. XXXVII p. 534 male de amatorio proelio cogitat. — *isti ac mihi* Acidal. em. — 185. Priora edd. recte Erotio dederunt. Posteriora non Menæchmi, sed parasiti sunt. — *fiet* Grut. em., *proelio* Scaliger. — 187. Ex corrupta codd. scriptura vulgo edebatur „Tua est legio" sine sensu. R. demum: „Eum leges: tu iudicato"; Vahlen, Br.: „Tuos est: legito ac iudicato"; ego: *Tu selegito, ac iudicato*. — Post *utro* hiatus: Fleckeis. „cum utrone", Br.^{3} „cum utrod", Wagn. „cum utro tu". — 188. Menæchmi hic primus versus est ad Erotium; parasiti nugas non curat. — 189. Parasitus iocabundus „Quamvis uxorem" inquit „te odisse dicas, tamen vestimentis eius indutus es". Simul pallio eius

retracto pallam Erotio ostendit; hæc autem *Quid hoc est?* interrogat. Nam hæc sola verba Erotio recte tribuit B; edd. male orationem eius inde ab 189 incipiunt. — *sies* Pylades. — 190. *Induuiae* ad similitudinem exuviarum dicuntur. Hac, inquit, uxorem exui, ut tu indueres. — *rosa*, cf. ad Asin. 657. — 191. „qui impetrant" codd.; enarrant: „ut me fruantur". Sed si Menæchmus in eorum numero non est, quomodo eos superare potest? Verum viderunt Pius et Scaliger „imperat" scribentes; t dia dona ferentem imperantibus, i. e. magistratibus, longe præfert; sed pluralis *imperant* ferri potest, audito „eorum", v. ad Amph 38. — 193 affert Nonius p. 138: iam dudum oportuit nasum adeptum mordicus"; sed de codicum nostrorum scriptura non est dubitandum, nec indicativus in protasi non Plautinus est, v. ad Pseud. 287. Trucul 738: „si uolebas participari, auferres dimidium domum". Ter. Hec. 648. Si locus sanus est, parasitus dicere videtur, meretricem, si ex animo amaret, statim blandientem amatoris nasum mordere oportuisse, v. Geppert. Stud. II. p. 65, Wr., Br. Errasse enim Ritschelium affirmant, quod post 192 in A novum versum exstitisse putaret; quem ego in priori ed. secutus Erotium credebam parasiti verbis graviter accensam Menæchmo tale quid dixisse: „Falso tu te amare ais, qui maledicentem sic feras, Nam cet." — 194. *Sustine hoc*, pallium meum; id enim parasito tradit, dum pallam, quam intus gerit, exuat. Sed pro „pallam exuere" dicit *exuuias facere* et pergit, quasi de spoliis et armis agatur, quæ in bello et periculo deo alicui voverit. — 195. Pallio accepto quum palla indutum Menæchmum tanquam saltatorem videat, v. infra 501 sq., saltare eum iubet. — 196. *Egone an tu magis*, sc. insanus sum? — 197. *exue igitur* Cam. ed. — Nec Menæchmus pallam muliebrem exuere moratur. — 198. *Meo animo*, mea sententia, v. ad Most. 909. — 199. *Hercules haud* hoc ordine Lambinus. A cum ceteris codd. congruit. — *umquam* abundat ut sæpe „hodie" apud „numquam", v. ad Amph. 394, cf. Pers. 625: „Numquam hercle hunc mensem uortentem, crede, seruibit". — 200. *mieis* codd. ut Corp. Inscr. Lat. I n. 38: „uirtutes generis mieis moribus accumulaui". — 201. Hunc versum Bothius Erotii esse vidit, codd. una cum proximo parasito dant — *properent*

ed. pr. — 203. *ego emi* ed. pr. Versus cæsura caret; Fl., Ritsch.: „ego istanc emi". Si verba sana sunt, *anno* significat „ante annum", ut Amph. 90, ubi in commentario parum caute negavi hoc Latine dici, nam Lucil. XXVIII, 23: „Utrum anno an horno tete abstuleris a uiro". — 204. *ut ratio redditur*, si quidem non uxori sed meretrici expensæ sunt. — 205. *uolo te* A. — *Ubi scio* scripsi, cf. 152 et ad Amph. 714. Acidalius „Si scio" scripserat; longius recesserunt R.: „Hauscio, set", Br.: „Cedo, curabo". „Scio" defendunt Lor. Wagn. Sonnenb. coll. 665. — 207—11: „actutum" Ribbeck. Mus. Rh. XXXVII p. 535 parasito tribuit. — *scitamentorum* A. ut voluerat Turnebus. cf. Apul. Met. X, 13: „scitamenta mellita". Macrob. Sat. VII, 14, 1: „apud popinatores pleraque scitamentorum cernimus proposita ampliora specie quam corpore". Talia maxime suillæ carnis erant, v. ad Curc. 323. *Glandionidam* et *pernonidem* (vel *pernonidam*, nam variandi causa nulla est) patronymica comica a glandio et a perna ducta; his substantivis adiectiva q. s. suillus et laridus addi putabat Schwabe, Ann. phil. CV. p. 408 sqq., sed „laridum" adiectivum esse, non satis probavit. Mihi et *suilla* et *laridum* pro substantivis sunt, quibus addantur patronymica. Quod in A lectum est „aut", Ritschelius ante „laridum" posuit; potius omittendum ut in cett. codd. — 209. *sincipitamenta* Plautus finxit; sincipita verrina sunt apud Plinium H. N. VIII, 209. — *aliquid*, aliud quid, v. Prehn de pron. indefinitis p. 26. — 210. *Madida*, cocta, cf. 321: „madebunt". Pers. 93: „Collyrae facite ut madeant et colyphia; Ne mihi incocta detis". Verg. Georg. I. 196. — *mensa* em. Lamb. — *miluinam*, sc. famem; miluus enim avis rapacissima est, cf. Pseud. 856. Bernays. Mus. Rhen. VII p. 612 coni.: „Madida quae anteposita in mensa mihi bulimam suggerant", ex Festi Ep. p. 32: „Bulimam Græci magnam famem dicunt". Sed nec e Plauto hoc affertur et, ut Scaliger animadvertit, „bulimum" scribendum erat vel „bulimiam". — 212. *coquetur* Both., R., Br.; Cam. „nos hic" ediderat. — 214. *me* add. Lambinus, cf. Mueller. Pros. p. 635. — *seruabo*, observabo, v. ad Asin. 798. — Cur pronomen ante „sequar" repetatur, nulla causa est; coniecerim *insequar*. — 215. *ut*, v. ad Stich. 30. — 216. *intus*, ex ædibus, cf.

Amph. 763. Bacch. 93. 1047. Epid. 380. 476. Pers. 300. Meretrix lauta coquum in familia habet, cf. supra p. 382. Versum affert Charisius p. 180: „Evocate intus mihi cocum Cilyndrum actutum foras“.

217. Post *argentum* hiatus in diæresi; Muell. „hoc“ addebat. — *nummos*, v. ad Epid. 55. — 218. *uide*, provide, cura, ut sæpius. — 219. *i homines* Br.; R. „ei“ scripserat, superiores „hi“. *i* est ii, v. ad Most. 843. — 221. *octo hominum* cum hiatu et cett. codd. et A et Nonius p. 497. Ritsch. cum Mureto transp.: „munus hominum“. Similis sententia Eubuli fr. inc. 1: *Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι, Φιλοκράτης καὶ Φιλοκράτης· ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς.* — 222. *ceterum*, v. ad Epid. 7. — *Licet* Cam. em.; Brix. et Wr. cum Buechelero: „Ilicet“, quo apud Plautum irati et indignabundi homines utuntur. — 223. *Cocta sunt*; immo ne empta quidem, sed coquus celeritatem suam gloriose iactat; cf. Pseud. 894 sq.: „intro abi et cenam coque Propere. COQUOS. Quin tu is adcubitum? et conuiuas cedo; corrumpitur iam cena“. — Quæ in B extremo versui adduntur eodem atramento scripta, in C autem integro versu scribuntur, titulus est proximæ scenæ. *Taciti* sunt servi Menæchmi, qui nihil dicunt. Antiquiorem esse hanc quam rubricatoris manum, facile concedo, sed constantiæ causa huius titulum reddidi. In hoc autem quod Messenio senex vocatur, error est, v. supra p. 384.

---

224. Postquam abierunt coquus ad macellum, meretrix domum, advenit Menæchmus alter nuper appulsa navi una cum Messenione ceterisque servis sarcinas portantibus, v. 346. 425. 434. (Brixius quod eum iam in tabernam divertisse ibique chlamydem et petasum posuisse censet, fallitur.) — *Uoluptas nulla est* A; „item quattuor versus primos afferens Placidus Lactantius in Stat. Theb. II, 194“, R. — 225. *quoniam* ferri non potest, *quando* Placidus nuper laudatus, Lamb.; „quam aliquam quom“ Mueller. Nachtr. p. 128, „quam si quam“ Br.[2] — 226. „*Maior*, sc. tamen est voluptas“, Br. — *non dicam dolo*, cf. Trin. 91. 482. Madv. Gr. Lat. 257 not. 2. Servum non maris solum

tædet, sed omnino peregrinationis. — 227. „Quam“ del. Acidal. — *fuerit* non male dicitur ab eo, qui tam diu patria caruit. — 229. Num Plautus Epidamnum insulam putaverit, non decerno; illud dicit: ut mare omnes insulas circumdat et circumit, ita nos omnes urbes. — 231. *Nam*, v. ad Amph. 548. — *quaerere*, quærendi vel quærendo, v. ad Aul. 333. — 232. *sextus est* codd., „sextus“ A, v. Seyffert. Stud. p. 25. — *ei rei* Gruter. em. — 233. *Hilurios*, i. e. Illyrios, primam corripit; cf. Trin. 852. Schwabe, Ann. philol. CV p. 412 de accurato locorum ordine nimis sollicitus transponebat: „Hispanos, Massilienses, Histros, Hilurios“. — 254. *Graeciam exoticam* Magnam Græciam dicit Græco magis quam Romano more loquens. — 235. *qua*, ubicunque; *adgreditur*, adluit. — 237. *si adpareret*, si omnino inveniri posset, si non perisset, v. Mueller. Plaut. Prosod. p. 514 not. Spengelius „si“ omiserat, asyndeto vix Plautino. — *iam diu* Gulielm. — 240. *istuc certum qui faciat mihi*, cf. Pseud. 603: „nimis uelim certum qui id mihi faciat“. Infra 751 et Pseud. 970 „certius“ dicitur. — 241. *emortuum* A et C. Hunc versum Ritschelio suspectum iure defendit Brixius. — 242. *praeterea*. Br. confert „praeterhac“ infra 712. Most. 72. Rud. 1104. Stich. 346. — 243. *uiuos*, dum vivo, cf. Amph. 394. Bacch. 513. — *exsequi*, cf. ad Epid. 570. — 244. *carus sit cordi* A. — 245. *in scirpo nodum quaeris*, ubi nullus est, proverbium de actione inutili, v. Ter. Andr. 941 et Donat. in eum locum. — 246. *historia* non gestarum rerum solum notitia est, sed omnino rerum; et geographiam apud antiquos historiæ partem fuisse notum est. — 247, versus misere corruptus, quamvis defendere conetur Leo. Herm. XVIII p. 576. Vulgo post Camerarium editur: „MEN. Dictum facessas doctum et discaueas malo“; sed „discavere“ nihil est. Br.: „Dictum hau facessas doctum, si caueas malo“ coll. Capt. 626: „meam rem non cures, si recte facias“; sed „dictum facessere“ ferri non potest; ego in eandem sententiam scripseram: „Dictis si abstineas eiusmodi, caveas malo“. Gertzius coni. „Dictum fac teneas: aluom adis, caueas malo“; quorum priora satis placent; proverbium de alvo apum nec satis aptum videtur nec aliunde notum est. — 248. *non tuo modo*, i. e. non ut tu uis,

cf. Pers. 358: „Meo modo istuc potius fiet quam tuo". Ter. Andr. 153: „Sine nunc meo me uiuere interea modo". — *Em*, etiam in A lectum est. Brix. et Wagn. in proximum v. transtulerunt; sed v. 249 quasi pro parenthesi est; *enim* causam habet proximæ sententiæ „Non potuit cet." — Post *uerbo* hiatus in cæsura. R. „iam" addit; Br.[2]: „uerbod". — 250. Accuratius foret: „Non potuit paucis planius proloqui"; Plautus oppositionem magis speciosam secutus est. — 251. *contineri* em. Fleckeisen. — 252. *marsuppium* sive cruminam servus portabat, cf. Pseud. 169. Asin. 650 sqq. — 253. *Uiaticati*, viatico muniti, *aestiue*, i. e. leviter, quoniam æstivo tempore paucioribus vestimentis utimur. — 255. Brevi, inquit, dum fratrem quæris, omnia absumpseris et dolebis, te nihil habere. *geminum* ... *gemes*, quæsita paronomasia. — 256. Verborum ordinem, quem restituit Camerarius, confirmat A. Cam. autem ed.: „natio hic Epidamnia", R.: „natio: in Epidamniis", neutrum recte. *Epidamnieis*, quod A habet, videtur esse antiqua nominativi forma pro „Epidamnii", cuius exempla ex titulis antiquis v. Corp. Insc. Lat. I p. 603. Itaque Vahlen, Mus. Rhen. XXVII p. 176: „ipsi Epidamnieis", sed sycophantæ ceterique et ipsi Epidamnii sunt; sensui conveniret „omnes Epidamnii" aut „quæ Epidamni habet". — 258. *palpatores*, qui adulando homines in insidias ducunt, cf. Rud. 126: „Malum, periurum, palpatorem". — 260. *perhibentur*, dicuntur, v. ad Cist. 64. — 261. *Epidamno*, quasi ἐπὶ damno, v. ad v. 32. — 262. *diuortitur* scripsi cum B h. l. et 425, cf. Most. 948; codd. plerumque „deuorti" habent, quæ forma posteriore tempore vulgata videtur. — 264. „*Quid eo uis*, sc. facere". Br. coll. Trin. 157: „Si quid eo fuerit". — *de uerbis tuis*, cf. 915 sq, Trin. 216. Asin. 209 cum annot. Cist. 273. Rud. 1079. Cic. in Catil. IV, 6, 11: „Ego enim de meo sensu iudico". — 265. *duis* iam Beroaldus em. — 266. „Magnus tu" Both., R. — 267. *iracundus* ed. pr. — *perciti* Lipsius em., cf. Casin. 606. Asin. 815. Amph. 720. Cic. p. Milon. 23, 63: „animo irato ac percito". Liv. XXI, 53, 8: „ingenium percitum ac ferox." — 268. *Id utrumque*; C. F. W. Mueller. Annal. phil. XCI p. 560 sq. laudat Cat. R. R. 76. Fragm. p. 37, 4 ed. Iordan. Gell.

XIII. 5. 6. „is uterque" Nigidius ap. Gell. IX, 12, 6; „quod utrumque" sæpius. — *habebo* Pyl. em. — 270. *habente* ed. pr.

271. Coquus a macello redit. Menæchmo ante ædes conspecto veretur, ne sero venisse videatur. — 273. *Uae tergo meo* Gruterus em. — 274. Hiatus in cæsura; R. „obambulant" aut „inambulant". — 276. *Di te amabunt*, iisdem verbis salus redditur Pers. 206. Ex corrupta codicum scriptura Camer. et Acidal. effecerant: „MEN. Di te ament, scis quis ego sum? CYL. Noui hercle uero". Veriora inveniri potuerunt, postquam in A pro uno versu 276 duos fuisse animadversum est. Inde Fleckeis.: „MEN. Di te amabunt, quisquis[es. Set nimis demiror, qui tu noris quis] ego sum. CY. Noui hercle uero: set ubi conuiuae tui?" Ritschelius secundo versu Menæchmum ex suo servo quærere putavit: „[Tun hunc scis qui sit, qui sciat] quis ego siem?" tum: „MES. Non hercle uero. CYL. Ubi [sunt] conuiuae ceteri?" Quæ vera esse puto, nisi quod v. 277 potius sic scripserim: „Tun huic, Messenio, dixisti, quis ego sim?" v. 278 et hiatum in cæsura facile fero et omissum verbum substantivum, v. ad Amph. 590. Hoc Brixius quoque probat coll. Ter. Eun. 780: „Ubi alii?" Andr. 477. — 280. *Certe*, v. ad Amph. 651. Epid. 504. infra 388. Mil. 381. Poen. 622. Ter. Andr. 347. 503. R. „Certo" ed. — Ante 282 Goetz. Mus. Rhen. XXXV p. 483 Loewio auctore affirmat in A versum a ceteris codd. alienum exstitisse, quem Ritschelio duce post hunc versum fuisse in priore editione credebam. Hic igitur Goetzium sequor. — 283. *Peniculum* nec herus nec servus alium agnoscunt nisi spongiam, v. ad 77. Post hoc voc. hiatus in mutata persona. — 284. *numero*, iusto maturius, v. ad Amph. 177. — 286. *pretiis* ed. pr. *ueneunt* recte scribitur apud Fest. p. 318, ubi paucæ versuum 286—88 reliquiæ exstant. Menæchmus coquum insanum censens piari eum vult mactato porco. — 287 em. R. ex A, ubi legerat: „. . . s nummum a me accipe". — *Sacres*, i. e. sacri, sed illud in re divina dicebatur, v. Fest. l. l. Rud. 1195: „Sunt domi agni et porci sacres". Varro R. R. II, 4, 16: „a partu decimo die habentur puri. Ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum"; deinde hunc locum affert, quem iam II, 1, 20

laudaverat. — *sinceri*, puri, ut Varro l. l. — *Nummis*, i. e. singulis nummis, cf. Asin. 152. Pseud. 812. Madv. Gr. Lat. 76 a not. Em. Liv.[2] p. 386 not. add. Liv. IV, 15, 6. 16, 2. VI, 16, 6. Suet. Ner. 37: „horarum spatium". Nummus est autem didrachmon, vid. ad Epid. 55. Aliquanto cariores porci sunt Arist. Pac. 374: ἐς χοιρίδιόν μοι νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς. — 289. Hiatur post *Nam* et in cæsura. R. „edepol" addebat; Seyff. Stud. p. 21: „insane insanum". — 290. *ignoto*, quem non nosti. Brixius vv. 291—93 post v. 298 posuit. Sed 298 ab 299 divelli non debet. — 292. *Coriendrus* quid sit, ignoramus. Both. „Coriandrus", quasi ab herba huius nominis; Salmasius „Coliendrus" hariolatus est enarrans: „sive a culo sive a coleis vocaris", parum credibiliter, quamvis accedant Schwab. et Br. — 294. *Tantum quod sciam* Menæchmo dedi, cf. Merc. 634. — 296. Post *me* hiatus. Pylad. „tu me". R. Neue Exc. p. 50: „med". — 297. „Qui amicam eram meam habeas" R., Br. — 298. *ego* et *qui* A. — 299. *sim* olim em. — 300. *cyathisso*, κυαθίζω, pincernæ munus ago. — 300 sq. *Ei mihi*, *quom*, cf. ann. ad Capt. 990. — Post *illi* hiatus legitimus; vulgo post Camer.: „illi qui", R. „illic". — *diminuam*, v. ad Most. 260. — 303. *Epidamnum* alterius verbum obiectum est, alterius adiectum. — 305. Versus iusto longior; *Habes* pro „Habitas" Seyffert. Stud. p. 5, v. ad Aul. 5. — *perduint* olim emendatum. — 306. *quidem* Both. *ipse* ed. pr. — 307. *Audin* idem. — 308. *Nummum illum quem*, attractio, v. ad Amph. 1002; in demonstrativa sententia 309 auditur „eo". Nam qui post h. v. in codd. leguntur duo versus, aut spurii sunt aut cum Camerario cett. post 309 ponendi. — 312. *Eu* pro „Tu" olim emend. *Eu hercle*, v. ad Most. 331. Ante *hominem* hiatus, v. Proleg. p. 221. Br., ut solet, „homonem" ed., R.: „Heu, Hercle hominem ineptum multum". *multum* Gruter. enarrat: qui negotii plurimum facessit, Br. loquacem, quorum neutrum probabile est. Cam. „molestum" scripsit, Bergk. Philol. XVII p. 55 „homonem mulum", ego *insulsum*, ut Rud. 506: „te ex insulso salsum feci". — 315. *Quid ais tu*? v. ad Amph. 414. *Quid uis*? respondetur etiam Asin. 368. Trucul. 127. 185. Sed „inquam" ferri non potest, nam nihil

dixit. Ritsch. „nequam“ substituit, quod sine substantivo sic non diceretur; equidem: *CY. Dicam.* — 316. *opsono* primam corripit, ut Bacch. 95. R.: „Tribus opsonatumst an etiam opsono amplius“. De distinctione v. Vahlen. Ind. lect. Berol. 1880 p. 12. — 317. „tu“ del. Pyl. — 318. *Quod te urget scelus?* cf. Mil. 332: „Quæ te scelera suscitant?“ Most. 507. — 321. Messenionis esse vidit Ribb.; vulgo Menæchmo dant. — 322. *ergo*, quoniam non plura me iubes opsonari. Ritsch. et Br. cum Acidalio: „ego“. — *madebunt*, cf. 210. — *morabitur* alii passive accipiunt, active Langen. Beitr. p. 177. — 323. *longius*, ultimam producit, v. Proleg. p. 197, si scriptura vera; sed videtur fuisse *ab his aedibus*. Idem Mueller. voluit, Pros. p. 56. — 324. *Num quid uis?*, v. ad Amph. 538. — *maxumam malam crucem.* R. cum ed. pr. „maxumam in m. c.“, v. ad Capt. 468. — 325. *intro* ed. pr., *intro iam* R., qui præterea mutato ordine: „Te ire hercle meliust“. — 326. *Iamne abiit? abiit.* Gruterus em., quod ita probavi, ut alterum „abiit“ Messenioni tribuerem. — 330 em. Lipsius. — 334. *mirum.* R. „mirumst“, sed vid. ad Amph. 590. — 336. *Si quae* Kampmanno duce R. — 337. *Rogitant* C et Priscian. XVII p. 1047, qui *quoiatis* nominativum esse dicit, ut Poen. 990: „Qui sit, quoiatis, unde sit“. Transiri potest a navi ad dominum navis. — *quid*, v. ad Amph. 360. — 338. *Postilla* Gulielm. em. — *adglutinant* ed. pr., cf. Cist. 481. — 339. *perditum amittunt*, non ante dimittunt, quam periit. — 340. Si versus recte traditus est, „nauis“ pro una longa legendum; sed iure dubitavit Mueller. Pros. p. 472. Is coni. „Nunc in statu stat nauis“; ego: *Nunc instat portu*, i. e. nunc imminet portui, vel si malis „portum“, ut Poen. 917: „tantum eum instat exiti“. — 345. *egreditur* ed. pr. — 346. *sultis* Pylades. — *nauales pedes* remiges appellat, quippe quorum opera naves incedant. Lucilius VIII, 19 remos navis iligneos pedes dicit, cf. Non. p. 461.

347. Erotium exit, ut amatorem intro ducat, quem coquus adesse narravit, v. 327. Canticum anapæsticis fere numeris compositum, sed admiscentur iambi. Versus, servata ea discriptione, quæ in B est, hi sunt: 347 anapæsticus dimeter, 348 compositus ex quattuor iambis et duobus anapæstis, 349 dimet.

anap. hypercatalecticus, 350 comp. ex tribus anapæstis et duobus iambis (348—50 Br. et Sp. quattuor versus faciunt, dimetrum iamb., duo dimetros anap., dim. iamb.). 351 sex iambi, 352 anapæsticus tetrameter catalecticus, 353 dimeter anapæsticus, 354 trochaicus tetrameter, 355 dimeter anap. catal., 356—58 dimetri anapæstici, 359 trimeter anapæsticus, 360 pæon et monometer anapæsticus, 361 tetram. anapæst.

346. *sic*, ut sunt, apertas; claudi vetat ut iam reditura. *operire* ostium est claudere, v. 536. Trucul. 383: „Concedite hinc uos intro atque operite ostium". Ter. Heaut. 906: „Ubi abiere intro, operuere ostium." Phorm. 816. Tacit. Ann. III. 15: „operiri fores iussit". — 348 affert Varr. L. L. VII, 12. *uide fiat*, cf. ad Amph. 12. — 350. *Munditia*, cf. Pseud. 172 Cic. ad Attic. IX, 10, 2, ubi scribo: „sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienant immundæ vestes et indecoræ". — 351. *malost* Cam. Amantem, inquit, amœnitas loci allicit, ut apud meretricem versari velit, quod ei damnosum erit. — 352. *esse* iam in B em. — *Atque*, v. ad Amph. 948. infra 874. 884. — 353. *prodest* iam in B em. — 354. Nonius p. 468: „*Meret* pro meretur. Plautus in Menæchmis: item hic ultro fit, ut meret, potissimus nostrae domi ut sit". *hinc* codd., i. e. a me; edd. inde a pr. „huic". *ultro*, se ipsam quoque sponte vel ex animo eum amare dicit, cf. Most. 205. — *potissumus*. Br. confert. Ter. Phorm. 533: „Mea lege utar, ut sit potior, qui prior ad dandum sit". — 355. „ad eum adibo" postulat Langen. Beitr. p. 102 sq. — *ultro* edd. — 356. *mi* edd. — *mira*, cf. ad Amph. 279. — 358. *quom* ed. pr. — 359. *paratumst ut iussisti* Cam. — 360. *tibist ulla mora* Cam. — 361. *curatum est* ed. pr. — *ubi . . . accubitum* ex Varrone affert Nonius p. 106.

362 sqq. septenarii trochaici. — 362. *Quia*, v. ad Amph. 788. — 364. *neque id haud*, v. ad Bacch. 15. — 365. *facis* ed. pr. — 368. *Dixin*, v. 256. 333 sqq. — *Folia* ed. pr. Proverbium de parvis incommodis, quæ graviora secutura sunt. — 369. *praeut*, v. ad Amph. 370. — *triduum hoc*, cf. Curc. 208. supra ad v. 104. — *tum* iniuria Ritschelio suspectum, v. ad Most. 658. — 370. *ita sunt* cet. cf. 100. — „*elecebrae argentariae* meretrices ab eliciendo argento dictæ", Fest. Epit. p. 76.

— 371. *tibi dico*, v. ad Bacch. 996. Quod in codd. additur *s*, ex nota Erotii, fortasse *E*, oriri potuit. — 372. Post *tu* hiatus. cf. 296. — 373. Finita oratione hiatur; Muellerus „quin huc" scribi voluit; Fleckeis.: „MES. In Epidamno autem?" — 374. *delicias facis*, ludis, v. ad Most. 929. Post hæc interpungendum; nam hæc Messenioni dicit, reliqua Menæchmo. — 375. *rectius*, melius. — 376. *Oboluit*, cf. ad Amph. 317. *Marsuppium* servo parum confidens herus sibi tradi iusserat, v. 263. Iam reddit, causam vere comicam afferens, ne odor eius meretricem alliciat. — 377. In hoc et proximo versu personarum notas B suo loco omissas aut ante versum aut prope principium ponit. — 380. Invitationem comiter reiicit. *Bene uocas*, v. ad Curc. 563. *Tam gratia est*, v. Pseud. 716. Stich. 474. Plerique „tamen" intelligunt, v. ad Bacch. 1196; ego iis accedo, qui particulam comparativam agnoscunt, ut Hor. Epist. I, 7, 18: „Tam teneor dono, quam si dimittar onustus". — 382. *Egon* Both. scripsit. Ad hiatum post *tibi* cf. Proleg. p. 224. R. „tu" addit. Si quid mutandum, scripserim: „Egone te mihi iussi coquere? ER. Certo, et parasito tuo". — 383. *malum* olim emendatum, cf. infra 781. Cas. 91. Ep. 708. Lorenz. Most.[2] p. 203. — 384. *baxeae* restituit Scutarius. Calceorum genus est delicatis hominibus usitatum, Apuleii quidem tempore philosophis, v. Met. II, 28. XI, 8, Florid. I, 9. Plura Marquardt. Privatalterthümer II p. 194. — 388. *Certe*, vid. supra 280. R. „Certo". Versum laudasse videtur Festus p. 273; sed fere omnia perierunt. Post *ritu* hiatus est; R. transp.: „canterino ritu mulier". Somniare vigilantem dicit, ut Capt. 842, ac ne cubantem quidem, sed stantem, quare eum *canterino ritu* somniare dicit, i. e. equorum more, qui fere stantes dormiunt. — 390. *quod fecerim*, v. ad Amph. 154. — 393. *penetraui pedem*, v. ad Amph. 246. — 394. *huc egressus sum; te conueni* codd.; Ritsch.: „huc sum egressus et te conueni". Wagn. „hic te conueni". — *Eccere*, v. ad Amph. 550, ubi errore typographi „quærentis" pro „querentis" expressum est. — 395. *Quam tu mihi nauem narras?* cf. Curc. 613. Trucul. 280: „Quas tu mulieres mihi narras? ubi musca nulla femina est in aedibus". Cic. Verr. IV, 39, 85: „quam mihi religionem narras?" Erotium quærit, quasi nulla

navis sit; Menæchmus respondet, quasi interrogaverit, qualis esset navis. — 396. *tritam*, usu. *fixam*, clavis aut *palis*, ut in proximo versu. Nam non solum dicitur palum figere in parietem (Mil. 1133) aut pila figere in scuta et corpora (Liv. X, 29, 7. al.), sed etiam „animus fixus clauo Cupidinis" (Asin. 155) et adversarios figere maledictis aut telis (Cic. Orat. 26, 89. Nat. Deor. I, 34, 93. Cæs. B. Alex. 30. al.). R. et Br. „fissam" substituerunt, parum apte. — *excussam*, i. e. percussam, ut Colum. II, 21, 4: „excutere spicas baculis"; Plin. H. N. XVIII, 11, 29, 112: „excussis tunicis (zeæ)". Ritsch. cum Scalig. „excusam", ab excudendo, quod difficilius intelligo. — 397. *Quasi* edd. *pellionist* R. em. *Palis* tota navis referta dicitur, ut officina *pellionis*, ubi ex palis aptæ sunt pelles tam frequentibus, ut parva eorum intervalla sint. — 398. *me* add. Gruterus. Fleckeis. „desiste" maluit. — 399. Post „alium" hiatus in diæresi; Mueller. „hinc" addebat; R.: „Nam nescio quem"; simul excidisse ante hæc versum putavit. Si quis in „nescio quis" o utique breve esse censeat, cautius cum Studemundo Stud. I p. 230 scribat: „Nescio quem tu, mulier". — 400 sqq. Erotium, quo se probet Menæchmum novisse, patrem patriamque eius nominat historiamque etiam patriæ eius enarrat. Ab *Agathocle* incipit, qui omnibus notissimus erat (v. ad Most. 760), in *Hierone* desinit, qui et ipse propter regni longitudinem (a. 270—216) rationesque cum Romanis contractas vulgo notus erat. Sed qui reges intercessisse dicuntur, eorum alter alio pertinet, *Phintias*, Agrigenti tyrannus violentissimus, v. Diodor. Excerpt. XXII, 2, alter, *Liparo*, omnino fictus videtur, nomine ducto a Lipara insula. Nec verum est Hieronem hereditate regnum accepisse, nam militum opera occupavit. Frustra igitur viri docti hinc veri aliquid elicere conati sunt, v. Holm, Geschichte Siciliens im Alterthum II p. 490. Qui Syracusarum historiam ab Agathocle ad Hieronem (a. 289—270) persecuturus fuit, is Hicetam nominare debuit et Pyrrhum. Sed accurate talia exponere poetæ comici non est; is potius licenter fingendo intervallum explevit et in ipsa vanitate narrationis ridiculi aliquid quæsivit. — Ante v. 406 excidisse aliquid intellexit Ladewigius. Aut Erotium denuo Menæchmum, ut intraret, invitavit, aut ipse Me-

næchmus significavit, se iam prope victum esse nec, ut ante negaverat (v. 380), ita *pernegare*, vel in negando perseverare, exempli causa: „Unde unde est, bene inuitanti aduorsari vix decet". — Post v. 407 Ladew., R., Br. versum excidisse putarunt, quo Menæchmus servum recedere iusserit, quem v. 422 propius advocat; vix opus. — 409. *si possum*, v. ad Cist. 485. — 410. *Non inprudens*, sciens, sed me nihil intelligere simulabam. — *hunc*, Messenionem. — *ni* pro „ne", v. ad Most. 406. — 411. *renuntiaret* ed. pr. — 412. *Etiam*, nonne, cf. ad Asin. 707. — 414. *fecero*, quod iubes, ut eum intromitti vetem. — 415. *amabo*, precabor, cf. Cist. 102. Trucul. 862. infra 512. Ter. Eun. 537. — 416. *phrygionem*, v. ad Aulul. 500. — 418. *Hercle qui* em. Fleckeisen., v. ad Amph. 769. — *eadem*, v. ad Bacch. 47. Hiatus post h. v. parum probabilis est; R. „ea" addit, Thomas in Revue de l'instruction publique en Belgique XIX p. 259 sq. „ita" ut infra v. 457, Fleckeis. „opera". — 421. „I, iam" Wagn. — Post „te" hiatus in diæresi. — *hunc conloqui*, v. ad Amph. 335. — 422. Post *Messenio* hiatus parum veri similis; R. addit „ad me"; alii transponunt: „huc accede". — Extrema huius versus pars una cum proximo misere corrupta sunt, nec certa emendatio inventa est. Vulgo: „St! Scire uis? MES. Quid ergo? MEN. Opust. MES. Quid opust? MEN. Scio, ut me dices. MES. Tanto nequior". Ritsch.: „MEN. Suscipe", quasi Menæchmus servum iuberet onus, quod deposuerat v. 345, denuo tollere. Tum: „MES. Quid eo opust? MEN. Opust. scio ut me dices. MES. Tanto nequior". Bothius intellexit herum insperato successu lætum servum ad gratulandum hortari; quare „Subsili" scripsit, i. e. exsulta. Ribbeck. Mus. Rhen. XXXVII p. 538: „Fascini" sc. negotium est. Iam præfero *Suspice*; herus servum hortatur ad se admirandum, idemque proximo versu dixisse videtur: *Opus est*, *scitum me dicas*. Servus vituperando respondet: *Tanto nequior*, v. ad Bacch. 208. — Post hunc versum Ritschelius versum excidisse putavit, quem satis refutavit Vahlen. Mus. Rhen. XVI p. 631. — 424. *I* Gruterus em.; fuit „ei", v. ad Asin. 482, infra 606. 724. Cam. „tu"; R. „i et". — *quantum potest* em. Dousa, v. ad Amph. 964. „potes" retinuit

Wagn. — 425. *istos*, ceteros servos, v. 315. — 426. *Tu* codd., recte, v. Vahlen. Mus. Rh. XXVII p. 176; vulgo post Lambinum: „Tum". — *solem* Lamb. em., v. ad Epid. 146. — *uenias aduorsum*, v. ad Most. 306. — 427. Post *ere* vulgo interrogandi signum ponitur, vix recte. Extrema versus pars excidit; Cam. supplevit: „nunc iam"; Ritsch.: „atque hinc abi"; Vahlen.: „et fac tuum". — 428. *stulte* edd. — 429. *inscita* item. — 430. Pro *hic* R. „hinc"; non opus. *Perii* Fleckeis. — 431. *lembum* ed. pr., cf. Bacch. 276 sqq. *dierectum*, v. ad Bacch. 577. *nauis praedatoria*, v. 339. — 432. *inscitus qui hero me* ed. pr., sed versus claudicat; Lamb.: „me hero meo", R. „inscitus sum", Fleckeis. „inscitior". Both.: „qui domino me", quod probat Vahlen. — *postulem*, v. ad Amph. 357. — 434. *Sequimini*, servos alloquitur.

435. Advenit parasitus ægre ferens, quod, in foro dum contioni operam dat, imprudens Menæchmum amiserit seroque ad prandium veniat. Itaque in eum invehitur, qui primus contiones invenerit, aut saltem iis solis contiones haberi vult, qui laute pransuri non sint. *natus annis* Gruterus transposuit. Post *quom* hiatur; Pylades „ego" addidit; R. „ego sum" scripsit; Cam. „quando"; Geppert. Zeitschr. f. Gymnasialw. XIX p. 901 „uerum". Plautinum est *quom interea*, v. Stich. 35. „quom interim" Pers. 175. — 436. *quidquam facinus* pro „ullum", ut „quisquam" Most. 597. Neue, Formenl. II p. 245. — 437. *me inmersi*, cf. 691. — 438. *hieto* Palmerius, i. e. oscito, ut faciunt qui nimis attente audiunt. — 439. *ducere*, secum, cf. 872. 877. — 440. *Qui* Cam. em.; ponitur ut „utinam" in principio optati, cf. 914. Casin. 259. Pers. 295. 781. Rud. 1153. Trin. 923. 997. Ter. Phorm. 123 cum comment. Donati. Cic. Att. IV, 7, 1. — Deest aliquid versui. R. „commentust male"; ego potius crediderim ante „conmentus" excidisse voculam, velut „id" aut „sibi". — 441. *Contionem habere* olim emend. Tum Pylades, R., Br.: „quae"; sed non est cur mutetur ablativus *qui*, cf. Langen. Philol. XXXIII p. 710. Vulgo: „hac reque". — *occupatos*; parasitus enim unum agnoscit negotium, ut ad prandium aut ad cenam eatur; quibus hoc non est, eos *otiosos* dicit. — 442. *Non* tum demum intelligi possit, si interrogative

capiatur, pro „Nonne", quod nimis a parasiti dicendi ratione abhorret. Antiqui quidam philologi „Nam" emendarunt; equidem *Solos*, vel potius *Unos*, ut me monuit Gertz.; Vahlen.: „Non saltem ad eam rem". — 443. *adsint*, *quom citentur* etiam in A lecta sunt; præterea nihil; quod admodum dolendum est, nam *census capiant* nemo adhuc intellexit. Turnebus enim censum capere pro pignora capere dici ratus nihil egit. Gron. coniecit „censu careant". — 444 sq. in A fuerunt, sed nimis pauca legi potuerunt. — 446. *in dies singulas escas*; „qui semel de die edant, qui cenam tantum, non prandium sumant. In eorum numerum se censeri non vult parasitus", Pistoris. — *edint* et A et cett., cf. 90. — 450. „datum uoluisse" corruptum est, quamvis tueri conetur Vahlen.: „certus est parasitus, nisi afuisset sua culpa, datum voluisse Menæchmum prandium promissum", nec sententia nec numeris ferendis. Ritsch.: „credideram insoluisse, i. e. insueuisse", quod non est Latinum. Br.[2]: „Quod tam credo deos uoluisse". Rectius idem[1] exempli causa proposuerat: „Quoi tam credo funus factum", ex v. 480; nam ex contrariis apparet eum dixisse tam certum esse prandium perisse, quam se vivere. Inde Koch. Mus. Rh. XXIV p. 633: *Quod tam credo letum obiisse*. — *quam me* ed. pr. — 451. *reliquiarum*, cf. 144. — *oblectat meum* A, ut iam Saracenus. — 452. *cum* addidit Sarac. Sed versus nondum persanatus erat, quare R.: „Set quid ego hic uideo Menaechmum?" aut: „Set quid uideo? eccum Menaechmum". Verum invenit Br.: *Menaechmus cum*. — 453. *uenio aduorsum temperi*, cf. 434, quasi servus finita cena ad reducendum dominum. — 454. Hunc versum, qui in cett. codd. post 462 legitur alieno loco, huic loco ex A restituit R.

455. Titulum scenæ dedi ex C. Senarii. Finito prandio Menæchmus exit cum palla, quam ab Erotio reconcinnandam accepit; egrediens etiam nunc meretricem alloquitur. *Potin ut*, v. ad Most. 388. — *si ego* ed. pr. — 457. *faxo* mediæ sententiæ interpositum ut Amph. 1123: „Magis iam faxo mira dices". — *ignorabitur*, cf. 418. Ribb. Mus. Rh. XXXVII p. 538 „integrabitur" voluit. — 459. *phrygionem* Nonius p. 3 et 537. — 460. Post *ni* hiatur; R., Br.: „Non hercle ego is

sum"; al.: „nisi". — 461. *Obserua, quid dabo*, i. e. videbis, quid mali facturus sim, cf. Pers. 290 sq. „Specta, quid dedero". Recte Brixius codicum scripturam contra editorum turbas tuetur; cf. annot. ad Asin. 436: „sic dedero" et ad Bacch. 270: „pugnam dare". — 463 sq.. Verum versum ordinem, quem iam ed. pr. animadverterat, A confirmat. 464 Priscian. IX p. 869 affert: „Prandi et potaui, scortum accubui". — Ante *abstuli* hiatus, v. Proleg. p. 183; similis eodem versus loco infra 483. 506. 513. 520. 549. Mueller. p. 687 „inde" aut „ei" addit. Wagn.: „hanc apstuli Pallam, quoius". — 465. „*heres*" ait Fest. Epit. p. 99 „apud antiquos pro domino ponebatur", cf. 481. Bacch. 844. — 466. *clanculum* priores cum „exaudire" iunxerant, et Brix. „ex occulto" interpretatur, quod fieri non potest. Ritsch. ad sequentia traxit scribens: „MEN. Clanculum Ait hanc dedisse me sibi", versum qui intercedit huic anteponens, sed ut „Satin" scriberet et omnino pro spurio haberet. Si scriptura sana est, parasitus, quamvis non audiat, quid loquatur, tamen non dubitat, quin ea, quæ *clanculum*, i. e. submissa voce, dicat, ad se pertineant et fraudem sibi esse factam; sed vitii aliquid inesse puto. V. 467 Brix. ante 458 posuit; cuius rei quod auctorem laudat A, fallitur; nam A omittit, et Langen. Stud. p. 301 omitti vult. — 468. „eam me meae" Both., R., Luchs. in Studem. Stud. I p. 61. — 469. *Quoniam*, postquam, v. ad Asin. 347. — 470. *quasi res cum ea esset mihi*, quasi cum ea consuessem, cf. Bacch. 562. — 472. *opust* Pyl. add. — 473. *bene fui*, v. ad Capt. 844. *dispendio*, sumptu, cf. Ter. Eun. 929: „sine sumptu, sine dispendio". Hec. 795: „sine suo dispendio". Nostrum locum affert Donatus ad Ter. Eun. 3, 4, 2. — 475. *aduorsus it* Both. em. — *Quid ais*, cf. 315. Locum affert Diomedes I p. 312. — 477. *Flagitium hominis* cum hiatu, v. ad Asin. 470. R. „tu" addit; Br. cum Bergkio: „homonis"; Wagn.: „Hominis flagitium". — 479. *Ut*, i. e. postquam, v. ad Most. 262. infra 623. Ter. Hec. 251. Br. temere: „Quid". — 480. *Fecisti funus*, extulisti, sepelisti. — *med* Both. em. — *absenti* codd., quod retinui, ne versus in diiambum exiret. — 481. *Cur ausu's*, v. ad Aul. 733. — *aeque* scribendum esse vidit Both., „adaeque" R. — 483. *ignoto insciens* ed. pr. cum hiatu ut 464.

R.: „Mihi qui male dicas sic homini ignoto sciens"; Br. „hic ignoto sciens", male; *insciens* est qui eum non novit, cf. Aul. 30: „illa illum nescit"; nec abundantia verborum non Plautina est. Ribbeck. Mus. Rh. XXXVII p. 539 „insolens" voluit. — 485. *Istam* Vahlen. em.; sed mavult: „Post eam . . . te [ante] dedisse". R. ed.: „Pax: eam". — 486. *quid* ed. pr., cf. 336. *nomen est* Cam.; „nomen tibist" Fleckeis. R. Br. — 490. *Si aequom facias.* Hiatus causa Camer. cetérique „Aequum si" scripserunt, Mueller. „Si te aequom", cf. Bacch. 485; me non tam hiatus offendit quam sensus; nec enim æquitas sed prudentia requiritur. Exspectabam „si sapias", aut „si tibi consulas". — 492. *uigila* cod. D. — 494. *ut* addidit Cam. nolente Vahlenio Herm. XVII p. 606; Ritsch. longius regressus: „Sanum esse, adulescens, sincipitium intellego". — 496. *atque eam* R.; Cam. „eamque" ediderat; Muell. „ac detulisti". — 498. *pallam* ed. pr. — *Satin sanus es?* Thomas, Revue de l'instruction publ. en Belgique XIX p. 260, recte Menæchmo continuavit. Superiores Peniculo dederunt, et Ladew. R. Br. post hæc versum intercidisse putarunt. — 499. *Occisa est haec res*, sic Nonius p. 449, i. e. perdita est, cf. Capt. 534. Pseud. 423. Parasitus negando rem sanari posse negat. — 501. *cinaedos*, impudicos et saltatores, v. ad Aulul. 414. — *quia tu es* sum hiatu legendum, ut Cas. 885. Vulgo post Camer.: „tu quia's". — 502. *med* Both. em. — 504. *piari*, cf. 288. — *iubes* Pylades em., quem secutus sum non tam hiatus vitandi causa, quam ne structura temere mutaretur. — 506. Ante *eloquar* hiatus, v. ad 464. Camer. „uti"; R. „ego" addit; Br. „siet" scripsit, Hasper „iam iam". — 507. *recident* prima correpta; totus versus Muellero, Pros. p. 228, suspectus. — 508. *inultus* A. His dictis parasitus abit. — 509. *Satine*, v. ad Amph. 627. — *quemquem* B, quod vel propter numeros tenendum, cf. Trucul. 223: „Adridere ut quisquis ueniat". ad Most. 816.

511. Exit ancilla Erotii aureum spinter ferens, quod amator iubetur addito auro reconcinnandum curare. *amare*, amanter orare, cf. 415. Langen. Beitr. p. 290 sq. aut „ted amabit" aut „amabit era te" postulat. — 512. *una opera*, simul cum palla, quam ad phrygionem laturus es, cf. 418. Deesse syllaba

videtur; R. „iam“ add., ego *sibi*, Cam.: „hoc nunc una“. — 513. *huc* R. em.; Pyl. „huic“. — Ante *unciam* hiatus, v. 464. R. „unam“ addit. — 514. afferunt Priscian. V p. 646 et Fest. p. 333, qui: „*Spinther* vocabatur armillæ genus, quod mulieres antiquæ gerere solebant brachio summo sinistro“. Quod ex Græco, quasi σφιγκτήρ, dictum putant, animadvertendum spinter neutri generis esse. — *nouom*, ut novum fiat, cf. 670. — 515. *istuc* Both. em. — 517. *hoc* correptum. R. „est“ pro *sit*; improbat Becker. in Studem. Stud. I p. 284. — *nisi aureum*, sc. esse scio. — 519. *aiebas* Aldus em. — 520. „te obsecro“ R., vid. ad 464. — 521. R. licenter: „MEN. Minume. ANC. Redde igitur, si“, omisso *spinter*. — 523. *illae* Cam. em.; prior syllaba corripitur. R.: „AN. Istuc hercle. ME. Armillae ubi sunt“. — 524. *Nam*, cf. Casin. 184. ann. ad Capt. 599. Profecto dedi, inquit; nam hoc spinter una cum armillis dedi. R.: „Nam pol cum hoc una dedi“ et post ea lacunam indicat, quo non est opus. Ego olim volueram: „Tam pol hoc quam illas dedi“. Ribbeck. cum Ladew.: „Non pol cum hoc una dedi“. — 525. *Dicam curare*, sc. te, v. ad Amph. 22. — 526. *faxo referantur*; Madv. „referentur“, ut 649, v. ad Amph. 351. — 527 sq. *inauris da mihi faciundas*, i. e. cura, v. ad Curc. 439. Pylades, R., Br. „faciunda“ scripserunt, ut ad stalagmia traherent, vix recte. *duum nummum*, i. e. quattuor drachmarum (v. ad Epid. 55) pondo æquantes vult. Formam quoque præscribit, quod per appositionem addit *stalagmia*. Fest. p. 317: „Stalagmium genus inaurium videtur significare Cæcilius in Carine, cum ait: Tum ex aure eius stalagmium domi habeo“. Sunt autem quæ guttarum stillantium similitudinem præbent. — 529. cf. Asin. 182. — 530. Post *aurum* hiatus in cæsura; R. „mi“ addit. — *manupretium*, i. e. manus pretium, ut Liv. XXXIV, 7, 4. Varro L. L. V, 178: „Quod manu factum erat et datum pro eo, manupretium a manibus et pretio“. — 531. *ego* Pylades addidit; sed: „post ego“. Anteposuerunt Studem. et Spengel. Plaut. p. 9. Plautus consulto in utroque versu eundem verborum ordinem tenuit. Hiatur in cæsura; alii „ted“ scribunt, Bergk. Beitr. p. 48: „poste“. — 533 affert Charisius p. 86. — 534. *Num quid uis?* Acidal., v. ad Amph.

538. — 535. Hæc secum Menæchmus, ut non audiat ancilla. *quantum possit* ed. pr., i. e. quam primum, cf. ad 424. *quique liceant*, i. e. et quo pretio venire possint, τοῦ εὑρόντος, ut aiunt Græci, cf. infra 1137. Hortuli fragm. ap. Festum p. 306. Pers. 587. 669: „qui datur, tanti indica". — 537. *me quidem* Both. em. — 539. *lenonis* edd. — 540. *per pedem*, cf. Verg. Georg. I, 11. al. — „conferre gradum" est congredi, v. Merc. 870. Pseud. 711: *profer* scribendum" est, ut vidit Langen. in Philol. XXXIII p. 710, cf. infra 742. — 541. *hunc* accessit ex Nonio p. 519. — 542. *Ut, si sequentur me, hac abisse* idem. Si verior est Plautinorum codd. scriptura, *ut* cum antecedenti versu iungendum est, ut 579 A. Br. mavult: „Si qui sequantur, hac me abisse ut censeant". — 544. *hic* addidi versus causa. R. cum Bentleio: „ex me iam sciat".

545. Adveniunt uxor Menæchmi (I) et parasitus, qui eam arcessivit. In titulo cum R. *Matrona* scripsi, quod habet B in titulo v. 689. — *me patiar esse in* Cam. em. — 547. *id* idem addidit. R. „hinc". — *Quin tu taces?* cf. 1094. Clamore et tragœdiis non opus esse dicit. — 548. *manifesto*, cf. ad Amph. 1045. — 549. *cum corona*, coronam gerens, cf. 452. 620. Stich. 351. Rud. 250. — Ante *ebrius* hiatur, v. 464. R. „hic" addit. — 551. *coronam*, quam abiecerat v. 541. Post *quam* hiatur. R. „numnam" ed. — 553. Post *eccum* hiatus in cæsura; R. „huc" addit, Mueller. „ipse". Parasitus alterum Menæchmum, suum dominum, conspicit advenientem eundemque esse arbitratur, qui nuper abierit — 555. *male habeas*, maledictis obruas. — *Sic consto* mulieri edd. dant. — 556 affert Nonius p. 467 pro *huc* „ut" scribens.

557. Soliloquium Menæchmi canticum est creticis maxime numeris compositum. Ab initio usque ad 565 bacchii continuantur uno systemate, v. Studem. Cantic. p. 81. Br., Spengel. Reformv. p. 247. Versus quomodo discribantur, paulum refert cum B consentit A, nisi quod B v. 563 cum antecedenti coniungit. 566 tetrameter creticus, cui adiungitur 567 clausula composita ex trochaico semiquinario et cretico. 568—69 bacchii continui. 570 iambicus dimeter. 571 tetram. bacchiacus. 572 octonarius iambicus. [573 iamb. senarius. 574 tetram. bacchiacus.]

575—76 tetrametri anapæstici. 577—78 octonarii trochaici. 579—82 septenarii troch. 583—87 iambici octonarii. 588 sq. dimeter iambicus cum trimetro. 590—91 anapæstici septenarii.

Menaechmum in foro retinuerat clientis alicuius causa; cuius rei quum eum vehementer taedeat, querelam instituit de moribus sæculi, de pravitate clientium et ambitione patronorum, qui non bonos, sed multos sibi quærant clientes. *Ut* exclamantis est. — *moro* Lips. em., i. e. stulto. Græcum adiectivum μωρὸς exstat etiam Mil. 372: „ego stulta et mora multum". 673: „morus es". Trin. 671: „mores hominum moros et morosos efficit"; adverbium Stich. 641: „More hoc fit atque stulte". — 559. *maxume* Lomanus em.; „optumus maxumus" Iuppiter est, non homines. — 562. *Res*, familiaris clientis. — 564. *Si est* etiam in A fuisse videtur. R.: „si quist"; verum non raro sic a plurali ad singularem numerum transitur. v. Madv. Cic. Fin. II, 7, 22. Ter. Eun. 225: „adeon homines inmutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse". — 565. *Sin diues*, sc. quidam. — 566. *Qui*, quales homines, cf. ad Amph. 959. — *aequom bonum*, de asyndeto cf. ad Capt. 405. — 567. *Sollicitos habent*, quibus negotia facessunt, cf. 575. — 568. *Datum* esse negant, *quod* re vera *datum est*; hæc contra Bergkium recte tuetur Studemund. Cant. p. 43. — *litium* aut cum Spengelio „litum" legendum videtur, aut posterior versus pars trochaica est. — 571. *paratam*, i. e. partam; quod Camerarius sine necessitate substituit; illud numeri tuentur. — *mens est in querelis* ed. pr.; Brix. confert Pseud. 33: „istic meus animus nunc est, non in pectore". Pers. 708: „animus iam in naui est mihi". Ter. Eun. 816: „Iam dudum animus est in patinis". De voc. „querelis" dubitans Leo, Herm. XVIII p. 577, quum in A Ritsch. XQUOL legisset, proposuit: „mens est in quo lis est". — 572. *Iuris* cod. D; *iuris dies* est causæ dicendæ dies. Dies proprie reo dicitur; hic additur, eundem patrono dici, qui eum defendere debeat. Hoc facile intelligitur, nec opus est iis, quæ mala manus iam ante palimpsestum scriptum addidit et numeris fere destituta et solœca, nam patronus dicit, non *loquitur*. V. 573 iam Hermannus damnavit; sed non minus ineptus proximus est, pravam grammatici cuiusdam doctrinam ita exhibens, ut senten-

tiarum nexum omnino interrumpat. Eadem Langenii sententia est, Stud. p. 302. — 574. *iudicem* cett.; „aedilem" A. — *ad* pro apud, v. ad Asin. 818. — 576. in A legit R: AGEREAUQUI... MLICITUMEST. Inde R. *aut* addidit; praeterea verbum, quod sensus postulare videtur, quamvis in eo omittendo A cum ceteris consentiat, addendum; R. „uolui", Mueh. „lubitumst". — 577. *Apud aedilis*, cf. ad Capt. 817. — *pro eius* Camer. em. — 578. *condiciones* adversario fert *confragosas*, i. e. difficiles expeditu, quibus acceptis se facile implicaturus fuerit, cf. Cist. 448. Verum nihil efficit; non accipiuntur condiciones. — 579—80 ita corrupti sunt, ut ne sensus quidem appareat. In altero versu Peniculi personam delendam esse et *praedem* legendum, Camerarius vidit; hoc quidem etiam A confirmat, et ex eodem in priore versu R. *quam opus fuerat dicto* restituit. R. ed.: „Plus minus, quam opus fuerat dicto, dixeram, ut eam sponsio Controuorsiam finiret. quid ille? quid? praedem dedit". (Leo. Mus. Rhen. XL p. 169: „controrsiam Ut ei sponsio finiret". Buecheler.: „Quid ille? praeuidem dedit" ex l. Thoria agr. v. 46 et 100.) Verum controversia non sponsione finitur. iudicio finitur; per sponsionem agitur. Sensit hoc Bergkius, qui l. l. scribendum censuit: „Ut plus aut minus quam opus fuerat dicto multus dixeram, ut Sponsio fieret, quid ille? quid? praedem dedit"; quasi stupiditatem clientis Menæchmus accusaret. Alii, quorum sententiam probat Teuffel. Mus. Rhen. XXII p. 453, voluerunt „Haud plus haud minus", ut se dicat Menæchmus, quamvis omnia accuratissime ageret, nihil tamen in tam perdita causa efficere potuisse. Quod si voluisset Plautus, sine dubio „Nec plus nec minus" dixisset. Immo hoc dicere videtur, tam manifestam causam fuisse, ut ædilis omnes condiciones, quas adversario tulisset, reiiceret, ipseque semper aut plus aut minus quam opus fuerat diceret. Sponsione adversarium provocare voluerat, ut saltem iudicii dilatio intercederet; sed eum abire non sivit ædilis ante quam prædem dedit litis et vindiciarum. Exempli causa hos versus concinnavi:

Aut plus aut minus quam opus fuerat dicto dixi, ut sponsio
Fieret; non prius inde amissust ille, quam praedem dedit.

581. *manifestum* etiam A teste Studemundo; „manufesto" po-

stulat Spengel. Philolog. XXIII p. 560. ut v. 548. — 583—88 octonarios scripsi cum B; eodem iure quaternarii discribuntur, v. Kiessling. Ind. schol. Gryphisw. 1878 p. 6. — 583. *corrupit* ed. pr. — 584. *inspexi meis* id.; R. „inspexim". cf. tamen ann. ad Amph. 684. — 585. *Diem corrupi optumum* cum hiatu legendum; Ritsch. hæc ut glossema delevit. Br. eum secutus etiam proximas sententias locum inter se mutare voluit. Mueller. Pros. p. 617 cum Rittershusio: „opimum iussi mi apparari prandium". — 586. *est licitum* codd. cum hiatu. Guiet. aliique transp.: „licitum est". — 589 spurium censent Brix. Speng. — 590. *Quid ais?* Parasitus matronam alloquitur. — *Satin* edd. — 591. *Mane* cet. Hæc R. cum B parasito dedit, superiores edd. matronæ.

Proxima trochaicis septenariis scripta sunt. Quæ quum iam Ladewigio turbata visa essent, Ritschelius versus 592—627 miro modo inter se transposuit. Nam primum excidisse aliquid putavit, velut:

MEN. Quisnam hic loquitur? quid ego uideo? meo cum parasito simul
Uxor eccam ante aedis adstans mihi facit remeliginem,

tum 610, sed ut pro „Nugas agis" scribat: „set conloquar", 614—15, 595—96, 608—9, 611—13, 594, 597—601, 603—7, 593, 592, 616—27, 602, qualis confusio quomodo oriri potuerit, nemo facile indicabit. Sequentes tamen et applaudentes Ritschelius habuit Brixium, Ribbeckium, Langenium. Codicum ordinem tenuit Fleckeisen. Philol. II p. 109 et nuper Lorenz. Jahresber. XXII p. 78. Kiessling. Ind. lect. Gryphisw. 1881—82 duos sibi auctores indagasse videbatur, ut alterius essent 592—607, alterius reliqua, sed utraque mutila; Vahlen. posteriora, a 608, prioribus anteponenda censebat. Ribbeck. Mus. Phil. XXXVII p. 543 sq. totum locum refinxit.

592. *illam*. pallam ex v. 588 facile intelligimus. *ecastor* Fleckeis. R. — *faenerato*. v. ad Asin. 890. Hiatur in diæresi; Fl. R. „mi" addunt. — *Sic datur*. Peniculo hæc verba dedit Gruterus, qui „sermo" inquit „est castigantis et pœnas sumentis aut pœnas sumptas esse gratulantis", quorum posterius verius est; sed nihil obstat, quo minus matrona, postquam alapam viro

inflixit. hæc dicit; cf. infra 616. Pseud. 154. Stich. 764. annot. ad Asin. 136. — 594. *pote* Lindem. em., v. ad Aul. 301.

595. *Aufer*, v. ad Aul. 630. *palpationes*, cf. Amph. 503. Matronam, non parasitum, hæc dicere R. censuit, eaque de causa „Pergin tu?" scripsit. Si codd. sequimur, Menæchmus parasitum, quem quum maxime commemoravit (*hunc*), manu familiariter attigit; hic iratus familiaritatem respuit matronamque hortatur, ut in virum invehi pergat, cf. 599. — 596. *Scit* edd. — 597. Matrona virum ipsum maleficium fateri vult; itaque sententiam inceptam interrumpit. *Quidam pallam*, sc. abstulit. Personarum notas recte distribuit Gruterus. Br.: „MEN. Pallam? quidnam pallam?" Sed dicendum erat „quid?" non „quidnam". — 598. Menæchmus iam intelligens rem patefactam esse, pallescit; sed quum hoc parasitus animadvertat, negat pavorem causam esse; turbato animo ridicule excusat pallam propter vocis similitudinem pallorem efficere. *paueo* cod. D, edd. — *nisi unum*, cf. Mil. 24. annot. ad Aul. 357. — 599. *ne clam* olim emendatum. *comesses*, comedere debuisti. Coniunctivus iussivus est, v. Madv. Gram. Lat. 251 ann. 4 et ad Cic. Fin. II, 12, 35; Plautus imperfectum, non plusquamperfectum sic ponere consuevit, v. Bugg. in Opusc. ad Madvig p. 176. Trin. 134: „Non ego illi argentum redderem?" Pers. 707: „Cras ires potius; hodie hic cenares". Poen. 384: „Sic enim diceres". ib. 388. Merc. 625. Mil. 731. Pseud. 137. Rud. 831. Trucul. 738. Longe aberrarunt et R.: „At ego (sc. paueo), tu ne clam comessis" et Mueller. Pros. p. 223: „Utine tu clam me comessis prandium?" — 600. *Non taces?* v. ad Amph. 693. — 601. *nicto*, v. ad Asin. 777. — 602. *misera*, sc. sum, cf. 119. Mox „Quid" Br., vix recte. — *misera es* olim em. — *expedi*, v. ad Amph. 1097. — 603. *confidentius* omisso verbo substantivo, quod R. addit, cf. 618. ann. ad Amph. 590. — *qui quæ* B man. sec. — 605. *de isto* Both. Omissa illa controversia, de qua ironice mulierem ait ei *credere*, postulat ut ad principem quæstionem de palla surrepta redeat. — 606. „ego redeam" ed. pr.; R. *redeam* cum hiatu; Muell. p. 630: „Ad phrygionem equidem". — *i* Gruterus em., cf. 424. 608. — 607. *Quae istaec palla est?* Haec vulgo Menaechmo dant, proxima autem

Taceo cet., matronæ aut parasito; eaque de causa Camerario duce „hic" scribunt pro „haec", quasi illa dicere posset pallam Menæchmi esse. Immo *haec* recte traditum est; personæ invertendæ sunt. Matrona ut confessionem extorqueat, interrogat: „Quæ istæc palla est?" Menæchmus secum ridens ait, ipsam rem suam non nosse, nec opus esse ut furtum fateatur. (*meminit* ed. pr.) Tum aliud mulierem interrogat — 608. *serui* Grut. em.; ed. pr. „seruae" scripserat. — 609. *responsant*, contumaciter, resistunt et male obediunt; cf. Hor. Sat. II, 7, 85 et 103. 4, 18. Epist. I, 1, 68. — 610. *istuc*, i. e. ista locutio, *nugas agis*; hæc iungenda. Ritsch. verba „nugas agis" induxit; superiores edd. matronæ dederant et Pylades „Tristis admodum es" scripserat. — 611. *aliquoi* C; post hoc hiatus in diæresi, quamvis obloquatur Muell. p. 556. — *familiarium*, servorum, v. ad Amph. 127. — 612. *saltem*, v. ad Amph. 434. — 613. *rursum* olim em.; R. „rusum". — 614. *aeque est*, cf. ad Amph. 903. — 615. *Potin* cet. Hæc Menæchmus parasito. His dictis mulieri manum admovet palpandi causa. Illa eum auferre manum iubet simulque vehementer pulsat. — 616. *Sic datur*, v. 592. — *Properato*. Sic homines ea facere iubent irati, quæ pœna secutura sit. — 617. *derideto*, cf. 187. — 620. *florea* ed. pr. — 621, cf. 191. — 622. *aiebas* ed. pr., *aibas* Both. — 623. *ut dudum*, cf. 479. infra 672. — *diuerti* ed. pr. — 626. *Eam ipsus* ed. pr.. De episynaloepha, cf. ad Poen. 859. Schwabe Ann. phil CV p. 411: „Eam ipsus, i, roga". Fl. R. Br.: „Eampse". — 627. *Quasi tu nescias, me rogas*, sic Acidalius p. 261. Turbas peperit versus in codd. male iteratus, vulgoque edunt: „MUL. Me rogas?" — 628 sq. *O . . . probe* edd. male parasito tribuunt; ideoque Acid. et R. „nouit" scripserunt. — 631. *audi atque* ed. pr. — *ades*, sc. animo, quod addit Ter. Andr. Prol. 24. Phorm. Prol. 30. Cf. Merc. 560: „Prius hoc ausculta atque ades". Truc. 910. — 632. *sim* add. Lamb. — *faxo scias*, cf. 526. — 623. *Palla surrupta est mihi?* Lambin. em. pro „tibi" iubentibus quæ sequuntur. Si quid domo surripitur utriusque, et mariti et uxoris, damnum videtur; in eam sententiam Menæchmus rem se ignorare simulans respondet. — 634. *captat* Camer. em., cf. Amph. 418:

„Quid me captas carnufex?“ Videsne, inquit, quo modo captiosis responsis te implicare conetur? *Uiden tu ut te* scripsi cum Muellero; alii „Uiden tu ut“, „Uiden uti“, „Uiden ut te“, „Uiden ted ut“. — 635. *salua non foret*, ut est, modo tu eam a phrygione reprehendas. Edd. inde a Cam. „salua nunc foret“. Gronov. enarrat: „si tibi surrepta esset, quum eam deferres ad scortum, et huic reddita“; quæ apud Plautum non leguntur. — 636. Menæchmus priora parasito, posteriora uxori dicit. — 638. *Quis hic homo est?* Br.: „Quis is homost?“ coll. Curc. 581. 650. — 639. *Tu istic*, v. Amph. 362. — 641. *Tu, tu istic* cet. cum cod. B matronæ dedi, edd. Peniculo. — 642. *tu tu*, noctuæ cantus est, unde hæc avis *τυτώ* a Græcis dicta est teste Hesychio. Tutubare noctuam Latini dicebant, v. glossarium antiquum a Boxhornio laudatum et Anthol. Riesii 762 v. 40: „Noctua lucifuga tutubat in tenebris“ (cod. „cucubit“). — 643 idem est ac 604; v. ad Asin. 185. — 644. *Immo hercle uero nos*, sc. iuramus, nos non falsum dicere. — 645. *condonaui*, dono dedi, cf. ad Bacch. 1142. — *sic utendam* tantummodo usus causa; viri docti conferunt v. 195. 750. Ter. Heaut. 523: „sic satis“. Phorm. 145: „sic tenuiter“. Hor. Od. II, 11, 14: „iacentes sic temere“. Cic. Rosc. Am. 26, 71: „sic nudos“. Div. in. Cæc. 15, 50: „sic breviter“. ad Att. XV, 13, 3. — 649. *ex re tua*, quod tibi conducat, cf. Pseud. 339: „ex tua re est, ut ego emoriar“. — 650. *introibis* cum hiatu, quattuor syllabis, non ut vulgo tribus, cf. Mil. 1162: „intro ire“ in diæresi versus. Fl., R., Br.: „numquam hodie“. — 651. *Eo* Both. em. — *Quid mihi futurum est*, sc. præmii. — 652. *Opera* edd.

654. *Cum uiro uxor* scripsi omisso altero „cum“; deinde *ambo* addidi. Postquam inanis relictus est, parasitus non Menæchmo soli sed etiam uxori eius mala omnia optat. Vulgo post Gruterum editur: „Cum uirum, cum uxorem“, quod nihil est. R.: „Quom uirum tum uxorem“, quod aliud significat; Fleckeis.: „Qua uirum qua uxorem“. — *Properabo ad forum*, si forte alium invenire potero, qui me invitet. — 655. Hiatus in diæresi.

656. *sese* codd., ut „mihi“ monosyllabum sit; Pyl. et R. „se“. — 657. *patiundum*; *at* C, ed. pr.; R.: „patiundumst;

placuero". non opus. — 659 *occludit* edd. -- 661. *redimam.* vicissim emam. cf. 668. — *Heus* Camer. em. - 662. *aliquis euocate*, cf. ad Epid. 399.

663. *hic* corripitur. cf. Mueller Pros p. 393 sq. — *Sibi inimicus* cet., qui se minus quam te amat. Post *quam* hiatur R.: „quist quam". — *aetati*, i. e. vitæ, v. ad Capt. 879. — 665. *quod*, ob quod, v. ad Amph. 902. — *uolup* Pylades em., v. ad Amph. 951. — 667. *mihi eam*, de verborum ordine cf. 879. ann. ad Amph. 181. — *rem omnem, ut factum est*, cf 118: „rem, quidquid". ann. ad Amph 959. — 668. *bis tanto pluris*, duplo pretio. — *quam uoles*; ipsi eligendi arbitrium dat. Br.: „quom uoles"; non opus. — 669. *prius* edd., quod si verum est, hiatur in diæresi ante *ut*. Fleckeis.: „deferres", Spengel. Philol. XXIII p. 561: „pauxillo prius". R. cum Bothio: „Dedi equidem illanc, ad phrygionem ut ferres, tibi paulo prius". — 671. *Mihi tu ut* C; coniunctionem omittit Priscianus V p. 646, ex quo edd. plerique *reperies*; in archetypo Plautinorum codd. videtur fuisse, quod R. posuit, „reppereris". — 673. *nunc te postillac uideo*, primum. Geitz. voluit: „nec t. p. uidi". — 674. *Quia commisi* eam tibi, hac arrepta occasione me ea privare studes. Both. R. Br. „Quae conmisi". — *adfectas uiam*, v. ad Aul. 567. Iunge: ad eam rem, ut me defrudes, quæ commisi. — 676. *Nec te ultro*, hinc edd. post Pyladem Erotii verba ordiuntur. Interrumpit Menæchmi orationem, qui a „Neque . . . posco" orsus persecuturus erat: „et alteram tibi promisi pretiosiorem." — 677. *Dedisti* correpta media, v. Proleg. p. 201. — 678. Hiatus causa R.: „habeto", Mueller.: „i, tibi habe", ego olim: „tibi tu", Fleckeis.: „tibi habe eam". — 679. *loculos* em. Balbach. cf. Hor. Ep. II, 1, 175. — 680. *ne frustra sis*, v. ad Amph. 967. — 681. *despicatui*, cf. Cas. 177. — 682. *frustra es* R. em. Hunc et proximum versum spurios putant Sonnenb. et Langen. Stud. p. 303, vix iure. — 684. „Nimis hercle iracunde" transp. Seyff. Stud. p. 5. — *tandem*, v. ad Asin. 175. Post h. v. hiatur in diæresi. — *tibi dico*, cf 370; abire volentem alloquitur. — 685. *etiam audes*, cf. ad Asin. 670. R. Acidalium secutus: „Redi. Etiam astas? etiamne audes". Brix. recte codices sequitur; quod *ne*

in altero membro ponitur, in altero omittitur, affert Most. 759. Pers. 473: „Summe probus, sum lepidus civis?“ add. Cic. Cat. I init. Liv. VIII, 5, 9. XXXVIII, 48, 7—8. — 686. *Abiit* ed. pr. — *occlusit aedis* Camer. Quod in D legitur „ocius ita edis“, idem in B ante rasuram fuisse videtur. — 688. *consulere* cum accusativo personæ vulgo iungitur, rarius cum accusativo rei, ut Most. 1083. Mil. 221: „tuo tergo obsidium consuli“. Liv. II, 28, 2: „rem delatam consulere“. Cic. Divin. I, 2, 3: „consulendis rebus“. Duo accusativi inveniuntur etiam Cic. ad Attic. VII, 20, 2: „nec te id consulo“.

---

689. Redit Menæchmus alter, Syracusanus ille, cuius proprium nomen Sosicles fuerat. Is Messenionem servum, quem ita dimiserat, ut eum sibi adversum ire iuberet (426), cuique etiam marsuppium suum crediderat (379), frustra quærens per urbem erravit; pallam autem, quam ab Erotio acceperat, etiam nunc manibus gestat. — 691 *ganeum*, cf. Ter. Ad. 359: „credo abductum in ganeum aliquo“, ubi Donatus: „Veteres ganeum meritoriam tabernam dixerunt“.

692. Uxor Menæchmi, qui viro excluso intro abierat (652), exit prospiciendi causa, num forte vir cum palla redeat, gemellumque fratrem conspiciens eum pro marito habet. *Prouisam*, cf. Stich. 642: „Si quem hominem expectant, eum solent prouisere“. Ter. Eun. 394. — *quam mox*, cf. Mil. 306. 1398. Rud. 340. 1214. Ter. Eun. 788. Cic. Rosc. Com. 1, 1. — 695 emendatus ex Nonio, qui p. 468: „Meret pro meretur. Plautus in Menæchmis . . .: adibo atque hominem accipiam dictis, quibus meret“. — 697. *Flagitium hominis*, v. 477. — 698. Post *te* hiatus; R. „ted“ scripsit, Br. „Quæ te res“ ex Curc. 92. — 700. *Quid tandem admisi in me?* quid sceleris commisi? cf. Ter. Phorm. 270. 415. Cic. p. Mil. 37, 103. Hor. Ep. I, 16, 53. — 701. *o* Pylades addidit ex Ter. Heaut. 313. R.: „hem“. — 702. *Hecubam*. Cic. Tusc. III, 26, 63: „Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam“. Ovid. Met. XIII, 567 sqq. — 705. *mala ingerebat*, v. ad Bacch. 870. — *quemquem*. Fuerunt qui „quemque“ scriberent, cf. ad Asin. 197; sed Brixius recte illud

defendit coll. Poen. 183: „quemquem uisco offenderant". Truc. 229: „quemquem hominem attigerit"' — 706. *canes*, v. ad Most. 40. — 707. *istaec ego* Pylad. em.; R. „Non ego istaec tua" ut v. 709. — 708. *aetatem*, per totam vitam, v. ad Amph. 1016. — *esse uiduam* scripsi cum hiatu legitimo; item R., nisi quod „meam" ante „med" addidit; Br.: „uiduam hic esse". — 709. Hunc versum R. spurium putavit propter similitudinem versus 723 et aliorum; Br. recte animadvertit abesse non posse. — 710. *tu te*; Both., R.: „tun te"; non opus. — 711. *An mos hic ita est?* Camerarium secutus Bothius. — 714. *quam*; omissum est „potius", v. ad Bacch. 616. — *tuos* codd.; R. „istos". — 716. *usque dum*, quam diu. Br. confert Ter. Heaut. 136. — 717. *Hanc* Both. em., idemque mihi in mentem venerat. Ladewigius (Philol. I p. 299) versuum ordinem turbatum arbitratus, omissis h. l. versibus 717—21, post v. 729 posuit vv. 719—21 et deinde 717—18; quem R. et Br. ita secuti sunt, ut v. 717 „Haut" pro „At" scriberent. *negabas*, v. 643. — 719. *Eu hercle* em. Fleckeis., v. ad Most. 331. — 720. „Tun tibi surruptam hanc" Both., R., sed vid. Proleg. p. 204. — 722. *istuc* Br. enarrat: „propter istud" parum credibiliter; Mueller. „isto" scribebat; sed „huc . . . arcessam" scribendum erat. Si sana scriptura est, sententia post „mecastor" interrumpitur; matrona dictura erat: Ne istuc non inpune dixeris; cf. Vergilianum illud „Quos ego". — 721. *I*, cf. 424. Ancillæ nomen incertum est; edd. „Decio", quod ferri non potest. Græcum servæ nomen quærendum est. In mentem venerat Δεξώ, quod in titulis Græcis legeram, idemque proposuit Fleckeisen. et Ritsch. Op. III p. 308, quod si Decso scriptum fuit, prope afuit a codicum scriptura; sed quoniam alibi nusquam, quod sciam, in Plautinis codd. cs pro x invenitur, malui *Decto* scribere, Δεκτώ, cui simile exstat virile nomen Δεκτίων. — *quaese* pro „quaere" scripsi cum Colvio, antiqua forma, quæ petendi vim habet, v. infra 865 et ad Amph. 1037. — 725. *natam* R. addidit, v. ad Bacch. 215. — 727. Pro *pallam* Br. posuit „pallas" ut 791. Superiores vocem excidisse censuerunt; Cam.: „Cum pallam cet."; mihi *Non* aptius videtur. — 728. *tu* add. Mueller. — 729. *Degeris*, cf. 792. Trucul. 114. — 730. *quod bibam*. Mate-

dicta mulieris tam molesta et amara videntur, ut ferri non possint, nisi quis medicamine aut potione ad eam rem apta munitus sit, quale fuit Helenæ illud apud Homerum Od. IV, 220 sq.: *αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνϑεν ἔπινον, νηπενϑές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληϑον ἁπάντων* etc. — 732. *esse me* Cam. add. — *arbitrare*; coniunctivum requirunt et alii et Luchs. Herm. VI p. 266; v. ad Amph. 17. — 733. *simitu*, simul, v. ad Amph. 625. *noui simul cum*, hic et 736, est „aeque ac", proprie: eodem tempore utrumque cognovi. — *Porthaon* fuit Oenei pater, filius Agenoris, Pleuronis filii, v. Apollod. 1, 7. 7. Paus. IV, 35. 1. Eupolid. fr. *Πόλεων* 12: *τὸν Λευκολοφίδου παῖδα τοῦ Πορϑάονος*. al., quem Homerus Il. XIV, 115 *Πορϑέα* appellat, cf. Bergk. Philol. XVII p. 55 sq. Poeta nomen ex remotissima antiquitate quæsivit. — 734. *at* edd. — 736. *Nouistin* exstat apud Priscianum, qui VI p. 702 hunc versum affert, ut *Calcha* pro „Calchante" antiquos Romanos dixisse ostendat, cf. Charis. p. 50. ad Amph. 99. Significatur autem celeberrimus ille Græcorum vates ex Iliade, cf. Merc. 933. — 737. Numquam ante hunc diem se nec mulierem nec senem vidisse ait. — 738 Sonnenb. et Langen. Stud. p. 303 sq. spurium habent. Fleckeis. Ann. phil. CXXI p. 124: „Negas te me nouisse". — 740. *atque alias res soles*, sc. agere cf. ad Asin. 879. Ter. Eun. 279: „sic soleo amicos".

741—43. Senis canticum fere creticis numeris compositum est; plerique versus tetrametri bacchiaci sunt; 742 et 43 et 751 compositi ex dimetro bacchiaco et iambico semiquinario, 748 ex iambico semiquinario et dimetro bacchiaco, aut ex duobus semiquinariis bacchiacis, 750 ex dimetro bacchiaco et — — ⌣ ⌣ —, 752 ex dim. cretico et trochaico semiquinario, 753 ex cretico et dipodia trochaica, 762 ex semiquinario iambico et dimetro bacchiaco, 763 ex tribus bacchiis et dimetro iambico catalectico. Spengelius Reformv. p. 375 et 243 totum canticum tetrametris bacchiacis scriptum esse affirmat, eaque de causa 742 cum Bothio scribit „progrediri", 743 cum Weisio „quam mihi facile sit", 748 „Eas", 750—53 „Quidnam hoc sit negoti, quod sic filia ad se Me ut irem repente expetit nec, quid id sit, Mi certum facit,

quid uelit quid me accersat". 762: „Sed id quidquid est". 763: „eius uxrum uideo tristem", quibus additur clausula.

741. Senex ætate tardus difficulter incedit, sed urgente re, quantum potest, properat. Quamvis contraria copulativa coniunctione iunguntur *hoc usus factost*, v. ad Amph. 501. — 743. *quam facile*, i. e. quam difficile, cf. Ter. Andr. 811: „quam id mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent". 287: „quam illi utraeque res nunc utiles sient". Pl. Mil. 880: „quam magni referat". — *haud sum falsus*, non me fallit, v. ad Aul. 123. — 744. *consitus* Nonius p. 1 hunc locum afferens. Turnebus confert Ter. Eun. 236: „pannis annisque obsitum". Verg. Æn. VIII, 307: „rex obsitus aeuo". — 745. *onustum*, sc. ea. Gron. confert Merc. 663 sq.: „Quin is ocius? SY. Nequeo mecastor; tantum hoc onerist, quod fero. DO. Quid onerist? SY. Annos octoginta et quattuor". — 746. Qui alterum *mala* tollunt, parum recte agunt. Non ætas per se senectutem significat, sed *mala aetas*, v. Aul. 13: „ut te dignam mala malam aetatem exigas". cf. Rud. 335: „Quid agis tu? AMP. Aetatem haud malam male". *merx mala* (s. mers mala, ut scribit Nonius p. 1 et 192, utroque loco hunc versum sic laudans: „Ut aetas mala est mers mala est ergo", cf. Ritsch. Op. II p. 652 sqq.) pro re mala et contemptu digna frequens est apud Plautum, v. Pers. 239. Pseud. 959. Cist. 559; Trucul. 406. „malae merces" Cas. 706. Alterum *est* necesse est deleatur; ac ne *ergo* quidem verum videtur. Turnebus, Lips., Br. „tergo" substituerunt. — 749. *in pectore et corde*. Br. confert Merc. 582: „in pectore atque in corde". — *curae est* olim emendatum. — 751. *expetit*, quamvis sequente *ut irem*, pro præsenti habeo, cf. ad Trin. 14. — 752. *mihi certius facit*, v. ad 240. Hinc *quid uelit* non minus quam „quid id sit" pendet. Both., R. scripserunt: „quid sit . . . quod uelit quodue accersat". Coniunctivum *arcessat* iam Lambinus restituit. — 745. *litigium*, cf. Cas. 540. — 756. *Ita solent*, litigare. — 760. *filia*, non „mea", sed in commune dictum. — 761. R. ed.: „Nisi aut quid commissumst aut est causa iurgi". Felicius Seyffert. Phil. XXIX p. 395 et Mueller. Pros. p. 620: „Nisi aut quid commisit uir aut iurgist causa". Fuit quum „iurgi causa" scribere mallem.

— 763. *tristem*, cf. 798. Vox aut transponenda videtur, ut plerique edd. fecerunt, aut delenda.

764. Colloquium septenariis scriptum est. *aduorsum* Pylades em. — 765. *Saluene*, i. e. saluis rebus, cf. Stich. 14: „Saluene amabo?" Trin. 1177: „Satine salue?" item Ter. Eun. 978. Liv. I, 58, 7. VI, 34, 8. X, 18, 11. Gronovius et in his locis „salvæ" scribebat, quasi audiri posset „res", et h. l. „Saluaene aduenio? Saluane"; saltem „ad saluam" dicendum erat. — 766. *destitit*, v. ad Most. 772; significat: procul stat, cf. 798. — 767. *uelitati estis* cum hiatu in diæresi. Fest. Ep. p. 369: „Velitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ". cf. annot. ad Asin. 305. Nonius p. 3, qui in h. l afferendo *duo* scribit. — 768. *uter meruistis*, uter uestrum meruit, v. ad Amph. 1087. — *paucis* ed. pr.; idem *logos*, cf. Pseud. 257. Pers. 393. Stich. 225. Ter. Phorm. 493. — 769. *hoc te absoluo*, his dictis te dimitto, hoc responso rem transigo, v. ad Aul. 509. — 770. *durare*, v. ad Amph. 875. — 773. *ego* R. add.; Cam.: „edixi tandem". — 774. *ne uter iretis*, cf. 768. — 775. *ego* retinet Mueller. Pros. p. 129. — 776. *Nisi non uis*, i. e. nisi incommodum est. Hæc verba Gruterus recte matronæ dedit, quum in codd. personarum notæ omissæ essent; nec est quod cum R. et Br. versum ante hæc excidisse putemus. — *monstraui*, præcepi v. ad Curc. 199. — 777. „Quod" Wr., non opus. — 778. *Sane sapit.* R. male exspectabat: „Hau sane sapit". — 779. *industriam*, cf. 125. — 780. R. cum Pylade „Tuan"; vix opus. — 781. *Si* pro „Siue" Both. et versu iubente et consuetudine Plauti, v. ad Curc. 4. — 782. *Una opera*, æque facile, eodem iure, v. ad Asin. 98. — *ad cenam ne promittat*, v. ad Most. 986. — 783. *apud se* Acid. em. — *seruiren* edd.; „seruirin" eadem vi R. Opusc. II p. 560; repugnat Corssen. Aussprache d. L. I p. 323. — 784. Post *una* hiatus in diæresi; Pylades, R., cett. „illi" addunt. Wagn. „te". — *pensum*, quod neat. — *postules*, v. ad Amph. 357. — 785. *carere* Varro L. L. VII, 54, qui hoc versu allato addit: „Idem est hoc verbum in Cosmetria Nævii. Carere a carendo, quod lanam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia. ex quo carminari dicitur tum lana, quum ex ea carunt

quod in ea hæret". Immo ab eadem stirpe ducitur, qua Græcum *κείρειν*. — 786 sq. Queritur, quod pater, quum sibi adesse debeat et apud se stet, tamen alterius partis causam agat. *illim*, v. ad Bacch. 317. — 788. *tanto* ed. pr., v. ad Bacch. 307. — 789. *auratam*, auro instructam, cf. Epid. 223. Most. 282: „purpurata". — *penum* olim suppletum. — 790. *sanam est* ed. pr.; R.: „meliust sanam". — 791. *domo* Acidalius. — 792. *clam* idem. — 795. *Et* add. ed. pr. — 796. *scibo*; *ibo* Camer. cum hiatu in diæresi: R. „scibo; adibo". — *atque alloquar* Pylades. — 797. *dissertatis*, ambigitis, dissentitis; cf. Caton. apud Fest. Ep. p. 60: „Quid ego cum illo dissertem amplius?" R. ex cod. D: „discertatis", quod verbum nusquam reperitur. — 798. *Quid tu tristis es?* ed. pr.; Gruterus: „Quid tu trux es?" voce parum apta. — *irata destitit* Dousa em., ut 766, qui quod huic plane geminus est, non est quod versum aptissimum spurium habeamus. — 799. *quidquid*, cf. 337. — 800. *do testes* Grut. em. — *quoius rei rerum omnium*; nec enim testibus opus esse videt. — 801. Post *neque* alterum „neque" desideratur, nec sententia *ἀνακόλουθος* abrupta videtur; veri simile est aliquid excidisse. In v. 802 antt. edd. „atque abstulisse deiurat" v. „deierat"; R. omisso *atque* supplevit: „Hanc domo ab se surrupuisse [pallam, neque eam umquam antidhac Fuisse illius, quam me sibimet] abstulisse deierat"; melius Teuffel. Ann. phil. IC p. 484, aut Vahlen: „Hanc domo ab se surrupuisse [neque adeo umquam ante hunc diem Eam uidisse, quæ me hanc ab sese] abstulisse deierat". *deierat*, a iurando, em. Camer., cf. Cas. 644. Rud. 1323. Ter. Eun. 331. Hec. 771; sed fatendum est hoc ius iurandum nusquam inveniri. — 803. *pedem* Pylades add., cf. 393. — 805 sq. *neges te . . . intulisse* ed. pr. — 808. *Tu negas?* Br. confert Ter. Andr. 909. Both., R. „Tun" voluerunt. — Post *uero* senis, non matronæ verba incipere intellexit Acidalius; sed et is et ceteri vulgo „Nimio" ediderunt. *Immo hercle* scribendum esse vidit Vahlen. Mox Camer. „impudenter negas", Pareus „ludicre", quod dubitanter recep. R. et Br., Studem. „ridicule", Luchs. (Studem. Stud. I p. 39) „ludibrio", Seyffert. Stud. p. 22 „periure", ego *tu temere*. — 809. *hac emigrasti* Camer.; R „exm." — *huc*

Camer. ut 821. — *mea* Fleckeis. add.; „Concede huc sis, filia" Acidal. — 810. *ais* Beroaldus em. *num* Lamb. *emigrastis* Acidal. *quam ob rem* Beroald. — 811. „tu" del. R.; Both.: „Ludit te hic profecto. SE. Non tu te tenes?" — 812. *iocatus* ed. pr., i. e. iocatus es. — *hanc rem gere*, Spengel. Philol. XXIII p. 179, ut Pseud. 195; cf. Mil. 360: „hanc rem gero". Res mandata tam geri quam agi dicitur Bacch. 174 et 176. R. ed.: „iocatus es: nunc hanc rem age". — 813. *quid mihi tecum est?* cf. supra 319. 362. 482. Aul. 623. Cas. 97. Cist. 479. al., quibus locis allatis Luchsius Herm. XIII p. 497 sq. probare conatur, dativo casu eam personam poni debere, quæ molesta sit et ableganda, et hoc quoque loco scribendum esse: „quid tibi mecumst?" His non opponam Curc. 684, ubi cum Fleckeis. edidi: „Quid tecumst mihi Aut tecum?" nam ibi codd., quod vehementer doleo inter corrigendas plagulas editionis meæ excidisse, habent: „mecumst tibi", ac nescio an rectius Luchs l. l. scribi vult: „Quid mecumst tibi? Aut tibi?" Sed in hac phrasi mutuam personarum relationem, ut utroque modo dicatur, concedere credo, cf. 636. — Hic versus quia numeros non explet, Cam. add.: „Quid feci ego?", quod commendat Vahlen. coll. Poen. 1235. In proximo autem versu numerorum causa proponit: „molesta quae mihi est." Ritsch.: „[sanan] tibi [Mens est] aut adeo isti, quae molestast mihi quoquo modo?" Ribb. Mus. Rh. XXXVII p. 545: „[Quae mens] tibi Aut adeo isti, quae molestast [dudum] mihi quoquo modo?" — 815. Post *tu* hiatur. R. „illic", forma vix admittenda. — *uirere* Camerarius, i. e. virides fieri. R. „linere" scripsit, „nisi forte" inquit „cum Meursio lurere audebis". Immo illud probum est. Mulier insaniæ signa sibi conspicere videtur; horum unum erat *uiridis color* oculorum et totius faciei; nam furoris causam atram bilem putabant, ipsumque furorem μελαγχολίαν dicebant, v. Cicer. Tusc. III, 5, 11. Plaut. Capt. 589 sqq.: „Ardent oculi cet.", ad quem locum plura attulimus. Virides oculos in alio morbo herbeos dicit Pl. Curc. 231. — Post v. 816 R. lacunam signavit; „ubi enim" inquit „aiunt eum insanire?" An apertius dici potest quam allatis insaniæ signis? — 817, qui in codd. pravo loco legitur, spurium censet Langen. Stud. p. 304, huc

revocavit Acidalius. Sed nullo iure idem v. d. proximorum versuum ordinem ita invertit, ut vv. 818—19 versibus 820—21 postponeret. Secuti tamen sunt Both., Weis., Br. Mecum facit Langen. Philol. XXXIII p. 712, qui quod in principio versus 818 „Sed" excidisse putat, v. ad Amph. 350. — 817. *ultro*, e contrario, cf. ad Most. 205. Ter. Ad. 595: „putant, sibi fieri iniuriam ultro, quom ipsi insaniant". Pl. Aul. 522. supra 676. — 819. *ut* addidi cum Ritschelio. — 820. *pandiculans* olim emendatum. „Pandiculari" ait Fest. Ep. p. 220 „dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt". — 821. *potest*, sc. fieri, v. ad Amph. 169. — 822. Bacchi furore correptum se simulat. „Euoe, Euie" Lambinus scripsit. R.: „Euoe Bacche, heu", quorum prima retinui; „heu" ferri non posse, animadvertit Langen. Beitr. p. 201. — 824. *femina canis*. Brix. confert Truc. 281 „musca femina"; alibi porcus femina, anguis femina, al. — 825. *Post* R., v. ad Asin. 906. — „*hircus* alius" post Pyladem edebatur, male; *olidus* Seyff. Philol. XXVII p. 453, cf. 850. Br. cum Muellero „caluos". — 827. „ex oraclo mi" R., „imperas" Langen. Beitr. p. 7. — 828. Post *illi* hiatus; R.: „illic", v. ad 815. — *lampadibus*, facibus, cf. Ter. Ad. 907: „Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas". Vox h. l. ultimam producere dicitur, v. Proleg. p. 197; potius tertia versus dipodia constat ex trochæo et anapæsto. — 829. *Perii* Cam. — 832. Extrema versus B legere non potuit, C reliquias quasdam servavit. Ed. pr. „ME. Amplius enim hæreo"; vulgo post Acidalium: „ME. Enimuero nisi Occupo"; R.: „ME. Hem, iam reor, Ni cet." Ribb.: „Enim serio" ego: *Enim periculum est*. Hæc Menæchmus secum loquitur, v. 834 sq. magna voce quasi insanus — *uotas*; v. ad Capt. 697. *quidquam parcere*, ullam parsimoniam adhibere; parcere hic dativum sibi adiungit, non accusativum ut Curc. 381. — 835. *Ni* em. Cam. Idem „ex meis"; sed præpositio abesse potest, v. ad Epid. 679. — *in malam magnam crucem* codd.; R.: „maxumam in malam crucem", et sic solet Plautus, v. Luchs in Studem. Stud. I p. 20. — 836. *quantum potest*, quam celerrime, v. ad Amph. 961. — 837. Ante *adserua* hiatus in diæresi; Muell. „tu" addit. — 838. *abeat*.

Sumne et *audio* ed. pr. — 839 Deest aliquid versui. Both. „a me" addidit ante „amoui". Fleckeis. „hinc"; sed neutrum necessarium est; contra requiritur verbum, unde pendeat *hunc*; itaque *petam* addidi. — 840. *tremulum*, senectute trementem; cf. Catul 61, 161: „tremulum mouens cana tempus anilitas". *Tithonum* Meursius em. Nota est fabula de Laomedontis filio ab Aurora amato, quæ infinitam ei senectutem precibus suis impetravit. Codd. „Titanum" errore antiquo, qui etiam Prisciano obversatus est, qui VI p. 688 de hac forma disputat. — Proxima ex eodem grammatico restituit Palmerius pro „lucet" scripto *cluet*, i. e. vocatur, cf. Amph. 641. Bacch. 920. Epid. 190. Pseud. 923. Trin. 310. 498 622. Rud. 284. *Cygnus* autem vel *Cycnus* non Tithoni causa nominatur, quasi is eius filius sit; sed senex propter canum caput albi avis filius dicitur, vel herois, quem fabulæ in olorem mutatum esse narrabant. Ritsch. Opusc. II p. 478, ut eam nominis formam, qua ipse Plautus usus esse videtur, restitueret, scripsit: „qui cluet Cucino patre", prob. Luchs. in Studem. Stud. I p. 51. Wagn. retento codicum ordine „Cucino prognatum patre". — 841. *artua*; hanc formam confirmant et Priscianus VI p. 714 et Nonius p. 191 hunc versum afferentes. — 844. *Faciam quod iubes*; Apollinem alloquitur. – *securim ancipitem*, cf. Rud. 1145; bipennis est. — Ad hunc, non ad proximum versum pertinere voc. „senem", facile apparet. R. totum locum sic rescripsit: „hunc senem Osse tenus dolabo [et concidam] assulatim uiscera", nimis licenter. *Osse fini* est usque ad os. Gronovius „ossum fini" voluit, ut Cat. R. R. 113: „amphoras implere ansarum infimarum fini". Sall. Hist. III, 93: „fine inguinum ingrediuntur mare". Cæs. B. Afr. 85: „per mare umbilici fine ingressi". Sed recte Brix. animadvertit, ne hoc quidem mutato opus esse, nam Cato etiam R. R. 28: „operito terra radicibus fini". — „*assulatim* ut minutatim" Nonius p. 72 hæc sic afferens: „nisi dedolabo assulatim viscera"; cf. ad Capt. 826. Sed accusativus „uiscera" una cum antecedenti „hunc senem" ferri non potest, nec enim appositio, quam Teuffel Ann. phil. IC p. 485, nec aposiopesis, quam Schwabe Ann. phil. CV p. 414 defendit, ullo modo probabilis est. Aut cum Camerario „huic seni" scribendum est

aut, ut nos, *uiscerans*, quod verbum antiqais in usu fuisse, et substantivum visceratio ostendit et adverbium visceratim, v. Non p. 183. Participium ponitur ut 906 — 846. *adcurandumst* scripsi propter codd.; superiores verbum substantivum omittunt. — 850. *uetulum* Gulielmus em., ed pr „Gætulum". — *edentulum* Pius. — 851. *adstiti*, adsto, cf. 766. 1066. Pseud. 459: „Bene confidenterque adstitisse intellego". annot. ad Amph. 52 et Rud. 229. — *stimulum* neutro genere hoc uno loco exstat. R.: „stimulus iam in manust"; Br. „st" om. — 853. *facite inflexa* Dousa em.; oratio tragica: inflexi sint pedes pernices. — *sit* cod. D. edd. — 854. *mineri* Camer. Idem personarum notas addidit. Hiatus in diæresi; Muell.: „Ecce autem". — 855. *hic* Both. add.; Vahlen. omitti posse censet coll. Pseud. 972. — 856. Subito se retineri fingit. Post *capillo* hiatus in diæresi; Muell. „ui" addebat. — 857. Si „tuum demutat" verum est, necesse est sequatur „Apollo" vocativo casu. Menæchmus aut eum alloquitur, quem se de curro deripere dixit, ut fuerit: „Imperium tu deum demutas cet.", aut secum loquitur interrogans: „Imperium quisquam demutat cet.?" **Ed. pr.: „edictum"; item R. et Br., fortasse recte.**

858. Reliqua sedatiora sunt et senariis scripta. *Eu hercle*, v. ad 312. *acutum* em. Spengel. Philol. XXIII p 179. R. ediderat: „Heu morbum hercle acrem ac durum". — 859. *uel*, v. ad Curc. 611. Ante h. v. generalem sententiam excidisse putarunt R. et Br.; supplevit Wagn. exempli causa: „Homunculorum uires quam pereunt cito!"

862. Hinc novam scenam ordiuntur codd., iniuria; nec enim Menæchmus censendus est v. 857 abisse et nunc, postquam abiit senex, redisse; senex quasi in eodem loco manenti medicum arcessit. Pessime autem B proximam scenam usque ad v. 873 cum hac coniungit. — *quaeso*; spectatores alloquitur. — 863. ***me ui*** **codd.; R. et Br.: „ui me", cur? —** ***ualidus*** tribachyn facit, cf. 828. Br. „ualens" proposuit. — 865. *Cosque*, v. ad Asin. 697. add. Aul. 381. Epid. 285. Ritsch. ante hæc versum excidisse putabat. — 866. *me*, solita anticipatio, v. ad Aul. 662. **R. ed. „Ne ei iam indicetis".**

867. **Senex medicum arcessivit. Primis sex versibus de** mora queritur sibi apud medicum obiecta et inanem medicorum iactantiam ridet. — 867. Post „sedendo“ hiatur in cæsura. R. „mi“ addebat; Mueller. „illi“, i. e. apud medicum; „oculique“ Ausonius. Lud. VII Sapientum, Chilon. 1; sed Haupt. Herm. V p. 176 animadvertit, hanc Ausonii emendationem videri. — *spectando* Saracenus em., nam exspectare non est prospicere. — 870 sq. Medicus nobis proponitur vanus et gloriosus, qui se deos ipsos artis medicinæ auctores curasse gloriatur. Senex autem, si Apollini brachium, Æsculapio crus fractum obligaverit, ait eum potius statuas deorum quam ipsos deos curasse videri, fabrumque potius quam medicum appellandum esse. — 872. „medicum ducere“, mutato ordine Both. et R. — 873. Quod senex medicum non secum ducit, sed eum antecedit, occupatissimum esse hominem audivimus et multis negotiis detineri. Iam advenit properans formicarum more, qui quamvis minutis gradibus festinationis speciem præbent. *mouet* Pylades emendavit. Imperativus, quem etiam Priscianus I p. 594 exhibet, tum locum haberet, si moram et segnitiem medico obiiceret, sed formicarum gradus non sunt lenti, nec propter exiguitatem tarditatis exemplar esse possunt, ut volunt interpretes. Weisio **versus 867—73 spurios habenti accedere non audeo.**

874. *esse* edd. inde a Pio. R.: „illi esse“. *dixeras*, v. 1075. ann. ad Amph. 379 et ad Pers. 573. Bacch. 952. Capt. 194. Cic. Orat. 29, 101. Verr. IV, 22, 48. Fin. II, 6, 17. Cæs. B. G. II, 1. — 875. *laruatust* R. *laruatus aut cerritus*, v. ad Amph. 769 sq. — 876. *ueternus* olim em., cf. Hor. Epist. I, 8, 10. *aqua intercus*, Cic. Off. III, 24, 92. — 879. *mea ego ad* cod. D, ed. pr. — 881 Ab hoc versu, non a proximo, edd. medici verba incipiunt, recte, ut videtur, sed „suspirabo“ corruptum est, nec aut cum Both. „suspirabis“ aut cum Weisio „suspirabit“ scribendum. Ritsch.: „Quin sospitabo plus sescentos in die“, i. e. sanos faciam; sed tum versuum ordo mutandus est: R. hunc post 878 posuit, tum 880 ante 879. Meliorem viam ingressus Seyffert. Philol. XXV p. 452: „Quin suppeditabo plus sescenta ei in die“; sed aliud verbum positum fuisse videtur, fortasse „mustilabo“, *ἀναπυκίσομαι*; sic scripserim: „Quin

mystilabo plus sescenta ei in dies", i. e. innumeras potiones vel haustus ei dabo, cf. 904 sq. — 882. „cum" Both. sustulit, „ego" R. — 883. Hunc versum Camerarius medico continuavit; sed is Menæchmum vix noverat; B seni dat.

884. Menæchmus Epidamnius, qui domo exclusus per urbem vagabatur, tristis redit. Senex eundem esse credens, quem insanientem viderat, pro insano aggreditur. Trochaicis septenariis scena scripta est. — 885. *Quae* codd.; R. „Quom quae". — *omnia ea* transposuit Both.; hiatur in diæresi; Muell.: „ea omnia hic". — 887. Cum *Ulixe*, fallaciarum omnium auctore, fraudulentum parasitum comparat. Ut Agamemno Ulixi, ita Menæchmus Peniculo *rex* erat, v. ad Asin. 910. Si autem quæritur, quanam fraude Ulixes Agamemnoni magnum malum conciverit, apud Homerum quidem nihil tale invenitur, sed apud Euripidem videmus Ulixem præter ceteros Agamemnonem cogere ut Iphigeniam immolet (Iph. Aul. 524. 1361), et Dictys Cretensis I, 20 narrat, quum Calchantis oraculo Iphigenia ad sacrificium postularetur, pater autem eam arcessere nollet, Ulixem clam Mycenas profectum persuasisse Clytæmnestræ, ut filiam quasi Achilli nupturam Aulidem duceret. — 888. Ante *hominem* hiatus. R. „hercle" addebat, Muell. „hodie". Molestior videtur hiatus „uita euoluam". Cam. „deuoluam", R. „iam euoluam", Bergk. „ui uita" scripserunt. De ipso verbo non est quod dubitemus, cf. Senec. Ep. 74, 4: „acti in exsilium et evoluti bonis". Liv. VI, 15, 5. — 889. Se reprehendit, quod „sua uita" dixerit, non „mea"; parasiti enim vitam non ipsius esse, sed patroni. — *meast* Cam. em. — 890. *educatust*, cf. 98. — *anima*; anima enim una cum cibo privatur. — 891. *Condigne*, similiter, v. ad Aul. 457. — 892. „pallam" edd., vix opus. — 893. *Eu edepol*, v. 161. — 894. *Se* ed. pr. — 895. *apertas*. Homo tristis lamentatur brachiis apertis, i. e. ex pallio exsertis; hoc eum facere vetat medicus. — 897. *Ecquid sentis?* sc. eum insanire. Hæc cum codd. medico tribuimus, proxima vero Menæchmo; eum medicus allocutus erat; is autem, quia parum clare interrogavit, non multo aliter respondet quam parasitus Capt. 851. Ritsch. Acidalium secutus: „SEN. Ecquid sentis? MED. Quidni sentiam? cet." — 898. *iugere* ed. pr., nec mutare

ausim, quamvis hæc ablativi forma non alibi inveniatur, nam apud Cic. Verr. III, 47, 112 hodie ex codd. et Prisciano „iugero" editur; sed plurali numero plerumque „iugeribus". — Ad hanc rem *optinendam*, i. e. efficiendam, cf. Stich. 457, vel ad hunc morbum curandum plus ait hellebori opus esse, quam quantum iugero agri percipi possit, prorsus ut Horat. Sat. II, 3, 83: „Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem". Ep. ad Pison. 300: „tribus Anticyris caput insanabile" R. ex Lachmanni coniectura: „unguine"; verum non unguento, sed potione hellebori curatur insania, cf. 931. Lucian. Vit. auct. 23: *οὐ θέμις γενέσθαι σοφόν, ἢν μὴ τρὶς ἐφεξῆς τοῦ ἐλλεβόρου πίῃς.* — 899. *quid ais?* cf. 315. — 900. *Album an atrum.* „Colores vinis" ait Plin. H. N. XIV, 9, 11, 80 „quattuor, albus, fulvus, sanguineus, niger". Sed accurate exigenti vinum nec album nec nigrum s. atrum est, et in respondendo Menæchmus non solum inutilem medici quæstionem aspernatur, sed etiam significat se non magis album aut atrum vinum potare, quam panem edere purpureum aut puniceum aut luteum, qualis nullus est, nam panis albus esse debet, aut aves squamis, pisces pennis instructos. — Ex iis, quæ in margine cod. B ad Curc. 242 adscripta sunt, v. Comm. p. 547, R. suspicatus est duo versus fuisse ad tale exemplar:

Album an atrum uinum potas? MEN. Quid tibi quaesitost opus?
[MED. Magni refert, qui colos sit] MEN. Quin tu is in malam crucem?

Sed parvo æstimanda esse ista, quæ vel librarii vel legentes ex memoria in margine adscripserunt, apparet comparato altero huius fabulæ loco, v. 907 sq., qui in eodem cod. ad Curcul. 222 sic. adscribitur: „Solent tibi oculi duri fieri? Censesne locustam esse?" Aliter eodem additamento Vahlen. usus est in ed. — 901. *occeptat* edd. — *primulum*, cf. 1096. Mil. 999. — *Quin tu rogas* Both. — 903. *squamosas* ed. pr. — 904. *Audin tu* ed. pr. — 905. *percipit*, ultima longa, v. Proleg. p. 196. R. „percipiat" ed., Weisius „percitust". — 906. Verba personis recte distribuit Acidalius. — *Occidis*, sc. me, v. ad Asin. 392. — *fabulans* Acidal. em. — 907. *oculi duri* nobis rigidi dicuntur. Horum hebes visus est. Plin. H. N. XI, 37, 55, 152:

„Quorum duri (oculi) sunt, minus vident quam quorum umidi". Aristot. de partibus anim. II, 13: *πάντα σκληρόφθαλμά ἐστιν, ουν βλέποντα διὰ τοῦ βλεφάρου προσπεφυκότος*. IV, 6: *τοὺς πόδας τοὺς προσθίους μείζους ἔνια τούτων ἔχει, ὅπως, ἐπειδὴ διὰ τὸ σκληρόφθαλμα εἶναι οὐκ ἀκριβῶς τὴν ὄψιν ἔχει, τὰ προσπίπτοντα τοῖς προσθίοις ἀποκαθαίρωσι σκέλεσιν.* Hoc vitio *locustae* laborant, cf. Plin. H. N. l. l.: „locustis squillis magna ex parte sub eodem munimento præduri eminent (oculi)." *lucustam* codd., cf. Schwabe, Ann. phil. CV p. 415. — „*homo ignauissume*. Medico putant non tam ignaviam quum imperitiam oportere exprobrari, eoque corrigunt: iguarissume. Sed observasse debuerant, ignavum Plauto passim pro homine nihili ac nullius usus poni; Cas. 226. 513. Pers. 846. Trin. 166. 926. Rud. 818." Gronov., cf. ad Most. 133. — 909 sq. affert Nonius p. 255, unde emendavit ed. pr. Ut h. l. *crepitare* fame, ita Cas. 755: „mihi inanitate iam dudum intestina murmurant". — 912. *Perdormiscin* ed. pr. *facilen* Scioppius em., R. „facilin" retinuit eodem sensu, v. ad 783. *cubans* idem Scioppius, totum versum medico continuans. R. lacunosum locum esse putavit et talem sibi informavit animo:

Perdormiscin tu usque ad lucem? facilin tu [ob]dormis cubans?
MEN. Perdormisco, [si me flore satis conpleui Liberi:
Obdormisco], si resolui argentum, quoi ego debeo.

Post hæc autem plures medici versus intercidisse putat. — *resolui*, v. ad Asin. 429. Ne hiatus in diæresi esset, Muell. „ei" addebat. — 914. *Qui*, cf. 440. — *perduint* Pius em. — 915. *de illis uerbis*, cf. 264. Hæc cum Spengelio, Plaut. p. 12, antecedentibus adiunxi. Maioris momenti est, quod in proximo versu idem V. D., ut ipse antea feceram, codicum scripturam *Nestor* tutatus est, quum superiores aut „modestior" aut „honestior" aut „noster" aut „melior" scripserant. Nestor ille Homericus pro sapientissimo homine ponitur. — 917. *dudum*, v. 824. — 918. *Insanis* ed. pr.; nam „Insanu's" minus veri simile est; R. „Insanisti". — *Tu istic* cod. C, v. 639. — Post hunc versum structuræ hiatus excidisse versum ostendit talem fere: „Meo scipione te fracturum esse aibas ossa atque artua" (841). Hoc Ritschelium non vidisse miror, qui post v. 920

responsum desideravit Menaechmi minime necessarium — 920. *cunctis quadriuis*, 848 sq. — 921. *uidi* olim em — *te arguo* codd., cum hiatu. Cam. „ecce te" scribebat. Scioppius „hæcce te", Guietus melius „ted" — 922. *aio* Pareus, Vahlen. „Iouis scio" Pylad. R. cett. Menæchmus iis, quæ falso ei obiecta erant, calumniam opponit æque manifestam et ulciscendi causa seni gravissimum sacrilegium imputat; cf. Trin. 84: „surrupuisse . . Ioui coronam de capite ex Capitolio". — 923 *ted esse* Cam. — 924. *caesum uirgis sub furca*, cf. Liv. II, 36, 1. Plaut. Cas. 368. Pers. 851. — 926. *Satin.* cf. 509. — *pro sano*; nam sani hominis est maledicta reddere maledictis. — 927. *medice* ed. pr. — *quidquid*. „si quid" Luchs. em. Herm. VIII p. 118. cf. Epid. 285. — 928. *Scin* olim em. — *quid facias optumumst*, i. e. quid optumum sit ut facias, v. ad Asin. 445. — 931 proximo anteposuit Camer. Hiatus in diæresi; Muell.: „faxo potabis". *aliquos*, cf. Trucul. 862: „hos dies aliquos". Pseud. 284. 322. Cat. ap. Gell. III, 7, 6: „quadringentos aliquos", R. R. 156. Varro R. R. I, 2 extr.: „aliqua folia quinque". Cic. Fin. II, 19, 62. — 932. *pendentem*, v. ad Asin. 297. *stimulis*, ibid. 413. — 933. *I arcesse* Pareus. — 934. *nihilo minus* ed. pr. — 935. *abibo* Br. cum Schwabio; R. cum C „ego" omisit. — 936. *Tu* ed. pr., eoque C ducit; R. cum B: „Tuos". — *seruos iube ferant*, cf. ad Most. 912 et Stich. 397. — *Hunc* proximo versui dedit Lambinus.

938. *socerus* hoc uno loco legitur. — „nunc" del. Weis., R., al. — 939. *med hice* Acidal. (*hisce* scribendum esse hodie convenit). „nunc me" Muell., Br. — 941. *neque ego litis* codd.; R.: „ego nec litis", vix opus.. — Nonius p. 89: „*Coepere*, incipere . . . . Plautus Menæchmis: Neque ego insanio neque pugnas ne litis coepio". Trucul. 230: „alium quaestum coepiat". Pers. 122: „coepere". Ter. Ad. 397: „coeperet. — 942. Ut ceteri, inquit, homines salvi sunt, ita ego salvus et sanus eos video, novi, alloquor. *Saluos* priore loco nominativus est; codd. „saluus" ut solent. — Ante *homines* hiatur; R. „ego" add.; Wagn. „probe noui". — 943. *perperam* ed. pr., cf. Amph. 244. An ita, inquit, se res habet, ut illi iniuria me insanire putent, re vera ipsi insaniant? Non opus est rela-

tivo, quod addunt Pylades et R. („qui aiunt me"). — 944. Ante *uxor* hiatur, nisi forte cui libeat cum Kochio. Ann. phil. CI p. 285, „uoxor" scribere. Cam. „at" addit; Muell.: „ire quom cupio". — 945. *Huc*, Erotii ædes digito monstrat. — *Nimis prouentumst nequiter*, pessime evenit, cf. Rud. 826: „proueni nequiter". Stich. 399: „prouenisti futtile". Truc. 382: „Quom bene prouenisti salua". 511: „Quom tu recte prouenisti". — 946. „Hic ero usque ad noctem" edd. vulgo post Pium; R. cum Bothio: „Hic ero usque: ad noctem saltem". Mihi nec „ero" nec „saltem" probatur. Scripsi: *Hic ergo* (aut „ego") *usque ad noctem si astem.*

947. Dum Menæchmus extra ædes suas exspectat, Messenio, alterius Menæchmi servus, vasis servisque in taberna collocatis, hero suo adversum venit, ut iussus erat v. 426. Servorum modo de condicione et officio suo philosophatur, cf. Most. 842. Aul. 579. Canticum a creticis numeris incipiens transit in iambos. 947—52 tetrametri bacchiaci sunt, sed 950 et 952 catalectici. 953 compositus ex tribus bacchiis et dipodia iambica, 954 ex duobus creticis et dimetro iambico, 955 dipodia cretica asynartetos, 956 tetr. bacch. (?), 957 dimeter iambicus. 958—59 systema iambicum, ut in B discribuntur, pentameter et septenarius iamb., 960 octonarius iambicus, 961 septenarius iamb., 962 clausula, 963 iamb. septenarius, 964 trochaicus octonarius(?), 965 iamb. septenarius, 967—69 octonarii iambici, 970 trochaicus septenarius.

947. *Spectamen bono seruo*, quo bonus servus spectatur. — *qui*, i. e. si quis, v. ad Asin. 321 et Aul. 481, add. Ter. Hec. 608. Varr. L. L. VII, 4. Cic. p. Cæcin. 13, 39. Liv. III, 19, 6. — 949. *tam* addidi, quod oratio postulare videtur. Eodem R. deductus est, qui, ut hiatum post „rem" vitaret, aut „sui eri" aut „eri tam" proposuit. De loco adverbii v. ad Amph. 721. — Speng.: „absente ero ab se". — 950. Langen. Beitr. p. 293 „quasi" voluit. — 951. Tergo et cruribus frugi servus consulit veritus, ne verberibus et compedibus afficiatur, gulæ et ventri ignavus. — 952. *cor modeste situm*, pro animo modeste affecto nimis insolite dicitur, nec admodum simile est Ter. Andr. 33: „(artes) quas semper in te intellexi sitas, fide et taciturnitate".

Itaque Bergk.: „modeste modestumst". Spengel., qui bacchiacos versus catalecticos non fert, Reformv. p. 249: „modeste sedatumst". Num „expolitumst"? — 954. *ignauis*, *improbis uiris*; hæc non cum *eris*, sed cum *uis* iungenda. R pro spuriis habuit. — 955—57 in B uno versu comprehenduntur. sed „Mole" et „Hec" maiusculis litteris primis scripta sunt, quod in versibus discribendis secutus sum. — 956. *Molae*, pistrinum. — *magna* et Ritschelio et aliis delendum visum est; hoc deleto tetrameter bacchiacus fit. — 958. R., Br., Wr. „propterea ... malum" pro spuriis habent, vix iure. — 959. *magis multo facilius*, v. ad 55. — *uerba*; *uerbera*. Brix. confert Ter. Heaut. 356: „tibi erunt parata verba, huic homini uerbera". — *ego* delevit Both., ne anapæstus iambi locum teneret. — 960. *molitum*, quod molis effectum est, farinam, atque adeo panem, cf. Lucil. XXIX, fr. 88: „uentrem alienum maestum fouere ex molito hordeo". *molitum praebet*, qui molas versat. — 961. *id*, in B omissum erat, sed postea additum est. — 963. *alii* olim em. „esse" omisi. — *in rem*, sc. suam. — 964. Camer.: „Metum ut mihi adhibeam", quod si probes, cum Spengelio vv. 965—66 spurii censendi. Ego in contextu Hermanni sententiam cum R. et Br. secutus sum, ut in proximis cum Pylade scribatur: *Metuam haud multum*, hic autem deleatur voc. „Metum", addatur *si*. Versus causa *ero ut* omiserim. — *culpam abstineam*, cf. Ter. Heaut. 373: „Gemitus, screatus, tussis, risus abstine". — Sequuntur in codd. Mostellariæ vv. 842—44 parum accurate scripti. Hæc a lectore aliquo in margine adposita, inde in contextum irrepserunt; omisit primus R.; frustra tuetur Vahlen. — 965. *quando erus* Cam. em., „quandoc" tenet Vahl. coll. Fest. p. 258. — *ob facta* Both. Messenio propediem se liberum fore sperat. — 966. Versum et hoc loco non ferendum et numeris carentem uncis seclusi. Camer. „Ego hoc exemplo" scripsit, ego *Eo*. R. sic mutatum: „Eoque exemplo seruio, tergo in rem ut arbitro esse" post v. 961 posuit. — 967. *Ita* in principio apodosis, cf. ad Epid. 609. — 969. *Meumque erum* R. — Cum *saltu* difficilis exitus ædes meretricis damni plenas comparat. — *ut educam foras* Pareus em.

971 Exit senex cum servis quattuor (934) ut, insanum quem credit, vinctum ad medicum deferat. Scena a trochaicis septenariis incipit, v. 976 in iambicos octonarios transit. *Per ego uobis deos*, v. ad Bacch 900 — 972. *quae imperaui* post „inperium", v. ad Amph. 959. — 973. *medicinam*, cf. Amph. 1006. — *sublimen*, cf. 976. 983. 1032. v. ad Asin. 859. — 975. *Caue quisquam* versus tuetur, sed ad logicam accuratius ed. pr. „Cauete". — 976. *Quid statis?* ed. pr. — 977. *illi*, illo loco, v. ad Amph. 245.

978. *illisce* postulat Plauti usus. — 979. *uos* et *circumsistitis* ed. pr — 981. *Quin me mittitis*, servos alloquitur. — 984. *audet* ed. pr. — *Ego ere audacissime*. Numeris consulentes Acidal. et R atque audacissime" sribunt, Muell. „ego hercle, ere", Brix. „audeo audacissime". Verum potius tota sententia tollenda videtur, ut proximus versus altera octonarii pars fiat. Kiessling. Ind. sch. Gryphisw. 1878 p. 6 aliique quaternarios quam octonarios discribere malunt. — 987. *Luci*, interdiu, cf. ad Amph. 163. — *deripier*, abripi, cf. Rud. 774: „Meas . . de ara iam deripiam". Cic. Prov. cons. 6. 13: „Hos vos provinciis, si non aliquando deducendi essent, deripiendos non putaretis?" R. „derupier" scripsit ex B, qui merus error videtur.

988 sqq. trochaici septenarii. *Mittite istunc* Gruter. — *mi ut des* ultimi iambi locum habet. Cam. transp.: „ut des mihi". Ritsch.: „quisqui's (quasi ex B), operam mi ut duis", Luchs. Studem. Stud. I p. 32: „mihi duis". — 989. *insignite*, cf. Cas. 930. Mil. 561 Poen. 808. Rud. 632. 1084. Cic. p. Quinctio 23, 73: „insignite improbus". — 990. *et* ante *defendam* non producitur; prius „et" om R. — 991. *perire est aequius* Cam. em. — 992. *te* post „isti" add. Both., R.; Weis ante „tenet"; Fl. Br.: „istic, ab umero qui tenet te". — 993. Cum *semente* crebros pugnorum ictus comparat, cf. Rud. 753: „tibi messis in ore fiet mergis pugneis". — 994. *hercle hodie malo* transp. Both. cett. — 995. *oculi locus*, erepto oculo. — 996. *Vos scelesti*. Imperativus, qui vocativos sequi debebat, interiectis aliis, quæ festinatio scenæ postulabat, sequitur v. 998: „Agite, abite". R., Br.: „Vos scelestos", quod non intelligo. — 996 sq.

Perimus lorariis ore tribuit Cam. *Obsecro* inquit ille, cuius oculo iniuria facta est. — *Quid me uobis tactiost?* v. ad Amph. 515. — 998. *Pecte pugnis*, v. ad Capt. 890. Messenioni hoc dicit. — 999. *Em* scribendum, v. ad Asin. 428. Ultimo unam præter ceteras plagam addit.

1000. Pro „aut" ed. pr. „haud", Cam. „autem"; Both. delevit. Pro *hora* omnes codd. „ora", plagas in os inflictas significari putantes; in eamque sententiam antiquiores aut „commentaui" aut „commutaui" aut „carminaui" scribebant. Brixius *commetaui* pro commetatus aut commensus sum dictum putat; ora metiri autem ora pectere enarrat. Immo *commeto* est frequentativum commeandi, et eundi vel congrediendi vim habet, v. ad Capt. 185. Hinc sequitur ut *bona hora* scribendum sit, i. e. opportuno tempore. Lector aliquis male sciolus „aut bene" suprascripsit. — 1001. „*suppetias aduenire* sæpius legitur apud auctorem belli Africani" Br. — *temperi* R., et 453. — 1003. *absque* apud antiquiores est coniunctio condicionalis cum præpositione coniuncta, ut scribi debuit ad Bacch. 409, cf. Brugmann. in Mus. Rhen. XXXII p. 485 sq. R. ed.: „absque ted esset, numquam hodie". — *ad solem occasum*, cf. 426. — 1004. *me emittas* codd. cum hiatu. Both., R. „med" scribebant, Muell. „me iam" aut „nunc me". — 1005. *Liberem* ed. pr. — *Verum*, sane, v. ad Asin. 783. — *quandoquidem* alteram syllabam corripit ut Trin. 991. Ter. Andr. 487. 608. Verg. Bucol. 3, 55. Muellerus „quando equidem" postulavit, ut Trin. 353. — 1006. „*Quid erro*? quem errorem committo?" Br. — 1007. *Med* Both. — 1008. Pro *fecit* Seyff. Philol. XXIX p. 396 „faxit", male. — 1009. *Sic*, ut sum, ubi tu erus meus non es, *liberum*; Br. delevit. — *negas* ultimam corripit; edd. transponunt, R.: „esse tuum negas me", Br.[1]: „negas tuom me esse", Muell.: „negas me tuum esse". — 1012. *Quom tu liber es, gaudeo*, solita gratulandi libertatem formula, v. ad Epid. 709. Sed quæritur, quis hæc dixerit et quibus Messenio responderit: *Credo*, ut Ter. Ad. 972. Camerarius et Lorenz. Jahresb. XXII p. 79 alios Messenionis conservos cogitabat, sed Messenio solus hero adversum ierat, ceteri in taberna manserant. Brixius prosopopœiam quandam sibi finxit, ut Merc. 937 sqq.; nec ego

video, quis hæc dicere potuerit, nisi forte tibicen. Mendum quidem nullum agnosco, nec Ladewigium sequi possum, qui (Philol. I p. 295) eiectis his unum ex duobus versibus facit: „Salue mi patrone; [amo te.] Sed patrone, te obsecro", aut Balbachium, quo auctore R.: „Salue, mi patrone. quom tu liberas me serio, Gaudeo. MEN. Credo hercle vero". — 1014. *mihi* ultimam producit. Fleckeis.: „mihi imperes", R.: „Ne minus nunc imperes mi". — 1015. *ted* Guietus. — *quando ibis*, proficisceris, sc. Syracusas; nam Syracusanum arbitratur. — 1016. *Minume* respondet Menæchmus, qui alienum hominem in domum et familiam introducere minime cupiat. Messenioni vero hæc non aspernatio videtur sed modestia, quod herus operam et officium oblatum non statim accipiat. Ad hoc igitur non respondet, sed confestim promittit se argentum sibi creditum redditurum. Acidalius, quem R. sequitur, Messenioni omnia continuans „Mane me; nunc ibo" scripsit. — In cod. archetypo propter similes exitus versuum 1017 et 1023 versus 1018—23 quum excidissent, in margine adscripti erant. Inde in contextum illati sunt primum pravo loco post 1009, deinde prope suo, i. e. post 1024, non ante hunc versum; is autem errore animadverso suo loco redit, v. Spengel. Plaut. p. 49 sq. Varietatem scripturæ versuum 1018—23 ex priore loco hic afferam. — 1017 sq. *marsuppium cum viatico*, cf. Cas. 275. Pers. 266. Curc. 82. Most. 242. — *tibi* ultima producta; R. „ego tibi". — 1019. *ita*; B priore loco: „item". Mox id. „reddebo", i. e. *reddibo* pro reddam, mira forma, sed quam afferunt Nonius p. 476 et ex h. l. et ex Casin. 129, et Priscian. VI p. 694 et XIII p. 959 ex Vidularia. — Post hoc verbum hiatus; R. *tu* addit; possis etiam „omne" addere. — *me mane* exstat priore loco, nisi quod B: „mame".

1020. *Nimia mira*, v. ad Amph. 610. Codd. pr. l. om. „hodie", deinde recte: *miris modis*. — 1021. *Alii me negant eum esse, qui sum.* Hoc profecto nemo negavit, nec ea de causa exclusus est, sed quia furtum comiserat; versus tam ineptus est, ut necesse sit eiiciatur. Intellexit hoc Langen. in Philol. XXX p. 435. Ritsch. orationis tantum vitio perspecto, quia alterum membrum desiderari videbatur, talem versum

addidit: „Alii me esse aiunt, qui non sum ac seruos se esse meos uolunt". — 1022 priore loco sic scribitur:

Uel ille qui se petere modo argentum modo qui seruum se meum
Esse aiebat quem ego modo emisi manu.

Quorum quæ additamenta spuria sunt altero loco comparato facile secernuntur. Quod autem h. l. principium est „Etiam hic", ei sine dubio præferendum est, quod illic legitur: *Uel ille qui*, locutio vere Plautina, cf. 859; quibus quod in proximo versu *Is* additur, v. ad Asin. 523. Langenius minus recte „qui" omisit; R.: „Uel ille qui se petere argentum ait", adscitis spuriis pro genuinis. — 1024. *Id si* et h. l. C et priore loco uterque. — 1025. *Ne tum* Lamb. — 1026. „aiebant" Cam. em.; *dicunt* Both. — *mira sunt*, v. ad Amph. 279. — 1027. Gellius XVIII, 9, 4: „Varronem quoque versum hunc Plauti de Menæchmis „Nihilo minus esse uidetur sectius quam somnia" sic enarasse: nihilo magis narranda esse quam si ea essent somnia". Unde R. formam „sectius" recepit. Sed vera huius comparativi forma *setius* videtur *e* longa, v. Fleckeis. Mus. Rhen. VIII p. 221 sqq., Weihrauch. Philol. XXX p. 626. Corp. Insc. Lat. I, 198 v. 70, 199 v. 27. De „sequius" *e* brevi v. ad Aul. 428. — 1029. *Si possum*; exspectabatur coniunctivus, v. Madv. Gr. Lat. 451 d.

1030. Postquam Menæchmus Erotii ædes intravit, ex altera proscenii parte adveniunt frater eius Syracusanus et Messenio servus. — 1032. *quom* em. R., *ferebant te* Grut. — *sublimen*, v. 973. — 1034. *ui pugnando* Cam. em. — *ingratiis*, cf. Cas. 179. — 1035. *amisisti*, v. ad Asin. 604. — 1036. *quantum potest*, v. ad Amph. 964; hoc loco cum præterito iungitur. — 1038. *Quin* Saracenus em.

1040. Menæchmus Epidamnius, qui apud Erotium nihil effecit, redit. In exeundo etiam Erotium et ancillas alloquitur. Hæc scena, quæ ultima fabulæ est, septenariis trochaicis scripta est, nisi quod a tribus octonariis iambicis incipit; nam alter quoque talis est, sive hiatur ante *hodie* sive, ut proposuit R., „hinc" additur. Ritsch. tamen septenarios trochaicos hos quo-

que fecit, ut tertio v. „Pro" deleret, in primo pro *Si uoltis* „Sultis" scriberet. Hoc etiam Muellero necessarium videbatur (Nachtr. p. 129), sed ita ut etiam „iurate" scriberetur. Luchs. Herm. VI p. 275: „Si uel per oculos iuretis". — *per oculos iurare*, cf. Ovid. Am. III, 3, 10 et 14. — 1043. *consimilis est* ed. pr. — 1044. *quom* Pylades em. — *noscito*, cf. Epid. 536. — 1045. Menæchmus Epidamnius Messenionem conspicit. — 1046. *eloquere* Fleckeis., R.; *piget* cod. D. — 1048. Excidit prima vox. „Eloqui" Fleckeis. supplevit, *Obsequi* Vahlen. — 1049. „Ea domus" corruptum est. R.: „Eadem pol patriast mihi". Br. ex Buecheleri coni.: „Eadem urbs et patriast mihi". Potius ferrem „Eadem patriast urbs mihi" aut „Eadem patriast et mihi". cf. 1088. — 1050. *Hoc quod res est*, cf. Ter. Eun. 748. 979: „id quod res est". Pl. Epid. 286. Pers. 94. — *hunc*, Epidamnium; statim ab initio personas confundit. — 1051. *huiusce*, Syracusani. Sic scripsi cum Bergkio Beiträge p. 51. R. aut: „huius me esse" aut: „med esse huius". — 1052. *Ego* Ritsch. delevit, ac facillime ex antecedenti versu oriri potuit. Si genuinum est, *hunc* corripitur, v. Proleg. p. 204. Post *etiam* hiatur in cæsura; R. Neue Exc. p. 47 „ted" scribebat. — 1053. Syracusanum alloquitur. — *stulte atque inprudens*, cf. Bacch. 471: „tu Pistoclerum falso atque insontem arguis". Brix. ad Trin. 268. — 1055. *aequom postulas*, ut eius meminerim, quicum navigaverim. Iam abiecta priore sententia Syracusanum herum suum esse affirmat, alterumque sibi servum quærere iubet; hunc salvere, illum valere iubet; cf. ad Capt. 446. De imperativo futuri v. ad Curc. 235. — 1057. Post *Menaechmum* hiatur in diæresi; Muell. „Quae haec est fabula?" — 1059. *Tuo meo* Pylades em. — 1060. *tibi* ultima producta. R.: „tibi ego" — 1061. *dat mihi, quod iam suspicor*, i. e. suspicio iam nata spem mihi dat. Sic scripsi; corruptam codicum scripturam frustra defendit Br. — 1063. *et patriam et patrem* Lapsius em. ut 1070. — 1064. *Quid uis?* Hoc ut Camerarius animadvertit, uterque uno ore quærit; nec servus, uter suus herus sit, dignoscere potest; quare eum quærit, qui secum in navi fuerit. — 1065. *uostrorum* R. em., v. ad Amph. 4. Br. ex Bergkii coni.: „Sed erum. Uter". Langen. Philol. XXXIII

p. 713: „Sed eum, uter“. — 1066. Concessi, cf. ad 851. — 1067. *est* add. R. — 1068. Ante *alterum* hiatur. R. cum Bothio *ego* priore loco motum huc transtulit. Idem *homini* et proximo versu *lactes*, quod propter v. 1070 recipiendum duxi, quamvis aliis locis, quos in annot. ad Amph. 695 attuli, dativo utatur Plautus. — 1070. *autem*, cf. ad Aul. 30. — *poste* R. — 1071. *hunc atque* Mueller. em. — 1072. *Hercle qui*, v. ad Amph. 769. — 1073. *esto, si inuenis*, v. ad Amph. 714. — 1074. Post *Spero* hiatus in diæresi; Muell.: „Spero ego“. — 1075. *Quid ais tu?* Epidamnium alloquitur. Sed hic v. et seqq. una cum 1087—89 ferri non possunt; itaque vv. 1075—78 spurios iudicavi. Goetz. Mus. Rhen. XXXV p. 482 versus 1079—90 damnabat. — 1077. *dixti*; *et* scripsi; item Seyff. Stud. p. 13. Langen. proposuerat: „dixti; hic ibidem natus est“. — 1078. *dixisti* Guietus em.; „dixti et“ Seyff. — 1079. *operam* dant Messenioni, quum eius verba audiunt (cf. 1090. ad Asin. 446), sibi, quum fratrem fratri reddunt. — 1081. *emeris me* Pylades. — 1082. *inuenturum* Lamb. em., sc. me; cf. 525. — 1084. *possies* Cam. — 1087. „Estne“ utroque loco R.; non opus. — 1091. *longissume*, si quam longissime memoriam repetis. — 1092. *ut abii Tarentum* cod. D, i. e. quomodo abierim. Hiatus in diæresi. Muell. „una“ addebat. — 1093. Similis hiatus post *deerrare*, cuius duæ primæ syllabæ contrahuntur, v. Proleg. p. 213. Buecheler: „med aberrare“, cf. 31. *auehi* C. — 1095. *auehit*, cf. 29. Ante h. v. hiatus, v. Proleg. p. 220. Fleckeis., R.: „tum quom“, Wagn. „quom olim“. — 1097. *meam* add. Mueller.; R.: „postillac umquam“. — „nostrum“ genetivum divisionis esse Lambinus putavit; aliis fortasse possessivus videbitur pro „vostro“, v. Madr. Gr. Lat. 297 a not.; sed iure Colvii coni. *uos tum* probarunt R. et Br. — 1099. *Uter eratis*, cf. 768 — *maior*, ætate. — *Aeque* abundat, cf. ad Pers. 542: „Iuxta tecum aeque scio“. — 1100. *Qui id potest?* v. ad Amph. 169. — 1103. *Menaechmo* codd., cum hiatu, unde R. „illunce“, Fleckeis. „at illum“. Ed. pr. „Menaechmus“. — 1105. *Ego* ultima producta: Muell. „is“ addebat. — 1107—8. Unus tantum versus in codd. est; sed fieri non potest quin aliquid exciderit.

nam nuntiatum erat, puerum surruptum esse, patrem mortuum, v. Prolog. 38 sq. Quod si aliter esset, ut recte Pontanus animadvertit, tota comœdia vana esset; nec enim frater eum quærit, quem mortuum, sed quem furto sublatum esse audiverat. Supplevi, ut potui. — 1111. *Teuximarchae* R. — 1113. *miseriis* Both. De asyndeto v. ad Amph. 891. Cam. „miserisque" ediderat, R.: „et miseris". — 1116. *quom uocat*, cf. 29. — 1117. *Namque*, v. ad Capt. 599. — *mi hic* Both. — *adpararier* Cam. — 1118. *quoi* B. man. sec. „quoi quam pallam . . ., Eam" R., Br., quæ Plautum non sapiunt. — 1119. *in manu* Brix. addit, prob. Studem. Ann. phil. CXIII p. 70. Vahlen maluit: „MEN. I. Haec east". — 1120. *quae* R. add. — 1122. *Potaui* ed. pr. — *mihi dedit* Cam. addidit. R. præterea versum excidisse suspicatur talem fere: „Quæ meo sumptu iuberem sibi reconcinnarier". — 1124. *ted* Both. add. Camerarium secutus. R. „memet", Muell. „me uocare". — 1125. *quin ego* D. *ut iusti, siem*, emendavit v. d. in cod. D; ed. pr.: „ut iusti, eam". — 1126. *orat*, cf. 155. — 1127. *Quom tu es liber* cet., cf. 1012. Quærunt, unde Epidamnius hic Menæchmus servi nomen noverit, quod in hac scena non nominatum est. Hoc, credo, Plautus parum examinavit. — 1128. Messenio sola libertate parum contentus etiam pecuniæ aliquantum optat, quo utatur, ut vitam sustineat et quæstum aliquem instituat, cf Epid. 725. Ter. Ad. 980 sq.: „Huic aliquid paulum prae manu Dederis, unde utatur". Quod si tale *auspicium* vel tale initium libertatis non sit, veretur ne inopia in servitutem redire cogatur. Post hæc lacunam indicavit R.; nam „aliquid responsum esse Messenioni prorsus credibile est". Necessarium non credo. — 1129. *nostra, frater* transp. Both.; Camer.: „frater nobis", R. „nobis, frater". — 1130. Pro *uoles* Lorenz. Götting. Gel. Anz. 1868 p. 1213: „iubes"; non opus. — 1133. *Praeconium mihi ut* et A et C. Præconium quæstuosum fuisse satis constat, v. ad Asin. 5. — 1134. *conclamari*, vulgo notum fieri, ut „incendium" Senec. Ira III, 43, 3. Tranq. animi 11, 7. al. — *Equidem* em. Bergk. Beitr. p. 144. Lambinus „quo die" scripserat cum antecedentibus iunctum. — *die septimi*, v. ad Most. 864. — 1135. *mane sane*, i. e. bene mane. — 1136.

fundi aedes A cum ceteris. R. cum Langeo: „aedes fundi". cf. ad 164; Muell. „fundi et aedes", et Br.² p. 94. Buecheler Lat. Decl. p. 37: „fundis". — 1137. *quiqui licebunt*, i. e. quocunque pretio venire poterunt, v. 535. — 1138. *Venibit* ultima producta, quod fieri posse negat Muell. Pros. p. 70 nec ego affirmaverim, v. Proleg. p. 196. R. cum Guieto: „Uxor quoque etiam uenibit". *quoque etiam*, v. ad Amph. 30. Quod autem uxorem quoque venditurus est, nimis scurriliter hoc fit; sed in extrema fabula fortasse non nihil sibi indulgere potuit poeta, nec hunc et proximum versum pro spuriis notare audeo. — 1139. *tota auctione* codd.; R. inverso ordine, tacitus. — *caput*, qui auctionem faciet, Menæchmus. Quod ad summam attinet, vulgo ex B editur *quinquagesies*, quod quinquagies interpretantur, quæ forma nec usquam invenitur nec veri similem rationem habet. Accedit quod semper in palliatis comœdiis argenti nomina Græca sunt; hoc uno loco Latina computandi ratio inveniretur, et ingentis ne dicam inauditæ Plautino tempore magnitudinis summa indicaretur. Quod si quis dicat præconis esse in indicando pretio rem exaggerare, hic quidem, ubi *vix* additur, non exaggeratur, sed attenuatur, nec ullo modo fieri potuit ut „vix" nisi cum parva summa iungeretur. Abiiciatur igitur corrupta vox, præsertim cum alio ducant et C et A, ubi R. legit QUINQUAGESISA . S. Certam me emendationem invenisse non credo; exempli causa proposuerim „quinquaginta mnas" aut, quod in textu posui, *quinque aut sex minas*. — 1140. De extremo fabulæ versu v. Proleg. p. 173.

Emendanda in hac parte

in contextu

Pag. 9 v. 35 scribendum Stratippocles

— 20 v. 195 punctum deleatur

— 27 v. 283 scribendum omnis

— 85 v. 304 — cum amica incedit

— 86 in titulo — CALLIDAMATES

— 91 v. 366 — Philolachae.

— 94 v. 410 addatur comma ante Sphaerio

— 121 v. 770 scribendum: Ero

— 137 v. 955 — *[illegible]*

— 161 v. 17 — Mercator

— 165 v. 107 — instruuntur

— 197 v. 556 — insidiis.

— 227 v. 994 — perire est aequius

in varietate scripturæ

Pag. 23 v. 235 scribendum: adeptust *A* EP. Qui? PE iubeant *A*

— 24 extr. — Stratippocle cum *B*

— 27 v. 286 — repperi haec te

— 221 v. 897 — MEN. *om.* *C*

in commentario

Pag. 247 v. 1 scribendum: 293

— 251 v. 11 — homines

— 255 v. 4 ante 1070 addatur 679

— 270 v. 10 scribendum: Goetz. cum I.

— 292 v. 13 ab imo scribendum: provocat

— 309 v. 7 ab imo — cenaculum

— 329 v. 2 scribendum: fieri

— 341 v. 16 — alterius

— 361 v. 11 ab imo scribendum: versibus

— 384 v. 16 ab imo — nodum